UVA. BHSC. BV 08453

Biblioteca Universitaria

Estante..... 25

Tabla..... 4

Número..... 8490

UVA. BHSC. BU 08453

8453

UVA. BHSC. BV 08453

UVA. BHSC. BV 08453

HIEROGLYPHICA,

SIVE SYMBOLA MARIANA,

QUIBUS MATRIS DEI MYSTERIA LAUDANTUR,

CUM NOVENARIO

DE MYSTERIO CONCEPTIONIS,

VIGINTI QUINQUE ORATIONIBUS EXARATA, & Psalterio decem Chordarum superaddito: Cum quadruplici indice: I. Orationum: II. Materiæ cujuslibet Exordij, & Discursus: III. Sacræ Scripturæ: & IV. conceptuum.

PER R. Adm. P. Fr. FRANCISCUM DE AGUILAR, Lectorem Jubilatum, Ex-Custodem, & actualem Ministrum Provincialem Provinciæ S. Michaelis Regularis Observantiæ S. P. N. Francisci, ac Provinciæ Canariensis olim Commissarium Visitatorem.

QUÆ O. D. ET C.

ILLUSTR. AC REVEREND. D.

D. Fr. JOSEPH GARCIA,

Totius Ordinis S. P. N. Francisci ex Ministro Generali, & pro Immaculatæ Conceptionis Regali Congressu Theologo, nunc autem ad Malacitanum Episcopatum electo, & assumpto.

CUM PRIVILEGIO:

Salmanticæ: Apud Eugenium Garcia de Honorato.

Anno Domini 1724.

UVA. BHSC. BU 08453

UVA. BHSC. BU 08453

Theologo, nunc succum de Meditationum Epitecoperum
& pro- fundissimi. Conceptionis Beatæ Controversia

Tomus Octavus S. P. N. Francisci ex Minimo Generali

D. ET. IOSEPH CARACIA
ILLUSTR. AC REVERENDO D.
O N E O D E T C

Mysteriosum.

Reliquum Quæstionum 2. P. M. Generali ac

Mirificum Immaculatam Conceptionem Beatæ V. Mariæ

Ludovicum Jacobum, ex Comitibus de Saluzzo

Scripturæ & Conceptum.

Quibus Modis Dei Mysterium Evadatur

Sive Symbola Mariana

HIEROGLYPHICA,

Illmo. AC Rmo. D.

D. Fr. JOSEPH GARCIA,

TOTIUS SERAPHICI ORDINIS MERITISSIMO Ex-Miniſtro Generali, & pro Immaculatæ Concep-tionis regali Congreſſu Theologo, nunc au-tem ad Malacitanum Epiſcopatum electo, & aſſumpto.

Illme. AC Rme. D.

NE in horrendum vitium ingratitudinis incurram, in ſignum gratitudinis meæ pro omnibus, quæ V. RRma. retribuit mihi, hoc parvum, vtí meum, magnum pro aſſumpto de Immaculatæ Virginis Conceptione, volumen, tibi Illme. & RRme. Pater ex corde offero, & conſecro; ſed cui? Tibi. Quia reddo, quod tuum eſt, quia omnia filiorum, ſunt Parentum. Abſque culpa alium Mœcenatem eligerem? Tu es Ioſeph, non ſomniator, quia omnes Fratrum tuorum manipuli, tuum proni adoraverunt. Tu ſtola prima Religionis fuiſti indutus, ſedens ſuper ſolium ſeraphicum, non tantum ad honorem, quantum ad onus; ſed dulce, quia portabas filios tuos impectore. Ad tantum mu-nus aſcendiſti, ponens prius manus, vbi pedes tui ſteterunt; Lauda-tur Illme. & RRme. Pater nautica Ars, ex qua incipit à trirremis, qui ad gubernaculum eſt aſcenſurus; Iure ergo Religio Seraphica ad ſu-premum ſolium te aſſumpſit, dico aſſumpſit, quia invitus aſcendiſti. Te vidit á primis annis in ſtudijs remigando, in Prælatijs inferioribus laborando, in alijs Provincijs vigilantiſsimè viſitando, in Præſulatu tuæ Provinciæ indefeſſum, in Societate à ſecretis RRmi. Viezma Prudentiſsimum. Et exaltatum ad SS. PP. N. Franciſci Succeſſorem, omnibus omnia te experta fuit. Vere inte, RRme. Pater, iuſtitia, & Pax oſculatæ fuerunt, quia obſervantibus venerabilis; Diſcolis for-midabilis, & admirabilis omnibus fuiſti, ita vt tanto Patre, tam mag-noque Parente, iure totus ordo delectetur. Tua ſileam; ſed quid in-terſt, ſi omnibus omnia ſunt nota. Non latuerunt Catholico Regi, & venerabiliſsimo noſtro Philippo, dum te ſuum Theologum Regium

UVA. BHSC. BU 08453

instituit, inter Magnates Regni sui collocavit, & ad Episcopatum Oxomiensem exaltavit; Sed, ò bone Deus! Velut alter Ioseph in manus Domini tui, Palium pro bono Religionis renuntiasti. Vnum solum non prætermittam, quia vnum præ cunctis fama promit opus. Celeberrimum Commitium Generale à te celebratum, vbi tua scientia, prudentia, & politia mirabiliter enituerunt, consequens, quod esset caput illius, totius Ecclesiæ caput; ex quo rediens, vix ad ripas Hispaniæ appulisti, quando Catholicus, & magnus Rex noster Ludovicus Primus, velut Pharao, alteri Iosepho annulum, & primam sedem suæ Patrimonialis Ecclesiæ Malacitanæ contulit. Sed fileat calamus, dicat cor. Tibi ergo, Illme. & RRme. Pater, cum fœnore consecro, sub hac ergo lauro securum à fulmine, ad hanc Principis statuam tutum à dentibus Zoilorum, ad te translatum bolumentuum erit. Ad Arã tuam appensum, quis audeat vellicare? Dumque offerentem vna cum suo munusculo, protegere digneris exoro. Illud erit mihi constans, & perpetuum votum, vt maiori semper Ecclesiæ tuæ bono, te Deus. O. M. Dies servet incolumem.

Illme. & RRme.

Dominationis tuæ, humillimus Cliens,
Frater, & servus,

Fr. Franciscus de Aguilar.

CEN-

UVA. BHSC. BU 08453

CENSURA

RR. PP. MAGISTRORUM Fr. JOSEPH DE ESCOBAR, & Fr. Narciſi Raiz, Ordinis Sancti P. N. Auguſtini.



IN his Mariani Pelagi profundis undequaque undis, deliciosé, accuratéque percurrentes, nil invenimus, quod Auctoris navigium mentis in felicem portum claritatis, & ſecuritatis appulliſſe, non demonſtret; certè non fallimur; nam ſi originalis, totiuſque labij umbram ſubtiliter ſuo ingenioſo labore ita ſepelivit, vt ad conſpectum Virginis, nefandæ umbræ monimenta aboleret; quid mirum, quòd in tanto opere mens ſua radijs tantæ Virgineæ gratiæ eluceſcat? Quapropter cum tàm præclarum opus ſtudiosé perlegiſſemus, non cenſuræ materiam, ſed argumentum panegyris aſpeximus; ſub ideis multa ſubtilis Artifex parat; ſub textibus, & illationibus, auctoritatibus Sanctorum Patrum munitis, viam, diemque clarum omnibus ingenijs offert: ex eius labore Minervam opinamur; ex umbra Gigantem: videamus vltra quis loquatur in hoc volumine nobis? Inoffenſo ſcilicet pede, id eſt, ſemper ſimillimus ſuo fundamentali Doctori Subtili incedit; vnde laus non alteri, ſed tota ſuo, unde fluit, debetur Auctori; & quamvis quo in nube humilitatis demiſsior eſt Auctor, eo in ſcientiæ igne copia luminum ſit eminentior, magna hæc erit duntaxat in poſterum ſui nominis gloria: moduletur pro nobis Martialis dum ait: *Unum pro cunctis fama loquatur opus*; & licet ſubmiſsione animi radios ſuæ eruditionis occultare velit, nunc tamen ſine velo ullius caliginis ſua lux non poteſt non pandi oculis non ſolum linceis, ſed uſque adhuc noctem circumferentibus; audiamus quid loquatur amantiſsimus P. Auguſtinus circa ſimile opus: *Quis quis non videt, cœcus; quis quis videt, nec laudat, ingratus; quis quis laudanti reluctatur, inſanus eſt.* Quis niſi nota cœcitatis obumbratus non aſpiciet in his concionibus ſoliditatem Auctoris? Quis eius ſubſtantiam, & veritatem videndo, non laudabit? Noverat enim Auctor cum P. Auguſtino, *in rebus verum quæren-*

Lib. 1. de Civ. Dei cap. 7.

UVA. BHSC. BU 08453

rendum esse , non verba ; cum verum (teste Prospero) *non propter verba , sed verba propter verum sint instituta* ; ideòque hoc opus in omnibus orationibus nervos veritatis attingens , ea felicitate elaboratum conspeximus , ut nihil unquam probaverit, nihil assumpserit , quod vel ex fidei regulis , vel ex sententijs Sanctorum Patrum , vel ex naturæ principijs incrementum non sumat , ac robur ; quapropter nihil in hoc Mariano opere fidei ullomodo dissonum , nec bonis contrarium moribus invenimus : Hisce de causis (plures alias supprimimus) meritissimum, ut in theatrum prosiliat , iudicamus : hoc nostrum iudicium salvo meliori. In hoc Conventu S. P. N. Aug. Pacens. Die 20. Maij. Anno 1722.

Mag. Fr. Iosephus de Escobar. *Mag. Fr. Narcisus Ruiz.*

UVA. BHSC. BU 08453

CENSURA RR. PP. IGNATIJ DE LA CONCHA, *Rectoris Collegij Societatis Jesu Civitatis Pacensis, & Petrì de Figueroa Magistri Theologiæ Moralis eiusdem Collegij.*

HUNC in laudem B.M.Virginis librum perlegimus exaratum, & mentis voluptate comperimus certum, quod Ildefonsus Dominæ addictissimus aiebat ser. 1. de Assumpt. *Ipsa est virga de radice Iesse de cuius nimirùm rursùs radice ascendit Christus. Ecce ad quam concurrunt omnia eloquia Prophetarum, ad quam omnia ænigmata concurrunt scripturarum*: Faustè huius operis Auctor id ingenio aggressus, & affectione assequutus est. Eorum plurima, quæ divino afflatu scripsere Prophetæ: Sacri narrarunt historiographi, docuerunt Apostoli, ita ad amussim accommodata excogitavit, vt meritò Seraphici Doctoris inhærens vestigijs, ex flammifero ipsius ore facere satis valuerit dubio scicitanti, seu piorum querelæ ægré ferenti, sacram pœnè omninò litteram silentio præterijsse eam, creaturarum Primævam, *ad cuius digna offerenda præconia* (verba sunt Petr. Dam. in serm. super Evang. lib. generat.) *Non rhetoricorum diserta facundia, non dialecticorum subtilia argumenta, non accutissima Philosophorum apta reperiuntur ingenia.* Verùm ei dubitationi noster scriptor opere; & Purpuratus Bonaventura respondet. *Et quod dicunt aliqui, quare ita pauca dicuntur de Beata Virgine? Nihil est, quia multa dicuntur de ea, quia vbique de ipsa, & plus dicitur de ipsa, quam si unus tractatus fieret.* In serm. in Hexamer. tot enim, speciosisque symbolorum imaginibus, non tàm auribus intelligendum, quàm hauriendum oculis præbet orator hìc Trinitatis arcanum, Deiparam scilicet, de qua Mellifluus Bernardus eloquitur. Serm. in Salve: *De hac, & ob hanc, & propter hanc omnis scriptura facta est, & propter hanc totus mundus factus est.* His sane, & Marianæ apex dignitatis, & subtile Auctoris in hoc opere ostenditur ingenium.

Quid gloriæ Regina è sabæa thuris regione, longo viarum tramite deducto, & Salomoni, & sibi non comparavit? Muneribus Regis divitias auxit, ænigmatibus sapientiam retexit; verum, & suimet, tùm donis divitias, tùm nebulosi scientiam ænigmatis claro delineavit penicillo. Haùd quidem hic Auctor, diverso scripturarum non brevi curriculo, scientiæ munere, auri, gemmarum vè nitorem longê excedente, ænigmatibus appositè erga totius mysterium orbis applicitis, & Mariæ V. famam, & suum nec immeritò nomen effert in orbem.

O!

UVA. BHSC. BU 08453

O! Prudens votum, cui verba Bernardi ſucceſſerunt pro voto. Ita ſuper Cantica modulatur is. *Sapientiam ſcribe in tempore otij: ergo ſapientiæ negotia otia ſunt, & quo otioſior ſapientia, eò exercitatior.* Cui verò ſapientiæ incumbit ſcriptor? Mariæ quidem, cuius eloquium ſuper mel dulce adſonat Prov. cap. 8. *Ego ſapientia habito in conſiliis, & eruditis interſum cogitationibus.* O! felix ſupra laborem otium, quod puriſsimæ inſtanti Conceptionis inſerviens, pingit æternitati. O! Irrequieta quies, labor otio tranquillior, qui, dum ſerenæ Verbiparæ glorijs beatur, non fatiſcit labore. O! fortunatus labor, qui per otium Mariæ ſacratus, nec temporis omnia corrodentis, tractu, neciſvê umbra abolendus eſt; ſed dignus, ut in lucem ſine mora edatur eiſdem mirandus, in quorum manus inciderit legendus. Sic cenſemus ſalvo, &c. in hoc Collegio Pacenſi Societatis Jeſu. Poſtridie nonas Junij, Anno milleſsimo, ſeptengenteſimo, vigeſimo ſecundo.

Ignatius de la Concha,
Rector.

Petrus de Figueroa,
Magiſter Theologiæ Moralis.

CEN

UVA. BHSC. BU 08453

CENSURA RR. PP. Fr. JOANNIS DE LA Cruz Prædicatoris Generalis, Ex-Diffinitoris Provinciæ S. Michaelis Regularis Observantiæ S. P. N. Francisci, Almæ Immaculatæ Conceptionis Provinciæ Patris, Episcopatus Pacensis Examinatoris Synodalis: & Fr. Joannis Duran, in Conventu S. P. N. Francisci Civitatis Pacensis, Sacræ Theologiæ Primarij Lectoris.

IBENTER legimus, jucundèque gustavimus egregium, Marianumque Opus, *Symbola allegorica Mariana, sive Hieroglyphica*, ita quod unicuique liceat proclamare nostrum. *Legi* (a) *tanta animi voluptate, quanta luculentâ splendet*, quanto amore, & reverentia ejus Auctorem prosequutus sum. Ad quod si nos compellit obedientiæ onus N. Rmi. P. Fr. Joseph Garcia trium Ordinum S. P. N. Francisci Ministri Generalis emeriti; vltra allexit Auctoris nomen R. P. Fr. Francisci de Aguilar Lectoris Jubilati, Ex-Custodis hujus almæ Provinciæ S. Michaelis, Canariensisque Visitatoris proclamati. Quem si in methodo, facundia, Patrum peritia, scripturæ dexteritate, insolitoque idæarum stylo multoties celebravimus, jàm pridem nobis promeruerat encomium; & tot magis, quot visa, efficacius *quàm audita excitant stuporem*, & rapiunt. *Segnius* (clamabat Poeta) *irritant immissa per aures, quam quæ sunt oculis subjecta fidelibus.* Quis non miratur Aquilam ita fore in volatu celerem, in visus accumine perpetem, ut per aerem levata Soli facta vicinior, solares oculis ebibat splendores? Mirum est, sed forte major volatus altitudo, ad quam noster allectus efflagitavit *AGUILAR*. Illa quamtumvis elevet volatum aeris non transgreditur Sphæram, & nunquam ad inferiorem, pennis attingit cœlum; iste omnem vanitatis pedibus calcans aerem, ad Impireum erexit calamum, Aquilinis oculis mulierem sole vestitam contenplandum. Proh, quàm egregium Christiano Oratori volandi genus! Sic omnes hujus Catervæ docebat August. Oratores *Grande dicendi genus* (b) *hoc maxime distat attemperato, quod non*

(a) Mant. ep. ad Franc. Picam. Mirand

(b) S. Aug. de doctr. Christian lib. 4. cap. 20.

UVA. BHSC. BU 08453

non tam Verborum ornatibus Comptus eſt, quam violentus animi affectibus; & eloquutionis pulchritudinem, ſi occurrerit vi rerum rapit, non cura decoris aſſumit. Sed non propterea involutus ſupra in initio viarum ſuarum ordinem deſpexit, quem Deus in ſuarum viarum infra abſumit initio.

(c) Prov 8. *Dominus* (c) *poſſedit me in initio viarum ſuarum*, de ſe ipſa ajebat Maria. *Creavit me*, recitat alia Lectio: Sicque Auctor, ut ipſa in via Peccatorum non ſtaret, initio viarum, ſeu operum ſuorum, quæ ad extra in prælo exarari decrevit ex nihilo culpæ opus creavit Marianum, ut eadem in primo creationis inſtanti eſſet penitus à Deo poſſeſſa. Igitur *poſſeſsio* dicta eſt â pedibus, & ut dicitur (d) *eſt quaſi pedum poſitio*. Aptabat enim Deus vias, per quas ad extra ambulavit, & quia poſuit in hac via greſſus ſuos, nonque per loca ambulabat arida, & inaquoſa; *in initio* creationis, in principio, & in inſtanti ejuſdem fixit pedes, ut foret Iſrael poſſeſsio ejus. *Dominus poſſedit me, &c. Creavit me. Poſſeſsio eſt, &c.* Quam optimè de calamo iſta, ita feliciter evolanti, dicere oportebit, datam eſſe ei clavem mortis & inferni, & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam. Immo portas Cęli aperuit ei, dum manu Domini fabricata ut Mater tanti Dei. Non jam mœſtis fleat lachrymis Joannes, qui nemo, neque in Cœlo, neque in terra dignus inventus eſt, Marianum aperire librum; quandoquidem jam *vidi* (e) *alium Angelum, & habebat in manu ſua libellum apertum*. Illic *librum*, abſolutè appellat, diminutè iſtinc vocat *libellum*, quia de Parva Maria, quæ modo viſa ubera non habet alloquitur: de Maria Concepta eſt figurata locutio, à quàm pluribus ſic intellecta Patribus. Ille liber, qui occluſus ſeptemque ſigillis ſignatus, quæ nemo aparire valebat, in profluo lachrymarum locavit Joannem; quia lachrymant ſapientes, cum deſunt qui libros aperiantur, ad iſtum, quia apertum Aguila Joannes evolavit Evangelica: Erat profectò Eccleſiæ ſapiens, & ſapientis nullum efficacius illitium, quam libri, *Abiit ad Angelum* (dicit Joannes) *ut daret mihi librum, & dixit mihi, accipe librum, & devora illum.* O quanta imptoprietas apparet in præcepto! *Accipe, & devora.* Quomodo hæc fient? Liber legitur, non devoratur, oculis percipitur, & non ore manducatur. Quod legitur, pertinet ad intellectum, aſcenditque in mentem, quod devoratur attinet ad pectus, deſcenditque in ventrem. Si ergo liber eſt legendus, quamobrem præcipitur devorandus? *Quia liber eſt perfectionum Mariæ* (f) ait Gregor. Nicom. de obitu Virg. *& qui de Maria agit liber non ſalum viſu debet percurri, ſed & diſcuti voluptate. immo debet ſapere pal-*

(d) L. 1. ff. de acquir. poſſeſſ.

(e) Apoc. 10

(f) Apud Zuler. in ep. Catholic. c. 1. § 22.

UVA. BHSC. BU 08453

pallatũ, ut ſapiatur ab intellectu. Quam aptè de iſto valebimus canere libro, ſicut olim aliàs de Regali malo granatorum pomo alter Lyricus decantarat Poeta.

Quot grana oſtentat, tot ſydera punica malos.
Sydera ſub granis nobilior latent.
Magna, licet de te pateant, majora teguntur,
Dum te aperis, intus nobiliora tegis.

Sed quid laudibus tui extollitur ingenioſitas Mariani Libri, quando id ipſum in opere veritas approbat. *Ergo fulgeat* (g) *Sermonum tuorum manifeſtatio, intellectus corruſcet, & eloquium tuum aliena non indigeat aſſertione, ſed ſermo tuus ſe ipſo tueatur; neque ullum verbum in vanum ſtat, & ſine ſenſu prodeat.* Et ſi quid aliud cuique videbitur, *librum* (h) *ſcribat ipſe qui judicat.* Nos igitur iſtum judicantes, ita de illo ſentimus, ut quamvis noſtri impetum cohibeamus amoris, eo quod, *juvenile vitium eſt* (i) *referre non poſſe impetum*; de illo canere non pigeamus, ſicut olim aliàs de S. Romano Martire S. canebat Pudentius.

(g) S. Ambr. ad conſt. ſcribebat

(h) Job. 31. 35.

(i) Senec tra gic. lib. 6.

Noſter gerens ſermo lingua debili
Balbucit, & modis laborat abſonis,
Sed ſi ſuperno reſpergas jecur,
Et ſpirituali lacte pectus irriges,
Vox impeditos rauca laxabit ſonos.

Quamobrem, cum & ultra nil contrarium contineat (ut impediatur curſus) ijs, quæ contrarianda ſunt, prælo meritiſsimè exarari cenſemus. Datum in hoc Pacenſi Conventu S. P. N. Franciſci, die 16. Julij, Anni 1722.

Fr. Joannes à Cruce,
Ex-Diffinit.

Fr. Joannes Duran, Primarius
Theologiæ Lector.

UVA. BHSC. BU 08453

FACULTAS ORDINIS.

FR. JOSEPH GARCIA, LECTOR JUBILATUS, Catholicæ Majeſtatis pro Immaculatæ Conceptionis Regali Congreſſu Theologus, ac totius Ordinis S. P. N. S. Franciſci Miniſter Gener. & ſervus, &c.

Tenore præſentium facultatem facimus R.P. Fr. Franciſco de Aguilar Lectori Jubilato, & Provinciæ noſtræ S. Michaelis Ex-Cuſtodio quatenus obetnta licentia, cæteriſque neceſſarijs, typis mandare valeat librum, cujus titulus eſt: *Hieroglyphica, ſive Symbola Mariana*, ab ipſo compoſitum, & à Gravioribus, Doctiſque Viris noſtri Ordinis (quibus ipſum videndum, & examinandum commiſimus) recognitum, & approbatum. Dat. in hoc noſtro Conventu S. Franciſci Valliſ Oleti, die 29. menſis Julij, anno Dñi. 1722.

Fr. Joſeph Garcia,
Min. General.

D. M. S. Rmæ.
Fr. Antonius Duro,
Secret. Gen. Ordinis.

CEN-

UVA. BHSC. BU 08453

CENSURA

Rmi. P. M. Fr. PETRI MANSO AUGUSTINIANI, Sacræ Theologiæ Doctoris Salmanticensis, & Regij Cathedræ Durandi Professoris, Salmantini Conventus S. P. N. Augustini non semel Prioris, Provinciæ Castellæ Diffinitoris, & pro Provincia in Commitijs Generalibus Romæ celebratis, nunc autem Meritissimi Ministri Provincialis eiusdem Provinciæ, &c.



X commissione Illmi. D. D. Silvestri Garcia de Escalona, Episcopi hujus Diœcesis Salmantinæ, vidi, & perspexi librum hoc titulo exornatum: *Hieroglyphica, seu Symbola Mariana, quibus Matris Dei Mysteria laudantur, cum Novenario de Mysterio Conceptionis, viginti quinque orationibus explanata; & elaboratum per R. Adm. P. Fr. Franciscum de Aguilar Lectorem Jubilatum, Ex-Custodem, & actualem Ministrum Provincialem celeberrimæ, & nunquam satis laudandæ Provinciæ Sancti Michaelis, Regularis Observantiæ Sancti P. N. Francisci, ac Provinciæ Canariensis olim Commissarium Visitatorem.* Vidi, inquam, & perspexi incredibili gaudio, ita ut statim amore amplecterer quem oculis ignorabam. Sed videndo, & perspiciendo, inveni quod sponsa in Canticis desideraverat. Ajebat ista: *Quis mihi det te fratrem meum sugentem ubera Matris meæ?* Et quod ista desiderabat, & quærebat, ego inveni. Inveni namque in hoc libro fratrem meum Carissimum Franciscum de Aguilar sugentem ubera Matris meæ Mariæ. Fratrem meum carissimum vocavi; & merito, nam nexus Fraterniratis Nostrarum Religionum indissolubilis usque ad finem Mundi amplexabitur nos. Sed quid Dicam de hoc Carissimo Fratre? nam, cum sim Frater suus, quidquid dicam suspitionem pariet. *Laudet* ergo *te alienus*, ut ajebat Salomon. Sed pro me sua scripta loquantur; nam quot conceptus subtilissimi in hoc libro continentur, tot linguæ sunt ad sui laudem. Viginti quinque orationes, ex quibus conficitur hoc ingeniosum opus, viginti quinque sunt ora, quæ usque ad Cœlos extollunt sua præconia.

UVA. BHSC. BU 08453

nia. Sed ne Cariſsime, meum fraternalem affectum accuſes, & arguas, dicam de tuo, & meo libro, meo in affectu, tuo in effectu, quod D. Bernardus dixit in ſimili caſu: *Quid pulcrius ſecundum litteram, quid conſequentius juxta ſententiam, quid planius propter intelligentiam, quid utilius ad conſcientiam?* Dicam etiam cum Seneca, & Juriſ-Conſulto Juſto-Lipſio loquentibus ad quendam Amicum: *Cum hunc legeris, dices: viget, vivit, liber hic ſupra hominem eſt.* Dicam cum Plinio: *In quo cenſoriæ virgulæ nihil; laudis, & admirationis multa reperi.* Et denique id, quod eſt quaſi infinitum, cum Seneca finiam: *Indulgentiæ ſcio iſtud eſſe, non judicii.* Nihil ergo in hoc libro inveni, quod diſſonum ſit Sacroſanctæ noſtræ fidei Oraculis; immò conforme eſt bonis moribus, & omnibns fidelibus judico eſſe profuturum. Datum in hoc noſtro Regali Conventu Burgenſi, die decima quinta Septembris, Anno reparatæ ſalutis 1724.

Fr. Petrus Manſo,
Auguſtinianus.

FA-

UVA. BHSC. BU 08453

FACULTAS ORDINARIJ.

NOS DON SILVESTER GARCIA ESCALONA, DEI, & Apoſtolicæ Sedis Gratia Epiſcopus Salmantinus Regius Conſiliarius, &c.

Per hæc, quo ad Nos attinet, facultatem impartimur cuilibet Typographo hujus Civitatis, ut, quin aliquam penam ſubeat, prælo poſsit mandare quendam librum, cujus Auctor eſt R. P. Fr. Franciſcus de Aguilar Miniſter Provincialis Provinciæ Sancti Michaelis Regularis Obſervantiæ S. P. N. Franciſci, in Extremadura; & Libri titulus eſt: *Hieroglyphica, ſive Symbola Mariana*: quatenus fuit recognitus ex noſtra commiſsione à R. P. M. Fr. Petro Manſo, hujus Univerſitatis meritiſsimo Doctore, & in eadem Cathedræ Divi Anſelmi digniſsimo Moderatore: necnon Provinciali hujus Caſtellæ Provinciæ in ſua Auguſtiniana Religione; & ex ſua approbatione Nobis plane patet non continere quidquam contra Fidem Catholicam, & bonos mores. Dat. in noſtro Epiſcopali Palatio Salmantino, die decima Octobris, anni Domini milleſsimo ſeptingenteſsimo vigeſsimo quarto.

Silveſter Epiſcop. Salmantic.

De mandato Dñi. mei Epiſcopi,

D. Joachim Garcia & Salinas.

CEN-

UVA. BHSC. BU 08453

CENSURA

R. Adm. P. M. JOANNIS IGNATIJ DE MALA-vebar è Societate Jesu, Philosophiæ, & Theologiæ quondam Professoris; dein per multos annos in Imperiali Collegio, Illustrissimi Domini in Hispaniarum Regnis Pontificij Legati Theologi.

EX Supremi Regij Castellæ Senatus præscripto, Legi librum, qui sic inscribitur: *Hieroglyphica, sive Symbola Mariana*: quibus luculenter Mysteria Deiparæ cum Novenario de Mysterio Conceptionis viginti quinque orationibus elucidantur, adducto Psalterio decem Chordarum de Virginis planctu. Cujus Auctor est R.P.Fr.Franciscus de Aguilar, Seraphicæ Religionis Alumnus, in Provincia S.Michaelis Lector emeritus Jubilatus, ac Custos, Provinciæque Canariensis Visitator. Nihil inveni toto in opere, quòd bonis obsit moribus, aut spirituali, politicovè regimini adversetur: immo facile deprehendi istud opus singulari eruditione refertum, in quo perspicuitate mira, opportuna proprietate, congruitateque illustri ad sensum communem SS. Patrum sacri exponuntur textus. Quin, & Auctor gravissimos ponderat, ac profundos Doctorum sensuque subtiliter enucleat, quos Doctis, simul, & Indoctis, pro docendo, informandis moribus, & pietate in magnam Dei Matrem instilanda proponit.

Observatu mihi est illa Aquila Magna, quam 12. Apoc. Joannes Theologus prædicat, duabus alis deserviſſe mulieri illi inclytæ: *Datæ sunt mulieri alæ duæ Aquilæ Magnæ, ut volaret*: Quandoquidem excelsa Dei Mater illo typo obumbrata ob excellas pennas *Auctoris* veré *Aguilar*, mirum in modum evolat, ut primæva ejus gratia in ejus animatione nova, quasi

UVA. BHSC. BU 08453

si luce illustretur; cruciatusque ejus acerbi ingrati amarissima morte, intimis piorum animorum præcordijs, magno sui profectu insideant. Quo circa opus judico dignum, quod typis detur in communem quidem maximé vero Concionatorum, ac eruditorum utilitatem. Salvo semper. Matriti in hoc Imperiali Societatis Jesu Collegio, die 8. mensis Junij, anno Dñi. 1723.

Joannes Ignat. Malavebar.

UVA. BHSC. BU 08453

SUMA

DEL PRIVILEGIO.

Tiene Privilegio el P. Fr. Franciſco de Aguilar, de la Regular Obſervancia de N. P. San Franciſco, Miniſtro Provincial de la Provincia de San Miguèl, por tiempo de diez años, para poder imprimir un Libro, intitulado: *Hieroglyphica, ſive Symbola Mariana, &c.* ſin que otra perſona alguna le pueda imprimir ſin ſu conſentimiento, ſo las penas en dicho Privilegio impueſtas contra los que contravinieren à ello, como conſta mas largamente de ſu Original, deſpachado en el Oficio de Don Balthaſar de San Pedro y Azevedo, Eſcrivano de Camara: ſu fecha à ſeis de Julio de 1723. años.

UVA. BHSC. BU 08453

SUMA
DE LA TASSA.

TAssaron los Señores del Consejo Real este Libro, intitulado: *Hieroglyphica, sive Symbola Mariana*, compuesto por el R. P. Fr. Francisco de Aguilar de la Regular Observancia de N. P. S. Francisco, Lector Jubilado, y Provincial de la Provincia de San Miguèl, à seis maravedis cada pliego, como consta por testimonio que de ello diò Don Balthasar de San Pedro y Azevedo, Secretario de Camara, y del Govierno del Consejo. Madrid en 26. de Octubre de 1724.

UVA. BHSC. BU 08453

FEE DE ERRATAS.

PAgin.5.colun.2.linea 11 generationum, dic. generationem. pagin.17.colun.1. lin.14.posſitam, dic. posſitum. pagin.41.colun. 2.lin.2.redimiſſe, dic. redemiſſe. pagin.45.colun.1 lin.2.ſignate, dic. ſignatæ. pagin. 103. colun.2. lin. 18. conſideraet , dic. conſiderate. pagin.113. colun.2. lin.14. omnis, dic. omnes. pagin.116.colun.1.lin.1.pretioſa, dic. pretioſo. pagin.177.colun.2. lin.34. pœnas, dic.pennas. pagin.195.colun.1.lin.21.moleſta, dic.molita, pagin.106. colun.1.lin. 14. ex Lucæ ab Ildefonſi, dic.ex luce Ildefonſi. pagin.210.colun.2. lin.21. habitu, dic.halitu. pagin.37.colun.2.lin.40.fundendam, dic. fundendum. pagin.55. colun. 2.lin.8.operativus, dic. operatuius. pagin.58.colun.1.lin.19. cauſæ, dic.caſſæ. pagin.59.colun.2.lin.2.hunc, dic. hæc. pagin.60. colun.2.lin.28. cætera, dic.de terra. pagin.95.colun.1.lin.23.admiratas, dic.admiratus. pagin.95 colun.2.lin. 8. turbatas, dic.turbatus. pagin.103.colun.1.lin.29. Promptæ, dic. Prompte. pag. in 126. colun.2.lin.32.formatis, dic.formatus. pagin.128.colun.1. lin.8. dicebant, dic. videbant. pagin.129.colun.1.lin.12.olim, dic.diem. pagin.129. colun.2. lin.22. animavit, dic.anima eſt. ibid.lin.31.partem, dic.partim. pagin. 141. colun.1. lin.37. Mariam, dic.Mariæ. pagin.148.colun.1.lin.4. menſurum, dic.menſium. ibid.lin.8. fabricatas, dic.fabricata. ibid.lin.29. quæ, dic.que. ibid. colun.2. lin.30. bene, dic. nunc. ibid.lin.33. Mavime,dic.Maxime. ibid.quid, dic.quia. ibid.lin.35.Sanctiſsimum, dic.Sanctiſsimæ. pagin.154.colun.1.lin.12 progreſſa, dic progreſſu. pagin. 159.colun.2.lin.10.intellectus, dic.intellectui. pagin.161.colun.1.lin.17. facilibus, dic.falacibus. pagin.1701.colun.1.lin.6.& cœlum,dic.è cœlo. pagin.183. colun.1. lin.8. vox, dic.voce. ibid.lin.9.verbum,dic.verbo. pagin.184.colun. 1.lin.5.præcedit, dic. præcidit.

Eſte Libro intitulado , *Hieroglyphica , ſive Symbola Mariana*, ſu Auctor el R. P. Fr. Franciſco de Aguilar , Lector Jubilado , de la Regular Obſervancia de N. P. S. Franciſco , Miniſtro Provincial de la Provincia de San Miguèl : advirtiendo eſtas erratas, correſponde à ſu Original. Madrid , y Octubre à 10. de 1724.

Lic. D. Benito de Rio Cao de Cordido,
Correct. Gener. por ſu Mageſt.

IN.

UVA. BHSC. BU 08453

INDEX

ORATIONUM, QUÆ IN HOC VOLUMINE continentur.

ORATIO Prima de Mysterio Conceptionis, prę∫ente SS. Sacramento. pag. 1.
Oratio 2. Ejuſdem Myſterij. pag. 14.
Orat. 3. Ejuſdem Myſterij. pag. 28.
Orat. 4. Ejuſdem Myſterij. pag. 42.
Orat. 5. Ejuſdem Myſterij. pag. 57.
Orat. 6. Ejuſdem Myſterij. pag. 71.
Orat. 7. Ejuſdem Myſterij. pag. 85.
Orat. 8. Ejuſdem Myſterij. pag. 99.
Orat. 9. Et ultima. Ejuſdem Myſterij. pag. 112.
Orat. 10. De Nativitate B. V. M. prę∫ente SS. Sacramento. pag. 124.
Orat. 11. De Prę∫entatione B. V. M. cum advocat. Boni ſucce∫ſi. Prę∫ente SS. Sacramento. pag. 134.
Orat. 12. De Incarnat. Verbi Divini. pag. 146.
Orat. 13. Ejuſdem Myſterij. pag. 159.
Orat. 14. De Viſitatione B. V. M. pag. 173.
Orat. 15. De Expectatione B. V. M. pag. 185.
Orat. 16. De Purificatione B. V. M. pag. 198.
Orat. 17. Ejuſdem Feſtivitatis. pag. 213.
Orat. 18. B. V. M. In feſtivitate Nivium titulo ſalutis. pag. 225.
Orat. 19. De Aſſumpt. B. V. M. pag. 236.
Orat. 20. De Annunt. B. V. M. titulo de la Rivera. pag. 249.
Orat. 21. De Incarnat. Verbi Divini, quando in Altari Novo SS. Sacramentum collocatur. pag. 261.

Orat.

UVA. BHSC. BU 08453

Orat. 22. B. V. M. titulo de la Paz, preſente Santiſsimo Sacramento. pag. 272.

Orat. 23. B. V. M. ſub eodem titulo de la Paz. pag. 284.

Orat. 24. de Nomine B. V. M. pag. 294.

Orat. 25. de Patrocinio B. V. M. pag. 309.

UVA. BHSC. BU 08453

LECTORI BENEVOLO.

NON cupiditave laudis (Amice Lector) hoc mihi munus opus tuo pio judicio offero; sed si tibi profuerit, ut tuo ingenio è tenebris ignorantiæ ex me eductis, lucem subtilitatis educas. Ex quo in Ecclesiaste legi: Vanitatem, magnumque malum hominem esse otiosum. Hoc vitium odivi anima mea. Cumque tempus actualis lectionis adimplessem, Apostoli Consilium sumpsi: *Dum tempus habemus, operemur bonum*; ideò manum labori applicare desiderans, cogitatui meo circa materiam consilium occurrit bonum; Ecclesiastici nempè Verba, quæ in persona Virginis prolata intellexi: *Qui operantur in me, non peccabunt, qui elucidant me vitam æternam habebunt.* O utinam Virginis speciale patrocinium, utì lucrum inveniam! Sed ut discretioni subcumberem (licet nil novum sub Sole) per Symbola, & Hieroglyphica, allegorica elogia disposui; nescio si tibi grata. Scio usitata ab Antiquioribus, usque ad Novissimos, à Prophanis usque ad Sacros; à Philosophis usque ad Theologos. Inter Egyptios, Hebræos, Græcos, aliasque nationes accepta fuere; in Antiquo, & Novo Testamento à Prophetis, alijsque Canonicis Scriptoribus probata; & quod maximum testimonium præbet, ab ipso Verbo Incarnato prolata in Evangelio inveniuntur. Non lingua vulgari trado, sed latino idiomate, quia vulgare difficillimũ judico, varietati stilij accommodari; sed latino, clariori, humilique methodo, quilibet proprio accommodare poterit. Sicque insipientibus, & sapientibus via panditur. Si aliquid inveneris tibi acceptum, Deo (à quo omne bonum) tribue; inutile, meæ ignorantiæ. Sed ut pius judicabis, & in omnibus charitatem, & pietatem exercere poteris. Vale.

UVA. BHSC. BU 08453

PROTESTATIO AUCTORIS.

PRotestor me vivere, morique velle in confessione, & obedientia Fidei Catholicæ, Sedisque Apostolicæ; illibatasque gerere illius decisiones, constitutionesque omnium Pontificum; qua propter omnia confirmari volo ipsi veritati, & Censuræ Ecclesiæ Romanæ subjicio, ab ejusque judicio in omnibus corrigi toto animo desidero.

UVA. BHSC. BV 08453

ORATIO PRIMA

DE MYSTERIO CONCEPTIONIS B. VIRGINIS MARIÆ, PRÆSENTE SS. SACRAMENTO.

Liber generationis Jesu-Christi:: de quâ natus est Jesus. Matth. cap. 1.
Cæro mea verè est cibus. Joan. cap. 6.

SOLA ostensione fructuum terræ Promissionis, responderunt universo populo Israelitico Antiqui Exploratores: *Ostenderunt fructus :: ex fructibus cognosci potest.* Non fuit ordo à Moyse illis datus, quod illam terram comprehenderent, bonitatem, qualitatesque? Ita sacer textus dicit ordinasse Ducem Sapientem: *Considerate terram, qualis sit:: ipsa bona, an mala.* Ita etenim factum fuit, sed sola ostensione fructuum terræ illius, optimè responsum dedère: *Ex fructibus cognosci potest.*

Numer. cap. 3.

2 Hoc testimonium nobilitatis Mariæ in primo suę Conceptionis instanti, præbent hujus diei circunstantiæ. Evangelium affirmat, Jesum, qui dicitur Christus, esse Mariæ fructum: *Mariæ, de qua natus est Jesus, qui vocatur Christus.* Eucharistiæ Sacramentum ostendit existentiam ipsiusmet fructus, quia signat Corpus Christi sub accidentibus: *Caro mea verè est cibus.* Idem ipse est fructus ab Evangelista ostensus.

Matth. c. 1.

Joann. c. 6.

3 Dicit Evangelium, Jesum vocari Christum: *Qui dicitur Christus.* Jesus idem est, ac Salvator; quia obtulit se Æterno Patri victima, ut pro homine satisfaceret, eumque redimeret: *Factus est nobis sanctificatio, &*

1. Corinth. c. 1.

UVA. BHSC. BU 08453

redemptio, dixit Apostolus : *Christus* idem est ac *unctus Sacerdos*; quia idem ipse se ipsum obtulit; ut victima, & Sacerdos : *Semetipsum obtulit immaculatum Deo*, dicit Paulus. Ita in Eucharistiæ Sacramento continetur, ut Jesus, & ut Christus, ut victima, & ut Sacerdos. Ideo Evangelicus Scriptor volens testimonium præbere nobilitatis Mariæ in instanti Conceptionis, fructum ejus tantum offert: *De qua natus est Jesus*, ut illa nobilitas in Sacramento dignoscatur: *Ex fructibus cognosci potest*. Efficacius testimonium puritatis Mariæ, hoc est; Sacramentum, nempè, quia cum sit victima Deo, & Mariæ fructus; efficacius argumentum suæ puritatis esse debet.

Hebræos c. 9.

4 Noluit Deus in lege antiqua, quod sibi obtulissent panes fermentatos: *Cum obtuleris sacrificium coctum: de simila, panes scilicet absque fermento*. Dixit Moysi, ipse Deus. Generale documentum fuit ad omnia sacrificia sibi offerenda : *Omnis oblatio, quæ offertur Domino, absque fermento erit.* Ita erit argumentum efficax, & illatio vera, si dicam: offerebatur panis in sacrificio: ergo erat absque fermento. Constans illatio est ex textu.

Levitic. c. 2.

Ibi.

5 Ratio ex parte Dei, quare noluit panes fermentatos offerri in sacrificijs, fortè fuit; quia fermentum, licet modicum, totam corrumpit massam, dicente Apostolo : *Modicum fermentum totam massam corrumpit*. Non enim placebant Deo victimæ, & offrendæ panis fermentati, massæque corruptæ. Ergo erit argumentum efficax dicere: est panis, qui Deo in sacrificio offertur: ergo formatus ex massa incorrupta. Vim hujus illationis intelligant sapientes.

1. Corinth. c. 13.

6 Hæc enim est probatio, testimoniumque exhibitu mab Evangelio, puritatis Mariæ in instanti Conceptionis, per Sacramentum Eucharistiæ. Jesus, qui Christus est, ipse est victima, quæ in Eucharistia Deo Patri offertur, ipseque fuit formatus ex massa Mariæ Virginis: *De qua natus est Jesus, &c.* ergo illa materia, sivè massa, absque fermento peccati alicujus fuit; & absque corruptione peccati originalis.

7 Reddo rationem figuræ in levitico pane, & realitatis in mysterio nostro.

Sup-

UVA. BHSC. BV 08453

Supponatur panem illum legis antiquę figuraſſe Sacramentum legis gratiæ. Chriſtus ut victima in Cruce, & in Euchariſtia oblatus, ſatisfecit pro peccato toto rigore juſtitiæ: *Factus eſt nobis juſtitia.* Satisfactio ex juſtitiæ rigore, eſt redditum pretij æqualis, materiæ nempè, quæ non ſit debita alio titulo: *Eſt redditio ad æqualitatem, ex aliàs, indebitis.* Dicunt Theologi ex jure Canonico. Ergo ſi caro, & ſanguis Chriſti in Cruce, & in Euchariſtia ſatisfecit ex rigore juſtitiæ; caro, ſanguiſque unde formatum fuit pretium, nullo titulo ſubjecerunt ſe debito alicui, ſed ex toto capite exemptionem habuerunt. Hoc fuit caro, & ſanguis Virginis Mariæ, ut Evangelium dicit: *De qua natus eſt Jeſus, &c.* Ergo fuit abſque debito, & ſine corruptione culpæ originalis. Videbitur me aſſumpſiſſe myſterium cum conatu ad probandum, ſed non aliud intendo, niſi demonſtrare ab Evangelio, & Euchariſtiæ Sacramento demonſtratum, quod deſidero cedat in ipſius myſterij gratiam.

AVE MARIA.

1. *Corinth. c.* 1.

Theologi in tract. de Satisfact.

Liber generationis Jeſu-Chriſti, &c.

Caro mea verè eſt cibus, &c. Capitibus citat.

LIber proponitur ab Evangelio pro Myſterio Conceptionis Mariæ Virginis: *Liber generationis.* Non enim tranſeam ab ejus primo folio. In eo enim ſculpi mos eſt, ſcutum nobilitatis illius perſonæ, cui dicatur; jam ænigmatibus; jam ſymbolicis metaphoris; jamque Hieroglyphicis. In primo folio hujus myſtici libri, gratiæ Mariæ in primo ſuæ Conceptionis inſtanti ſcutum, ſive ſtemma ſculpam; ubi per ſymbola, metaphoras, & allegorica Hieroglyphica delineabitur myſterij nobilitas.

9 Sit linea ſphærica, ſive circulus perfectus, in cujus centro delineantur populi multi, provinciarum, regnorumque varietas; omneſque gentes, & nationes. Apparet etiam quædam Civitas initio ſuæ fundationis, & omnia materialia ad ejus ædificationem cum artificibus operantibus. Propè materialia Civitatis pulchra fœmina ſiſtitur, veſte candida

UVA. BHSC. BU 08453

ornata, ſcutum, lanceamque tenens manibus, & cuſtos facta materialium illius Civitatis. Poſt ſpatium breve videtur Civitas illa in ultimo puncto ſuæ ædificationis; & ipſa eadem pulcherrima fœmina, ijſdem armis, veſteque ornata, illius Civitatis ædificatæ in cuſtodia poſita.

10 Alia ex parte terribilis Draco videtur, per centrum circuli illius diſcurrens; tranſienſque omnes Provincias, Regna, Populos, genteſque omnes; omnia inficit ſuo veneno mortifero. Dum accedere tentat ad illius Civitatis materialia; prævenit fœmina cuſtos illius impetum; & armis utens, reſtitit Draconi; qui vulneratus manens, receſsit ab impetu.

11 Ubi videtur Civitas in ultimo puncto ſuæ ædificationis, Draco ille ſe oſtendit ad impetum contra illam Civitatem; ſed fœmina cuſtos æqualiter vigilans, & conſtans, armis utens; tanto impetu reſtitit Draconi; quòd ex recepto vulnere, mortuus manſit.

12 Per circuitum circuli ſcriptum legitur illud Pauli: *Omnes in Adam peccaverunt.* Supra Civitatem initio ædificationis grabatur illud Pſalmi: *Ædificatur ut Civitas.* In ipſa Civitate ædificata illud Eſther videtur: *Non pro te hæc lex.* In primo impetu Draconis à fœmina cuſtode prævento, & repulſo, illud regum ſcribitur: *Feſtinavit ad pugnandum, & prævaluit adverſus hoſtem.* Et in alio impetu contra Civitatem ædificatam, ejuſdem loci regum littera videtur: *Percuſſum hoſtem interfecit.* Hoc ſymbolum in primo folio myſtici libri ſculptum videtur, tanquam ſtegma nobilitatis Virginis Mariæ in primo ſuæ Conceptionis inſtanti. Sic intelligitur.

13 Circulus comprehendens omnia Regna, Provincias, & nationes, mundum homines comprehendentem, ſignat. Civitas illa Virginem Mariam, ſicuti à Joanne fuit contemplata; ſed in duplici ſtatu: & in diſpoſitione, & præparatione ad concipi; & in primo Conceptionis inſtanti. Illa pulchra fœmina in cuſtodiam poſita eſt ipſa gratia. Draco terribilis peccatum originale eſt, quod omnibus Adæ filijs corrumpit. Sic explicat littera: *Omnes in Adam peccaverunt.* Duplex Draconis impetus adverſus, illam Civitatem; impetum duplicem peccati originalis con-

Eſther. c. 15.

1. Reg. c. 28.

Ibidem.

1. Corinth. c. 15.

Pſalm. 121.

UVA. BHSC. BU 08453

contra Mariam signat. Primum, in præparatione, & materia suæ Conceptionis. Secundum, in ipso primo Conceptionis instanti: Sed quia in primo impetu, vulneratus à gratia, recessit, dicit littera: *Festinavit ad pugnandum, & prævaluit adversus hostem*: Et quia in secundo, gratiæ vigore mansit mortuus, dicit: *Percussum hostem interfecit.*

14 Undè assumptum ex symbolo est: peccati originalis mors in Conceptione Virginis Mariæ; quia aggrediens duplicem impetum adversus eam, in præparatione materiæ Conceptionis nempè, & in ipsa Conceptione: in primo impetu recessit peccatum vulneratum præventu gratiæ, & in secundo mortuum mansit.

§. I.

15 PRimum in symbolo, est impetus Draconis adversus materialia præparata illius Civitatis, & ad ædificationem applicata; sed repulsus ab illa pulcherrima fœmina custodienti, recessit vulneratus, prostratusque, & ornatur hac littera: *Festinavit ad præliandum, & pugnavit adversus hostem.* Exprimit ænigmaticè primum impetum peccati originalis contra Mariam, in quo mansit prostratus fortitudine gratiæ. Duplici statu, temporeque, invadit peccatum originale, filios Adæ, ut inficiat. Primò, materiæ ipsi, ex qua formantur in humana carne, à primo motu parentum tendenti ad generationum filiorum. Hic impetus, & invasio peccati originalis non aliud est, quam exhibitio materiæ generationis cõcupiscentia libidinosa; quia cum hæc de ordinatio, culpæ originalis effectus sit; index est, & veluti conditio ad incurrendum peccatum. Sic Subtilis Doctor: *Anima contrahit mediante carne... ex hoc quod caro concupiscibiliter seminatur, & ex ipsa formatur corpus, cui infunditur anima, constituens personam, quæ est filius Adæ.* *Scot. in 2. dist. 32.*

1. Reg. cap. 28.

16 Etenim cum sit Deus, à quo lata fuit sententia filios Adæ incurrere peccatum originale; ipsa caro deordinatè, & concupiscibiliter generata, notificat Legem Dei: *Corruptio per offensionem manet in corpore, robur tenens Divinæ sententiæ dictæ in Adam, cuius consortio maculatur peccato anima,* dixit S. Ambrosius. Hoc est *S. Ambros. ap. Magistrum SS. dist. 20.*

UVA. BHSC. BU 08453

primum impetum, & invasionem facere originale peccatum in filiorum Adæ conceptione; vim habere in materia generationis, modoque inordinato ministraudi ipsam.

17 Deus in formatione Virginis Mariæ ita vigilans fuit, quod prævenit gratia superabundanti, vigilias peccati originalis, ut non afficeret materiam, ex qua formanda erat mystica illa Civitas. Deus ex una parte, sua sapientia, potentiaque, materiam curabat, ex aliaque parte, impetus culpæ originalis restitebat.

2. *Esdræ, capit.* 4. 18 Cum Muri Jerusalem ædificabantur per Populi Dei filios, sic disponebatur ædificatio, quod eodem tempore, & simul materialia præparabantur, una manu ædificabant, & alia gladium tenebant contra inimicos, Civitatẽ invadentes: *Ædificantium in muro, & portantium onera, & imponentium, una manu sua faciebat opus, & altera tenebat gladium.* Congregati fuerant inimici Jerusalem, ut ipsam invaderent, & insidias contra ipsam meditabantur: *Congregati sunt omnes pariter, ut pugnarent contra Jerusalem, & molirentur insidias.* Sed providentiæ præventæ insignis Machabæi reddiderunt inutiles insidias, & vigilias inimicorum: *Cum audirent inimici, dissipavit Dominus consilium eorum.* A primo lapide, & materia, ex qua formanda erat Civitas Mariæ, paravit serpens peccati originalis insidias, ut invaderet illam: *Tu insidiaberis calcaneo eius.* Sed Divina Omnipotentia prævenit insidias peccati fortitudine Divinæ Gratiæ, ut non misisset suum venenum mortiferum in illa materia, ex qua formanda erat. Ex parte, gratia operabatur in parentes, ut materiam cum puritate ministrassent; & ex parte, ipsa gratia invasiones culpæ originalis restitebat.

Ibi.

Genes. cap. 3.

19 Charitas fuit principium movens Joachim, & Annam ad generandum Virginem Mariam; non verò inordinatus appetitus libidinosæ concupiscentiæ: *Ut ostenderet non ex carnis concupiscentia Virginem fuisse ortam, sed ex Divina gratia mirabiliter operante*, dixit Damascenus. Materia ex qua formata fuit Beata Virgo affecta fuit charitatis impulsu. Sic Beatæ Birgittæ revelatum fuit: *Tamen pro certo dico tibi, quod ex charitate Divina, non ex concupiscentia aliqua voluptatis,*

S. Damascen. Orat. de Nativ.

Ibidem.

Revelat. S. Birgit. lib. 1. *capit.* 9.

UVA. BHSC. BU 08453

tis, ex Divina dilectione; & sic ex semine eorum per Divinam charitatem caro mea compaginata est. Concipienda erat Beata Virgo, ut Mater Dei esset, & fuit specialis gratiæ præventione materia ædificij, haùd culpæ indicem haberet: *Cum Virgo Maria concepta sit, ut foret Mater Dei, necesse fuit, materiam Gloriosæ Virginis, quæ apta erat, ut hanc perfectionem reciperet ab originali peccato sine initiali macula productam fuisse*, ait Galatinus. Antequam materia ex qua formata fuit Virgo, ipsius Virginis pars esset, & adhuc cum esset parentum, præventa fuit gratia, dixit idem Galatinus: *Ut absque peccato propagaretur, non natura, sed gratia id consecuta est, cum decentius fuerit Deum mundasse materiam, ex qua matrem suam efficiebat, dum efficientis esset materia, & antequam patientis materia fieret.*

Galatin. lib. 7. de Arcan. cap. 6.

Idem c. 8.

20 Audite confirmationem huius veritatis à Venerabili Historiatrice Virginis Maria à Jesu: *En los padres* (ait) *concurrieron la naturaleza, y la gracia; aquella cortès, y medida solo en lo preciso, è inescusable; y esta superabundante, poderosa, y excessiva, para absorver la misma naturaleza, no confundirla, pero realçarla, y mejorarla con modo milagroso, de suerte, que se conociesse avia tomado la gracia por su cuenta esta Concepcion, valiendose de la naturaleza.*

Mystic. Ciud. de Dios, to. 1. lib. 1. n. 210.

21 Fuit tanta vigilantia ex parte Dei, ut Maria conciperetur absque aliquo culpæ originalis inditio, quòd dum ministrabatur materia mirabilis fabricæ, exercitum fortem efformavit adversus primordiales insidias originalis culpæ, ut ex una parte, materiam perficeret, ex aliaque, invasiones hostiles restitisset.

22 In fabricatione murorum Jerusalem Hebræi custodiebant ędificium: *Posuimus custodes suprà murum die, ac nocte*; & exercitus efformabatur ex ipsis ad resistendum invadentibus: *Una manu tenebant gladium, & alia faciebant opus.*

2. *Esdræ c. 4.*

23 Sponsum in Canticis audite: *En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt eum, ex fortissimis Israel omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi.* Dicit enim quod Mariam (quæ lectulus Divini Salomonis fuit) munierunt fortio-

Cantic. cap. 3.

UVA. BHSC. BU 08453

tiores bellatores sui. Intelligamus sponsum cum revelatione Beati Amadæi : *Scito amice* (dixit illi Angelus) *me Gabrielem, & alios socios meos quam plurimos nocte illa, qua Dei genitrix fuit concepta ad fuisse, & cooperatos fuisse miro, & ineffabili modo circa materiam Conceptionis illius purissimæ.* Nunc Historiatricem Virginis audiamus : *Manifestò Dios à los Angeles su determinacion de concebirse la que avia de ser Madre del Verbo humanado. Determinò el Altissimo quienes avian de ocuparse en este ministerio. Eligiò de cada Coro cien Angeles, luego doze, despues diez y ocho de los mas supremos; y setenta Serafines de los mas supremos, y allegados à el Trono de Dios. Estos Capitanes esforçados fueron señalados entre todos en aquella antigua batalla contra el Dragòn; y porque estos Serafines se aventajaron, dize, que guardaron el Trono de Salomon, y le hazian escolta.* Hunc exercitum disposuit, prævenitque Altissimus dum concipiebatur Virgo Maria, ut materia ex qua concipienda foret ab originali culpa non macularetur. Tot subsidijs ex parte gratiæ evanuerunt insidiæ peccati originalis, melius inimicis Jerusalem : *Dissipavit Dominus, &c.* Mansitque peccatum originale confusum, & vulneratum in hac prima invasione : concipienda erat Virgo, ut esset Tabernaculum Dei vivi, fierique debebat ex materia exempta corruptione.

Amid. raptu 4.

Mysticæ Ciud. de Dios, 1. p. c. 4. n. 201.

24 Arcam fabricasse dixit Moysi Deus : *Facies, & Arcam.* Sed materia ex qua fienda, ligna setim esse dixit : *De lignis setim*, de materia incorruptibili : *De lignis incorruptibilibus*, Septuaginta legerunt : *De ligno sancto*, dixit Arabicus. Tot vigilantiæ in Arcæ materialia? Etiam ; quia fiet ad mannæ Tabernaculum, Tabularum Legis, & Moysaicæ Virgæ: Etiam, quia Arca propriissima figura fuit illius creaturæ, quæ Mater, Templumque Dei esset, & materia proportionanda erat: *Per hanc Arcam intelligitur Beata Virgo ratione materiæ; per ligna setim, quæ sunt imputribilia, designatur caro eius, quæ nunquam sensit corruptionem concupiscentiæ:* dixit Ricardus à S. Laurentio.

Exodis, cap. 25.

Septuaginta. Arabic. lect.

Ricard. à S. Laurent. lib. 1. de laudib. B. Mariæ.

25 Ideò gratia prævenit, ne originalis culpa captivam faceret Mariam, & in-

UVA. BHSC. BU 08453

invadere meditans in præparatione materiæ, & formationis mysticæ Arcæ, inventum fuit peccatum repulsum, & postratum fortitudine gratiæ.

26 Arcam Testamenti collocarunt Philistęi in Templo Dagonis, in conspectu Idoli. Accidit autem, quod existimantes Arcam captivam, Dagonique subditam, Dagonem invenerunt ante Arcam prostratum in terra: *Ecce Dagon jacebat pronus in terra ante Arcam*: alij legunt: *Quasi ab illa prostratus, & illi subditus.* Hoc est Mariæ Mysterium in Conceptione, quod quando originalis culpa meditabatur captivam facere, materiam formationis violando, præventa à gratia, Dei providentia, & Verbi Incarnandi meritis prævisis ante actualem invasionem eductis, tali impetu culpam restitit, ut & Maria mansisset in offensa, & culpa originalis prostrata.

1. Regũ, cap. 5. Alia lect.

27 Rememoramini superbiæ illius Gigantis, qui erat Populi Israelitici opprobrium. Cecidit pronus in terra fortitudine Davidici brachij: *Percussit Philistęum, cecidit in faciem suam super terram.* Notate in Historia mysterium. Ferebat fundam David in manu: *Fundam manu tulit.* Ex lapidibus quinque, quos de torrente acceperat & in perā pastoralem servaverat, unum sumpsit: *Tulit unum lapidem.* Collocavit in fundam, antequam Philistęus appropinquaret, celeriter prævenit ad jactum: *Festinavit David, & cucurrit.* Jecit lapidem ex funda: *Funda jecit.* Tantoque ictu lædit Philistæum; quòd mansit monstruum illud prostratum, & pronum in terra: *Cecidit, &c.* Ut mysterium figuratum capiamus, judicum Historiam investigemus.

1. Regũ, cap. 17.

28 Vellus illud, in quo Gedeon signum ad victoriam desideravit Mariam figurabat: *Per vellus, Virgo intelligitur*, ait Ambrosius. Prophetavit etiam David: *Descendet sicut pluvia in vellus.* Loquebatur de Verbi Incarnatione. Si enim Gedeon desiderabat rorem in solo vellere, & siccitatem in omni terra, in roreque, gratia intelligitur, ut Lyranus ait: *Gedeon petijt rorem gratiæ.* Cum omni proprietate Mariæ Conceptionem figurabat; ubi gratia abundavit, dum in cæteris Adæ filijs ipsius carentia communis est. Nunc ad Regum Historiam reddam.

Judicũ, cap. 6. Ambrosius. Ps. 71. Lyra ibi.

Gos-

UVA. BHSC. BU 08453

29 Goliath tulit figuram peccati originalis, quod filiorum Adæ opprobrium est. Armiger ejus, est natura corrupta; arma, modus concupiscentiæ libidinosæ, quo propagatur natura; brachium David, Dei potentia, qua mirabilia in Maria operatus est: *Fecit mihi magna, qui potens est.* Funda, figura Mariæ fuit, ex lana illius velleris efformata, lapis, fuit Christus, in sententia Augustini: *Lapis ille, quo percussus est, Christum Dominum signabat.*

Lucæ c. 1.

Augusti. Serm. 197.

30 Servavit Deus in sua providentia illa quinque vulnera principaliora in prævisione cognita, & ex torrente futuræ passionis filij electa; & dum concipiebatur Maria, præparabantur, & ministrabantur materialia illius fabricæ; antequam Goliath peccati originalis invaderet, armisque uteretur, celeriter *festinavit*, & *cucurrit*, tulit lapidem meritorum Christi ex occulto suæ providentiæ: *Tulit unum lapidem.* Collocavit in funda Mariæ, quæ fiebat ex vellere purissimo, jecit adversus culpam originalem, & tanto jactu lædit, ut peccatum originale prostratum reddidisset: *Percussit Philistæum....cecidit in faciem suam.* Ita Maria in ejus formatione, & materia ex qua formabatur, libera mansit ab originalis culpæ læsione per merita filij prævisa: *Ex morte ejusdem filij sui prævisa, eam ab omni labe præservasti*, ait Ecclesia.

In Orat. Officij Cõcept.

31 Hic fuit triumphus primus gratiæ de peccato originali in Mariæ Conceptione. Primumque, in symbolo gravatum: invasio prima culpæ originalis adversus Mariam circa materiam, ex qua formanda erat, ut læsam, rediret; sed a gratia præventa insidias, invasionemque restitit; & ipsam culpam vulneratam, & prostratam relinquit. Hæc est litteræ symbolicæ explanatio: *Festinavit ad præliandum, & pugnavit adversus hostem.*

Ordin. Min.

§. II.

32 SEcundum in symbolo repertum, est repetitio invasionis à mortifero Dracone adversus Civitatem illam in perfectione suæ ædificationis; sed præveniens illa pulcherrima fœmina, scuto, & lancea, ita restitit, & vulneravit Draconem, quòd Civitas illæsa manens, Draco ipse mortuus remansit. Hic sensus litteræ ornantis: *Percussum hostem*

1. Regũ, cap. 28.

UVA. BHSC. BU 08453

hoſtem interfecit. Significatur per ſymbolum fortitudo gratiæ, cujus vigore culpa originalis mortua fuit, dum invaſit Mariam in ejus formatione perfecta, & completa Conceptione.

33 Marianæ Civitatis ædificatio ad ultimam perfectionem Conceptionis pervenit. Ad filiam eſſe Adami per naturam. Hoc factum tenuit inſtanti ipſo, in quo anima infuſa corpori fuit, ubi perſonam eſſe, filiamque Adami, verificatur: *Infunditur anima conſtituens perſonam quæ eſt filius Adæ.* Ait Subtilis Doctor: Hoc in inſtanti contrahitur originalis culpa; quia nec caro ſola, nec ſola anima contrahunt; ſed cum verificatur perſona filius Adami. Hoc eſſe, accepit Maria per naturam; ſed ita roboratum à gratia, quòd ipſa Virgo immunis à fortiori invaſione manſit. *Scotus.*

34 Quamvis in prima invaſione a culpa originali contra materiam, ipſa vulnerata, proſtrataque manſit; nõ ideò à repetitione ſe abſtraxit. In ultimo puncto Conceptionis Virginis, iteravit invaſionem, ut Mariam redigeret in ſuî captivitatem; ſed fortior gratia muniens, ipſi culpæ mortem intulit. Concipiebatur Maria Adæ filia per naturam; ſed cum fieret, ut Templum Dei eſſet, præventa fuit gratia, & immunis à culpa: *Non decebat Sanctuarium Dei, domum ſapientiæ, Relicarium Spiritus Sancti, Urnam mannæ cœleſtis, aliquam labem habere in ſe*: ait S. Thomas à Villanova. Ita prævenit gratia Mariam adverſus peccatum originale, quod culpa mortem invenit ante quam actu invaderet. *S. Thom. de Villa. ſerm. 3. de Nativit. Beatæ Virg.*

35 Mulier caput tuum conteret, dixit Deus Diabolo: *Ipſa conteret caput tuum*, & poſtea ipſum inſidiaſſe calcaneo mulieris: *Tu inſidiaveris calcaneo ejus.* *Geneſ. 3.*

De Maria loquebatur: *De Beata Virgine*, ait Lyranus; quia caput contrivit totius peccati: *Ita contrivit caput, & potentiam; quia nullum peccatum, nec originale, nec actuale in ſe admiſit*: ait Tyrinnus: ſed notandum prius contriviſſe Mariam caput Serpentis, quam Serpens Mariæ inſidiaſſe; quia dum culpa originalis meditabatur inſidias ad invadendum, & ſecuram ſe judicabat de captivitate; deſtructionem, ruinamque propriam invenit. *Lyra. ibi.* *Tyrin. ibi.*

36 Vidimus Dagonem in conſpectu Arcæ pronum in terra. Ille primus triumphus,

UVA. BHSC. BU 08453

phus, & victoria Arcæ adversus idolum, inspiciamus iterum. Collocarunt Dagonem iterum Philistæi ante Arcam; sed invenerunt jam non tantum in terra pronum; sed in partes divisum:

1. Reg. 5. *Altera die::invenerunt Dagon jacentem coram Arca Domini, caput, & duæ palmæ manuum abscissæ erant.* Ita roboravit gratia Arcam mysticam, Mariam nempè in Conceptione; quod si culpa originalis processit in insidijs ad repetendum invasionem; gratia corroboravit suam fortitudinem usque quo ad interitum culpam originalem redigisset. Ut autem glorioſior victoria feciſſet, ipsius peccati originalis gladio, mortem intulit culpæ.

37 Verum enim est fortitudinem Davidici brachij Gigantem in terram jeciſſe ictu lapidis è funda missi: *Cecidit, &c.* Sed non satis fuit fortitudini brachij hoc trophæum. Celeriter cucurrit. *Cucurrit David.* Pedem super Goliath collocavit: *Stetit super Philistæum*; & gladio ipsius interemit; caputque separavit à corpore: *Tulit gladium ejus, interfecit eum, præciditque caput ejus.* Si enim fuit Beata Virgo figurata in funda, ex qua lapis meritorum Christi jactatus contra originalem culpam, pronam reduxit in terram in prima invasione, etiam fuit ex qua tulit peccatum mortem proprio gladio.

1. Reg. 13.

38 Ense legis à Deo decretæ redigebat peccatum omnes Adæ filios, & gladio legis à Deo decretæ, qua Virgo fuit præservata, & cum plenitudine donorum decreta, ante quam permissio primi peccati fuisset determinata, culpa originalis mortua fuit: *Interfecit eum.* Merita Christi prævisa lapidem construxerunt, quo Virgo roborata fuit in gratia, medio Divino decreto adversus peccatum; tantoque ictu culpam affecit, quod vitam abstulit.

39 Scito mors, quod ego ipse ero tua mors: *Ero mors tua ô mors!* Per Osseam culpæ originali dixit Deus; sed quomodo erit peccati mors? Jam parte superiori capitis ipsius, dixit. *De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos.* Quod liberaturus est de mortis manibus, & quod de morte redimet. Redimere à morte, est à captivitate liberare, quod cum filijs Adæ fecit. De manu mortis liberare, est præservare ab offensione, & quod

Osseæ 13.

UVA. BHSC. BU 08453

quod in ſuo Domino poſsideat. Hoc cum Virgine Maria, factum tantummodo fuit. Illud à morte liberare, non aliud, quam culpam originalem occidere, fuit: *Ero mors tua, &c.* In cæteris Adæ filijs, culpa originalis habet vitam; & in ipſis per effectus manet; ſed in Conceptione Virginis Mariæ fuit exemptio ab illa vita peccati; quia meritis Chriſti fuit mortuum: *Ero mors tua, &c.*

40 Ita fuit Maria concepta. Sic divina omnipotentia hanc myſticam Civitatem ædificavit, invincibilem, & invaſionibus culpæ originalis obſtantem; & tanta fortitudine, ut eam morte afficeret; quòd glorioſiùs fuit in fortitudine gratiæ Conceptionis Mariæ; quia cum ad ejus defenſionem ordinata eſſet, tanto potentior inventa fuit, quanto uſque ad offenſionem culpæ pervenit; donec vitam abſtulit à peccato, & mortem intulit. Brachium Dei potentis fuit cum Maria; ſed tanquam murus, & antemurale iſtius myſticæ Civitatis: *Urbs fortitudinis noſtræ Sion Salvator, ponetur in ea munus, & antemurale,* dicit Iſaias. Murus, & antemurale ad defenſionem ſolum deſervit; ſed hoc eſt mirabile in ædificatione Marianæ Civitatis dum Virgo concipitur; quod ex ſolo illius aſpectu, manſit peccatum originale proſtratum, mortuumque, ex efficacia gratiæ.

Iſaias. 26.

41 Hoc mirabantur cœleſtes Spiritus in Maria. *Quæ eſt iſta, quæ progreditur terribilis, ut caſtrorum acies ordinata?* Ubi Pagninus legit: *Quæ videtur*: Quod ſolum ſe videndam oſtendens, terribilis fuit: *Terribilis. Quę reſpicitur*, legit Montanus. Quod a culpa originali inſpecta tantum, viſaque; tanta gratia roborata, turbata, & mortua denique manſit. *Pavor, ut ordinata*, Septuaginta legunt; quod ita formidabilis in illo inſtanti ſe oſtendit adverſus peccatum; quod ab ipſo pavore perterrita originalis culpa, devenit uſque ad mortem; manſitque Maria victrix: *Hoſtibus ſe fortiter obſiſtens, eorum irruptionem, inſidias, & alias machinationes infringens, vires, & arma conterens, ipſa perpetuo invicta*: dixit Tyrinnus.

Cantic. 6.

Pagnin

Arias Monta.

Tyrin. ibi.

42 Sic Maria vicit originale peccatum in ſua Conceptione; ſicque culpa originalis, victa manſit. In prima invaſione peccati; dum materia

UVA. BHSC. BU 08453

ria formationis Virginis miniſtrabatur, ut illam corrumperet veneno mortifero, proſtrata mãſit, reſiſtente gratia. Hæc, anima litteræ, eſt: *Feſtinavit ad prœliandum; & pugnavit adverſus hoſtem.* In ſecundo impetu; cum perficiebatur conceptio, filiaque Adami conſtituebatur; ubi invaſionem repetere tentavit; mortuum manſit peccatum, & vitæ carens abſque influxu perniciei ſuæ in Maria. Sic intelligitur littera ſymboli: *Percuſſum hoſtem interfecit.*

43 Hæc, totius Hieroglyphici in primo folio gravati, eſt anima; hæcque nobilitas Mariæ, trophæum à gratia in primo Conceptionis inſtanti conſecutum; ex quo mortem peccato originali dedit. Hæc fœlicitas filiorum Adæ, quòd in unica filia naturæ humanæ, libertatem á ſervitute peccati originalis in omni inſtanti veneremur; ſemperque gratiæ nobilitate miremur ornatam; ut in pinguedine gratiæ ipſius mereamur per ipſam Virginem exaudiri à Deo, & laudare ipſum cum Virgine in gloria. *Ad quam,*

&c.

ORATIO SECUNDA
DE CONCEPTIONE
B. VIRGINIS MARIÆ.

Beatus Venter, qui te portavit. Lucæ cap. 11.

1 PLacita fœliciſſima boni cujuſdam, hac die repetuntur. Hodie etenim renovantur placita, quæ aliàs quædam mulier enunciavit fœlicitatem naturæ humanæ, & Mariæ in primo ſuæ Conceptionis inſtanti.

2 Fœlicitas enim eſt, quòd libertatem obtineat imperium, ſub tyrannide conſtitutum. Tot hanc fœli-

ci-

UVA. BHSC. BU 08453

citatem Iſrael celebravit, quot libertatem ſuæ captivitatis obtinuit.

3 Fœlicitas eſt, quod Princeps, Dominuſque, inveniat in domo ſua Thronum pulchriorem, ſuæque majeſtati digniorem, & abſqæ profanatione. Hoc fuit bonum conſilium Machabæorum, nec veſtigia relinquere illius Altaris contaminati ſed & ad ſedem Dei, Altare ædificare de novo. 1. *Machab.* 4.

4 Fœlicitas eſt, quòd in univerſali inundatione, ubi totum naufragatur, pars aliqua ſalva conſiſtat. Sic celebrat antiquum teſtamentum, Arcam à Noè fabricatam, quæ in diluvio univerſali ſalva facta eſt.

5 Hæc enim, eſt fœlicitas a Muliere Evangelica celebrata hodie. Notetur vox: *Extollens vocem quædam Mulier.* Sed quid clamat? Ventrem Virginis Mariæ celebrat ubi Divinum Verbum factum fuit homo, & undè, uti ex oriente exivit: *Beatus Venter, qui te portavit.*

6 Vivebat totius humanæ naturæ imperium ſub tyrannide peccati originalis; quin aliquis in primo ſui eſſe inſtanti evadere poſſet ſervitutem peccati. Sic deſcripſit Apoſtolus: *Omnes in Adã peccaverunt.* Fuit enim Maria, quæ contrivit catenas ſervitutis talis, quin pro inſtanti aliquo eſſet debitrix peccato. Hac nobilitate decoravit ſponſus in ſui eſſe primo inſtanti: *Quam pulchri ſunt greſſus tui filia Principis!* Cantic. 1.

7 Omnes filij Adæ inveniebant in uteris matrum ſuarum thronum profanatum, ubi infœlices primum eſſe ſiſtebant: Sic ploravit Propheta: *In peccatis concepit me mater mea.* Pſ. 50. Sed æterna ſapientia conſtruit Mariam in Palatium ſui eſſe primi humani, abſque veſtigio labis primæ, & Altare Legibus Gratiæ regulatum: *Sapientia ædificavit ſibi domum: : : : ædificavit Altare novum.* Prov. 9. 1. *Machab.* 4.

8 Omnes filij Adæ peribant in univerſali diluvio peccati originalis; ſed ſola Arca Mariæ ſalva facta eſt, in qua genus humanum ſalvatum fuit: *Arca ferebatur in ſublime.* *Geneſ.* 7.

9 Tot fœlicitates proclamat Evangelica vox: *Extollens vocem quædam mulier.* Uterum fœlicem Mariæ dicit, qui Palatium, Thronuſque Regis ſuprèmi fuit. Illa Arca, quæ ab aquis incomprehenſa manſit, & in primo greſſu vincula, quibus filij Adæ cingebantur, contrivit: *Beatus Venter.* Sed quo

UVA. BHSC. BU 08453

quo tempore mulier illa proclamavit præconijs fœlicitatis? Evangelium hoc dicit: priùs à Christo ejectus est Diabolus ab hominis possessione: *Cum ejeciſſet Dæmonium.* Postea dixit ipse Christus, quod si supervenit forti armato, Domus suæ atria custodienti, alius fortior, primus devictus, expoliatur armis, ejusque imperium destruitur: *Si autem fortior eo ſuperveniens, vicerit eum, universa arma ejus aufert, in quibus confidebat, & ſpolia ejus diſtribuit.* Dicit enim Evangelista, quod ijs à Christo dictis, exclamavit mulier illa: *Cum hæc dixiſſet: extollens vocem quædam mulier.*

10 Vidit mulier Christum expoliasse Diabolum ab antiqua possessione. Audivit eum dicentem ipsum esse fortiorem supervenientem, Dæmonemque vincentem, expoliantemque à possessione, quam in primo ingressu humanæ naturæ habuit, & in hominum conceptione; considerans mulier illa atrium, quo Divinum Verbum intravit factum caro; nempè Uterum Virginis, à tyrannide Diaboli exemptum, proclamavit fœlicitatem uteri illius in puritate, & libertate: *Beatus, Venter.* Hoc mysterium celebrat vox Evangelica: hæc placita proclamat; quod culpa originalis imperium non habuit in Maria; quòd invadens peccatum originale, ut Mariam suo dominio subjiceret, evasit mortua robore Divinæ gratiæ, manente Maria victrice, ex omnique parte indemne in primo suæ Conceptionis instanti. Jam enim peccati originalis mors considerata fuit; nunc de ejus funere agendum, si adsit auxilium Divinæ gratiæ, &c.

Beatus Venter, qui te portavit. Lucæ cap. 11.

11 SI culpa originalis mortua est in Mariæ Conceptione per efficaciam gratiæ; de funere ejus agere necesse est; sic enim magis mysterium Conceptionis Marię dignoscitur. In stegmate symbolico, in primo folio libri Mariani gravato, mors peccati delineata manet, & in alijs Hieroglyphicis ibi inventis, sui funeris circunstantiæ describuntur. Fortè quia mulier Evangelij in utero Mariano, uti

UVA. BHSC. BV 08453

uti in Domo Regis ſuperni, vidit nobilitatem, & puritatem Mariæ in ſtegmatis ſymbolis, proclamavit, ventrem laudando: *Beatus Venter.*

12 Amplius in ſcuto ſymbolico Marianæ nobilitatis oſtenditur Domus, quæ Palatium omni fortitudine, & dexteritate pulchrioris artis formata eſt. In Atrijs anterioribus ad oſtium principale Palatij cadaver in feretro poſitam, & ad funerale paratum. In Palatio, in turrique ipſius cymbalum pendens videtur. In ſpatio, ubi cadaver ſiſtitur, concurſus ſedens omnis varietatis perſonarum in ſpectatione ad funerale ſociandum.

13 Supra oſtium Palatij hæc littera deſcribitur: *Non intrabit in ea aliquid coinquinatum.* Ex ore cadaveris hæc egreditur deſcriptio: *Cum mortuus fuero, ſepelite me.* Ubi pendet cymbalum, hæc littera legitur: *Ut audiatur ſonitus.* Et ſuper varietatem perſonarum concurſus, circunſcriptio iſta oſtenditur: *Aſcendentes, & deſcendentes*, ſic intelligitur.

Apocalyp. 21.

3. *Regũ.* 13.

Exod. 28.

Geneſ. 28.

14 Palatium, eſt Maria in Conceptione, quæ, Domus, Palatiumque fuit efformata æternæ ſapientiæ. Cadaver in atrijs jacens, peccatum originale mortuum eſt; quod in Maria veſtigium ſiſtere nequivit. Ideò littera dicit: *Non intrabit in ea aliquid coinquinatum.* Petit enim peccatum mortuum, quod traddatur ſepulturæ; uti explicat deſcriptio ex ore egrediens: *Cum mortuus fuero, ſepelite me.* Cymbalum ſignum facit funeris, ut moris eſt, & littera explicat: *Ut audiatur ſonitus.* Concurſus perſonarum, aſcendentes, & deſcendentes, ſunt, qui ad ſociandum adſunt: ſic declarat textus: *Aſcendentes, & deſcendentes.* Duplicem enim funeris peccati originalis circunſtantiam, in ſymbolo expreſſam, conſiderabo.

§. I.

15 PRimò enim (mortuo ſepeliendo) fit ſignum funeris pulſu cymbali. Hæc enim praxis univerſalis eſt, moſque in Eccleſia. Statim quòd in Conceptione Mariæ peccatum originale mortuum eſt: ſignum, mortis ejus, & quod ſepeliendum eſſet, factum fuit. Hic in ſymbolo explicat cymbalum è turri pendens, litteraque: *Ut audiatur ſonitus*, ad hoc ut ad omnium perveniſſet notitiam.

UVA. BHSC. BU 08453

16 Maxima continebant myſteria ceremoniæ illæ, quas in antiquo teſtamento mandavit Deus. Moyſi dedit in Exodo idèam ad veſtem Sacerdotalem efformandam. Inter alia, quæ præcepit eſſe in talari Tunica, unum fuit, quòd ad illius extremitatem inter mala punica, tintinnabula mixtim poſuiſſet: *Per circuitum quaſi mala punnica mixtis tintinnabulis ad pedes ejuſdem tunicæ.* Summum Sacerdotem figuraſſe Chriſtum, ſupponitur; nam de ipſo proclamavit Regius vates: *Tu es Sacerdos in æternum.* Duæ Tunicæ veſtis, figuræ fuere carnis, & humanitatis, quas in utero Virginis veſtivit Verbum Divinum. Prima tunica, quę linea fuit, carnem abſque macula figurabat, qua induit Virgo Maria propria puritate: *Tunicam lineam.* Alia Tunica, quæ ſuprà lineam cadebat eratque coloris Hyacinthini, figura fuit ſimilitudinis carnis peccati in Chriſto: *In ſimilitudinem carnis peccati.* ait Paulus. Sed ad quid Deus ordinavit eſſe in extremitate tunicæ mala punnica mixtis tintinnabulis? Ad cantica deveniamus, ut myſteria intelligantur.

Exod. 28.

Pſ. 109

Rom. 8.

17 Ibi Maria celebratur ab ſponſo uti paradiſus malorum granatorum: *Emiſſiones tuæ paradiſus malorum granatorum.* Primum eſſe Mariæ laudabat ſponſus: *Plantationes tuæ*, legit Pagninus. Illud primum pululare in eſſe: *Propagines tuæ*, dixit Montanus. Paradiſus celebratur Maria in primo eſſe propter virtutum plenitudinem, qua fuit concepta: *Paradiſus eſt in varietate virtutum*, ait Amadeus. Sed cur granatorum? Notate. Incipit granatum malum in flore, uti alij fructus, ſed ad modum coronæ incipit. Ut enim intelligatur Mariam in primo ſui eſſe incepiſſe, non cujuſque arboris florem, ſed ſicut mali granatæ, ut corona ornata, victrixque peccati originalis, paradiſo malorum granatorum comparatur: *Paradiſus ſic à Domino concluſus, ut nullum hoſti maligno ejus pateret ingreſſus*, Hailgrinus ait. Ad Exodum reddamus.

Cantic. 4. *Pagni.*

Arias Mont.

S. Amad de Laudibus Virg.

Hailgr. in Cantic.

18 In extremitate Tunicæ pones mala punica tintinnabulis mixtis: Dixit Deus: *Quaſi mala punica.* In flore eſſe ponenda: *Ex floribus punici mala*, Septuaginta legunt. Quod in flore eſſent, ut exprimerent primum eſſe, & Conceptionem Mariæ corona ornatæ, vic-

Septuagint.

UVA. BHSC. BU 08453

vicariciſque contra originale peccatum, ſed cum tintinnabulis: *Mixtis tintinnabulis*, ut ſonicus illorum audiatur: *Ut audiatur ſonitus*. Si enim mala granata ſignabant Mariæ Conceptionem in gratia, mortem originalis culpæ connotabant, & debebant ad eſſe tintinnabula, quibus mortis peccati, funeriſque ipſius ſignum fieret: *Illis tintinnabulis in extremitate Tunicæ pulveris reſolutionem prædicabant*, dicit Caſtillo.

Caſtill. de Ornatu Aron. v.33. illat. 242 n.84.

19 Sed figuram quæ ad myſterium multa inducit, iterum inſpiciamus. Mala punica, ſed mixtis tintinnabulis, ponere, præcepit Deus, quæ ſignum efficerent peccati mortui in Mariæ Conceptione. Mala punica fienda eſſent coloris purpuræ, & cocco granæ; ſed duplici tinctura: *Ex purpura, & cocco bis tincto*. Septuaginta legunt etiam byſſum, quæ candidiſsimi coloris eſt: *Ex cocco neto, & byſſo*. Notate myſterium. Dixit Spiritus Sanctus in Proverbijs. Veſtem illius mulieris fortis, quę fuit Maria, eſſe byſſum, & purpuram: *Byſſus, & purpura indumentum ejus*. De Conceptione in gratia loquitur; quando veſtita fuit Virgo puritatis byſſo, ſanguineaque purpura. Myſterium percipiamus.

Septuagint.

Proverbior. 91.

20 In duplici ſtatu conſiderare oportet Myſterium Conceptionis Mariæ. Primus in mente Divina, Divinoque decreto in ſpatijs æternitatis. Quod prius decrevit Deus in ordine ad extra, fuit carnem aſſummendam à Divino Verbo: ideò appellatur ab Apoſtolo mortuorum primogenitus: *Primogenitus in multis*. Poſteà decrevit Deus, Mariam, uti Matrem, à qua Verbum aſſumendum foret carnem. Decrevit illam cum omni puritate, & plenitudine perfectionum à dignitate Matris Dei exigita, & per dignitatem, meritaque filij ſui. Hoc decretum ante Adamum fuit, & permiſsionem peccati in poſteros transfundendi, antequam etiam deſcerneret carnem à Verbo aſſummendam paſsibilem fore, ejuſque mortem ad redemptionem mundi. Tunc enim veſtita Virgo fuit veſte byſsina, puritatis, nempè in Divina mente, ſeu Divino decreto.

21 Alius ſtatus fuit, dum in tempore concepta fuit Maria abſque peccati contractione, & cum plenitudine gratiæ. In hac executione, cum jam Chriſtus paſsi-

UVA. BHSC. BU 08453

bilis decretus fuiſſet antea, & per ejus mortem mundi redemptio decreta, Deus ſanguinem Chriſti prævisum Mariæ applicavit, ut in executione ab originali culpa præſervaretur: ſic ab Eccleſia decantatur: *Ex morte ejuſdem filij ſui prævisa eam ab omni labe præſervaſti.* Ipſa enim fuit veſtis purpurea, quam habuit Virgo in Conceptione, & illud Spiritus Sancti verificatum: *Byſſus, & purpura indumentum ejus.*

Ex Orat. Offic. ij Concept. Ordin. Minor.

22 Nunc figuram in textu intelligite. Fiant mala granata ex purpura, & cocco bis tincto: *Purpura, & cocco bis tincto*, dicit Deus. Montanus legit: *De vermiculo cocci.* De verme, qui ex grana, quæ Hiſpanice *Coſcoxa* appellatur, generatur, quo tingitur grana. Dicit Caſtillus, quod ungitur duplici tinctura; prima dum lana eſt, antequam in fila deducatur, alia poſtquam in fila deducta eſt: *Quia lana his vermiculis tingebatur, hoc pretioſiſsimo colore, ſemel antequam deduceretur in fila, & iterum poſtquam deducta erat.* Dixit Chriſtus, quod ipſe vermis erat: *Ego ſum vermis.* In hoc verme myſtico bis tincta fuit Beata Virgo Maria; primo in meritis Chriſti, antequam decretus eſſet paſsibilis, & ſolum in ſubſtantia hominis, undè accepit Maria tincturam byſsi, nempè puritatis. Secundo in Sanguine Chriſti, quando Maria fuit ad filum deducta, concepta namque in executione: undè purpuream accepit tincturam, & veluti graneam.

Arias Monta. ibi.

Caſtill. de Ornatu Aar. v. 5. expoſit. litt. num. 7.

Pſ. 21.

23 Jam enim conſtat quomodo in filijs, ex quibus mala granata ad extremitatem tunicæ, poſita, texebantur, figurabatur propriſsimè myſterium Conceptionis Virginis Mariæ: *Ex purpura, & byſſo bis tincto.* Sed quia illa puriras in figura exprimebat, vel connotabat peccatum originale mortuum, ut illud ſignaret, & defunere ejus fieret ſignum miſcebantur tintinnabula: *Mixtis tintinnabuſis, ut audiatur ſonitus.* Ne voluntarium hoc judicetis, notate textus litteram, undè ſic judicavi.

24 Fiant mala granata ex purpura, & cocco; ſed ſi ex ipſis, quia figurant Mariæ puritatem in Conceptione, commiſceantur fila Hyacinthini coloris, & hoc primum aſsignatur pro materia malorum granatorum: *Ex Jacintho, purpura, & byſſo.* Multum ad myſterium figura conducit Hyacinthū (ait Ca-

le-

UVA. BHSC. BU 08453

Calepin litt. H.

lepius) est flos violæ speciem habens, coloris obscuræ purpuræ: *Violæ genus colore obscuræ purpuræ.* In ejus folijs delineantur duæ hæc litteræ *A*, & *Y*, venis nigris: *Venis nigris, ita discurrentibus lineis, ut duarum litterarum A, & Y, figuram referant.* Sunt lamentationes mortis, quod exprimit Hyacinthus suis venis. Ideò Prophani Poètæ, finxerunt puerum ab Apolonimis dilectum, & per vim mortuum conversum fuisse in floré Hyacinthinũ;& quod Ayax fuit in illa conversus, cum se ipsum interemit, ex quo Arma Achilis perdidit: quia litteræ illius floris mortes ipsorum lamentabantur: *Purpureum genuit de cespide florem, littera communis inscripta est folijs hæc nominis illa querellæ.* Canit Ovidius.

Ovid. libr. 3. Methamor.

25 Sint etenim in mala punica fila Hyacinthini coloris: *Ex Hyacintho.* Si enim figuratur in illis Conceptionis Mariæ mysterium, cum expresione victoriæ, & in byssо, purpura, & cocco, puritatis ejus denotatur mysterium; adsit Hyacinthum exprimens suis lamentabilibus litteris peccati originalis mortem in illo instanti executam à gratia, & ipsa mors exprimatur; sed misceantur tintinnabula, ut mortis signum, funerisque audiatur: *Mixtis tintinnabulis, ut audiatur sonitus. Pulveris resolutionem prædicabant.*

26 Figura mirabilis; sed mirabilior Mariæ Conceptio figurata, dum simul conjunsit suæ gratiæ victoriam, fœlicitatem nostram, & peccati originalis mortem. Ab antiquis figuris abstrahatur mysterium, & ad Novi testamenti mysteria debolvatur.

Apocal. Joann. 12.

27 Audivit Joannes vocem in Cœlo: *Audivi vocem magnam in Cœlo.* Civibus Cœlestibus nuntiabatur trophæum Christi: *Facta est salus, & virtus, & Regnum Dei nostri, & potestas Christi, propterea lætamini Cœli, & qui habitatis in eis.* Quid decidit? Accidit de novo? Dixit jam, quod quædam mulier apparuit, voluti signum magnum, plena mysterijs, cui invadens Draco magnus, illam lædere nequivit; imò fuisse vinctum, & abjectũ sanguinis Agni virtute: *Vicerunt eum propter sanguinem agni.* Mulier est Maria in Conceptione, ubi illam lædere non potuit Draco culpæ originalis mortifero veneno; sed victus fuit, mortuusque virtute sangui-

UVA. BHSC. BU 08453

nis Christi : Illæ voces etenim fuerunt ad originalis culpę mortem enuntiandam, ipsiusque funeris postea celebrandi.

28. Notetur quod postea accidit. Dicit textus. quod Draco misit fluvium aquæ ad maculandam mulierem; sed quod adaperiens terra suum os, in se flumen recepit : *Aperuit terra os suum, & absorbuit flumen quod misit Draco de ore suo.* Ille fluvius fuit peccatum originale, quo Draco voluit Mariam inficere in suo primo instanti; sed cum per virtutem gratiæ mortuum fuit peccatum, manens in ore Draconis, funeri traditum fuit in terra; illæque voces Angelicæ, dum nunciabant Mariæ victoriam per sanguinem Christi, mortem originalis culpæ, ejusque funeris signum faciebant : *Audivi vocem, &c. facta est salus, &c. vicerunt eum, &c.* Ista est etenim significatio mystica symboli. Signum ab illo cymbalo pro peccati originalis morte in Conceptione Mariæ, & pro illius funere, facere, ut ad omnium perveniat sonitus: *Ut audiatur sonitus.*

Ibidem.

****

§. II.

29. SEcunda circunstantia in symbolo expressa, est, in atrijs anterioribus Palatij illius, & in circuitu feretri innumerabilis concursus personarum diversorum statuum, & hæc littera ornans : *Ascendentes, & descendentes.* Significat concurrentium societatem ad funerale peccati originalis.

Genes. 28.

30. Sic experientia docet; quod signo facto funeris, plures concurrunt ob motiva diversa; alij quia conjuncti sanguine, alij quia amici defuncti, vel cognatorum; alij quia interesse habuerunt ex morte in hæreditatem; & alij alijs rationibus, vel titulis. Sic ad peccati originalis funerale cõcursus innumerabilis personarum omnis status adfuit. Omnes (dempta Maria) consanguinei fuerunt culpæ originalis, quia contraxerunt, sed ad fuerunt ad funerale, quia ex ejus morte interesse habuerunt, ipsorum nempè libertatem.

31. Vidimus Mysterium Conceptionis, funeraleque peccati originalis figuratum in mala granata, quæ vestem summi Sacerdotis ornabantur. Sed adhuc ornamenta con-

UVA. BHSC. BU 08453

consideremus. Præcepit Deus esse ornamentum Sacerdotis quodam rationale, ubi quatuor lapidum ordines essent: *Pones in eo quatuor ordines lapidum.* In quolibet enim ordine lapides tres ponendi erant; qui numerum duodecimum complerent. Sed in lapidibus nomina filiorum Israel pro Tribubus duodecim sculpi debebant: *Habebunt nomina filiorum Israel: singuli lapides nominibus singulorum pro tribubus duodecim.* Sic ordinavit Deus. Cum enim in veste illa, Conceptio Mariæ figurabatur, culpaque originalis mortua; sic Deus decrevit, ut omnes Tribus duodecim sociarent funerale peccati originalis.

Exodi 28.

Ibi.

32 In Tribubus duodecim, fuerunt omnium statuum Personæ; Judices, Reges, & Sacerdotes. Omnes peccatum contraxerè; sed in peccati morte omnes interesse habuerunt, ex quo libertatem per Mariam emeritam consecuti sunt. Omnes ascendentes, descendentesque Mariæ fuerunt: ascendentes per naturam; & descendentes per gratiam. Hic concursus fuit funeralis peccati originalis, ascendentium, & descendentium Mariæ; sed de morte culpæ gaudentes, quia interesse habuerunt in Conceptionis Mariænæ gratia.

33 In illa Scala Jacob video hoc mysterium. In ea figurabatur Virgo Maria in Conceptione; quia elevata visa est á primo esse, & gressu: *Scalam stantem.* Filia Adæ in natura visa fuit, sed suprà leges peccati, & fixa in Divina protectione: *Super terram: cacumen ejus tangens Cœlum.* Ibi promisit Deus Jacob, & semini ejus plenitudinem benedictionis suæ: *Benedicentur in te, & in semine tuo cuncta fines terræ.* Dormiebat Jacob, quia humanum genus per peccatum mortuum signabat: *Dormivit in eodem loco.* Cum enim Scala esset Maria concepta plenitudine gratiæ; ibique peccatum originale mortuum; licet in Jacob vivens; in gratia, & exemptione Mariæ promittebatur Jacob Deum per illam descendere ad hominum libertatem; hominemque per illam ascendere ad fœlicitatem: *Scala cœlestis per quam supremus Rex humiliatus ad ima descēdit; & homo, qui prostratus jacebat, ad suprema exaltatus ascendit*, dixit Damianus.

Genes. 28.

S. Dam. serm. de Nativ. Virg.

34 Peculiare hujus mysterij fuit ascendere, descendereque Angelos per Scalam:

UVA. BHSC. BU 08453

lam: *Ascendentes, & descendentes.* Ijdem ascendebant, & descendebant, Quid enim habet, hoc mysterij? Mariæ ascendentes, & descendentes, qui per gradus Scalæ ascendebant, descendebantque. Mysterium Conceptionis Virginis celebrabant, ubi cum peccatum originale per gratiam mortuum consisteret, ipsi ascendentes, & descendentes Mariæ sociabantur funerale peccati originalis; sed interesse habentes in illius morte per Mariæ gratiam. Ascendentes Mariæ erant, quia ab illis per naturam originem habuit Maria. Descendentes ab ipsa; quia per illam lucrati sunt interesse gratiæ. Funerale peccati comitabant, non uti peccati cognati, sed uti in ejus morte liberati per gratiam Conceptionis, uti Mariæ ascendentes, & descendentes.

35 Notate Historiarum sacrarum differentiam. Descendentiam Adami narrat Moyses, hoc titulo signatam: *Hic liber generationis Adam.* Descendentes narrat divisim, sed quemlibet mortuum esse, narrat: *Et mortuus est:* Sic progressum descendentiæ primi parentis narrat Moyses in Genesim. *Genes. 5*

36 Narrat Matthæus Mariæ, & Christi progeniem per ascendentes ab Abraham, hoc titulo signatam: *Liber generationis Jesu Christi*, & ab Abrahamo descendit usque ad Mariam, & Christum: *Mariæ, de qua natus est Jesus.* *Matth. 1.*

37 Lucas narrat progeniem; sed alio ordine: ascendit enim à Christo, & Maria usque ad Adamum, & ipsum Deum: *Qui fuit Adam, qui fuit Dei.* Quæ enim hæc varietas in narratione historica? Moyses testatur, omnes mortuos fuisse; duo Evangelistæ non dicunt mortem illorum. Matthæus narrat per ascendentes, inter quos omittit Adamum; Lucas ascendendo usque ad Adamum, & Deum. Quid mysterij continet hæc varietas? intelligamus. *Lucæ 3.*

38 Moyses historiavit per descendentiam naturæ, cum oneribus, & legibus à primo parente in ea relictis; cum enim per peccatum, mortem adduxisset omnibus; ideo narrat Moyses mortuos: *Et mortuus est.* Matthæus narrat progeniem Mariæ, & Christi; uti Christus, & Maria fuerunt principium libertatis descendentium ab Adamo: *Librum generationis vocat Matthæus, quia principium omnium nobis, in hoc consistit bonorum.* Ait Chrisostomus. *Chrisost. tom. homil. 2. in Matth.*

Cum

UVA. BHSC. BU 08453

Cum enim Mariæ ascendentes, solum in natura; non autem in legibus peccati, sint Mariæ ascendentes; ideò non narrat Matthæus tanquam mortuos, neque Adamum numerat in historia.

39 Lucas refert à Christo ascendens usque ad Adamum, & usque ad Deum; quia cum per gratiam Mariæ, & Christi, lucrati sint descendentes ab Adamo, & progenitores Mariæ libertatem, hæreditatemque gratiæ contra originale peccatum; eo referuntur ut descendentes à Maria, & Christo, quia ab ipsis, uti a principio, & radice, ad primum esse, & originem reddiderunt Adamus, & omnes ejus descendentes, nempè ad Deum: *Qui fuit Adam, qui fuit Dei.*

40 Jam mysterium Scalæ percipietur, quod celebrantes Conceptionem Mariæ, peccatique funerale sociantes, Mariæ ascendentes erant, non ut peccati originalis cognati, sed uti interesse in peccati morte habentes; quia & si per naturam Mariæ ascendentes, descendentes tamen ipsius Virginis erant per gratiam: *Ascendentes, & descendentes per eam.* Hoc, in gradus Scalæ signabatur; generationes in progenie Mariæ: *Isti gradus incipientes à terra* (ait Tostatus) *Perveniunt usque ad Cœlum ad Dominum innixum Scalæ; quia istæ generationes, sicut Lucas narrat, incipiunt à Maria; pervenit contectio lineæ usque ad Adam, deinde ad Deum.* *Abulens. in cap. 28. Genes.*

41 Reddam ad considerandum concursum sociantem funerale peccati originalis in illo ordine, & dispositione lapidum in rationali. In quatuor ordines collocabantur: *Pones in eo quatuor ordines lapidum.* Sed gravatum in quolibet lapide nomen cujuslibet tribus Israel: *Singuli lapides nominibus singulorum per tribus duodecim.* Etenim formabantur quatuor ordinibus tribus duodecim, in quolibet ordine tres Tribus. Asserit Pradus, quod sculptum in lapidibus, fuit cujuslibet Tribus stemma; sicque exprimebatur proportionatè ad cujuslibet lapidis proprietatem. Cum enim Tribus, stemmata possiderent per participationem ex Mariæ nobilitate, uti ab ipsa descendentes per merita gratiæ, & per Christi merita, in cujus fide donati à Deo fuerunt privilegijs, & gratijs; ideò tali ordine funerale originalis culpæ sociabant, in ejus morte interesse habentes, quia *Pradus*

ex

UVA. BHSC. BU 08453

ex gratia Mariæ in Conceptione libertatem propriam lucrati sunt.

42 Hæc libertas humani generis per gratiam Mariæ, fuit figurata in libertate Populi Israelitici à captivitate, ad Terram Promissionis transeuntis. Notate proportionem figuræ, cum realitate mysterij. Ab Ægypto usque ad Terrã Promissionis quadraginta & duas mansiones fecit Populus: *Qui diligenter observaverit* (ait Origenes) *inveniet in egressione filiorum Israel de Ægypto quadraginta, & duas habitas esse mansiones.* Hæ eædem mansiones inveniuntur in ascendentibus Mariæ usque ad libertatem per Marię Conceptionem consecutam: *Adventus Domini in hunc mundum per quadraginta duas generationes adducitur.* Origenes ait. Quæ sunt istæ? Quas Matthæus refert in narratione genealogica Christi, & Mariæ. Numerate in littera textus: *Ab Abraham usque ad David generationes quatuordecim: à David usque ad transmigrationem Babylonis generationes quatuordecim: à transmigratione usque ad Christum generationes quatuordecim.* Numerus quartus decimus triplicatus numerum quadragesimum secundum integrat; si etenim Populus post quadraginta & duas mansiones in transitu ab Ægypto pervenit ad libertatem ex captivitate; sic natura humana per quadraginta mansiones, seu generationes ascendentium Mariæ, pervenit ad libertatem per gratiam in Conceptione ipsius Virginis; & si in illa peccatum originale mortuum fuit; ideò ascendentes collocabantur ordinatè in rationali, & in narratione genealogica Mariæ referentur, ut socient funerale peccati originalis.

Origenes hom 27. in Num.

43 Sed quomodo duodecim Tribus Israel procedebant in transitu, & mansionibus ab Ægypto usque ad Terram Promissionis? Dicit secundum caput Numerorũ, quod sic ibant ordinati: in quatuor ordinibus distributi; in quolibet ordine, tres Tribus; & ita Tabernaculum, cingebant. In parte Orientali, Tribus Juda, Issacar, & Zabulon. In Meridionali, Tribus Rubẽ, Simeonis, & Gad. In Occidẽtali, Tribus Ephrain, Manasses, & Benjamin. In Aquilonari, Tribus Dã, Asser, & Neptali. Quilibet Tribus portabat sua vexilla cum stemmatibus proprijs cujuslibet signata. Sic ordinavit Deus:

Num. 2.

UVA. BHSC. BU 08453

Deus: *Singuli per turmas signa, atque vexilla, & domos cognationum suarum castrametabuntur per gyrum Tabernaculi fœderis.*

44 Illæ fœlicitates in vexillis expressè sunt, quas Deus promisit Jacobo in Scala per benedictionem: *Benedicentur, &c.* Tabernaculum à Tribubus cinctũ, Mariam præservatam à culpa originali exprimebat; nam includebat Arcam ex materia incorruptibili formatam. Sic in Apocalypsi Maria nominatur: *Ecce Tabernaculum Dei cum hominibus.* Si enim Maria præservata in Conceptione, decorataque gratia, in Tabernaculo exprimebatur; ibi etiam peccatum originale mortuum, & in funerali pompa deductum, necesse est iviſſe, & ad funerale sociandum concursus Tribuum Israel ordinatè; qui ascendentes fuerunt Mariæ per naturam, & descendentes per gratiam; quia interesse habuerunt in peccato emortuò per gratiam Mariæ in Conceptione; quod exprimebant vexilla: *Signa atque vexilla.*

Apocalypsi 21.

45 Sic post mortem culpæ originalis, sumpsit initium funeralis pompa. Per signum mortis, & funeris, quod moris est, denotatur in symbolo per cymbalum ex forti turri pendens, & littera: *Ut audiatur sonitus.* Per concursum, pompam funeralem sociantem, ascendentium, & descendentium Mariæ, qui ex morte peccati interesse habuerunt hæreditate libertatis ex Mariæ gratia. Hoc signat littera: *Ascendentes, & descendentes.* Hanc victoriam in Conceptione laudat vox Evangelica: *Beatus venter.* Contemplavit uterum Virginis illa mulier veluti supernì Regis Palatium; & videns in scuto stemma symbolicum, decantavit triumphum gratiæ primi instantis; ad Divinæ omnipotentiæ excellentiam, ad confusionem peccati; ad Mariæ gloriam.

Ad quam, &c.

ORA-

UVA. BHSC. BU 08453

ORATIO TERTIA

DE CONCEPTIONE

B. VIRGINIS MARIÆ.

Beatus Venter, qui te portavit. Lucæ cap. 11.

1 HOdie, dies eſt lætitiæ totius univerſi, quia celebrantur nobiliora Reginæ ipſius mundi attributa, nobiliorque exemptio Suprèmæ Imperatricis Cœli, & Terræ.

2 Maximum gaudium fuit Pharaoni, & ejus curiæ civibus, illa die, in qua fratres Joſeph illuc pervenerunt: *Venerunt fratres Joſeph, & gaviſus eſt Pharao, & omnis familia ejus.* Gene. 45. Cauſa lætitiæ omnibus fuit, quia intellexerunt, Vicem Regem ſuum, Joſephum nempe, nobilem eſſe, & non ſervum: *Quando ſciverunt, quod benè videbantur nobiles, fuerunt ſuper hoc conſolati.* Lyran. ibi. Lyranus dixit.

3 Concepta fuit Virgo Maria, ut Suprèmi Regis eſſet Mater, & ut talis, Regina univerſalis, Cœli, & Terræ. Concepta fuit immunis à culpæ ſervitute, & in primo inſtanti nobilitata privilegio Divinæ gratiæ. Ideò invitantur fideles ab Eccleſia, ut conſiderent puritatem Mariæ, quæ eorum Regina eſt, ab Angelis celebratam: *Egredimini, & videte filiæ Sion Reginam veſtram, quam laudant Aſtra matutina, cujus pulchritudinem Sol, & Luna mirantur, & jubilant omnes filij Dei.* Ex Introitu Miſſæ in Offic. Ordin. Minor. Sit etenim dies lætitiæ, quòd Regina noſtra fuiſſet concepta, non ſub delicti ſervitute; ſed ab omni tributo libera, & candore puritatis rutilans, quod gaudium Eccleſia canit: *Conceptio tua Dei genitrix Virgo gaudium annuntiavit univerſo mundo.* Ex Offic. Eccleſiæ.

4 Adhùc propter aliud motivum mundus gaudere de-

UVA. BHSC. BU 08453

debet de Conceptione Mariæ in gratia. Quia omnes creaturæ universi suam perfectionem debent puritati Mariæ in Conceptione. Non solum Artifici efficienti tribuitur operis perfectio; sed etiam ideæ extrinsicæ, quæ fuit causa exemplaris perfectionum. Sic fuit Maria in Conceptione, idea omnis creaturæ ab omnipotentia factæ.

Prov. 8. 5. *Dominus possedit me in initio viarum suarum antequam quidquam faceret à principio.* Ait Beata Virgo in Proverbijs. Viæ Domini fuerunt operationes ad extra in creaturis, quibus extra se exivit. Antequam Deus decerneret alias creaturas, formationem Mariæ decrevit cum plenitudine gratiæ, & omnium perfectionum, quarum pura creatura capax esse potest, & ab ipso Deo in re poni. Ita Maria decreta à Deo in æternitatis latitudine, & viarum Dei initio ad extra se egrediendum, Deo fuit idea, exemplarque ad alias creaturas perficiendas.

6 Ipsam audiamus: *Quando præparabat Cœlos, aderam.* Præsens eram ego ipsa Deo in præparatione Cœlorum. *Quando certa lege valabat abyssos.* Quando æternis legibus circuibat abyssos vallo. *Quando æthera firmabat sursum.* Quando Orbes infirmitate constituebat, ne laberentur. *Quando librabat fontes aquarum.* Quando pondus, & mensuram ponebat, & firma terræ fundamenta collocabat: *Quando appendebat fundamenta terræ.* Tunc cum ipso Deo aderam, perfectionem demonstrans omnibus creaturis à Deo formandis: *Cum eo eram cuncta componens.* Ita enim accidit (ait Bernardus) quod creaturæ omnes Mariæ, ejusque perfectioni, proprias debent; quia per Virginem à Divina Omnipotentia, creatura quælibet regulata fuit: *Merito te respiciunt oculi totius creaturæ, quia in te, & per te, & de te, benigna manus Omnipotentis, quidquid creavit, recreavit.* *S. Bernard.*

7 Lætentur enim omnes creaturę ab hominibus usque ad Angelos, quia omnes naturæ suas perfectiones à Maria participant tanquam ab idea, & exemplari, á Deo ab æterno concepta, & decretata cum plenitudine perfectionum, ut in gratia conciperetur. *AVE MARIA.*

UVA. BHSC. BU 08453

Beatus Venter, qui te portavit. Lucæ cap. 11.

8 CUM peccatum originale mortuum fuisset in Conceptione Mariæ, in ipsa Virgine, veluti in Domo Regia, sculptum mansit hoc trophæum gratiæ, symbolis, & hieroglyphicis. Ideò contemplata à muliere Evangelica, enunciavit fœlicem victoriam suę puritatis, & nobilitatis: *Beatus Venter.* Multa enim circunstãt illam victoriam; ideò multis symbolis exprimitur. Aliæ circunstantiæ funeralis culpæ originalis desiderantur. In scuti stemmate, amplius videtur hoc symbolum.

9 Ante urnam, ubi peccatum mortuum jacet, videtur Crux elevata, & in loco aliqualiter distanti, Sacerdos vestibus sacris ornatus; sicut in funeralibus accidit, quod Parrochialis Crux, Parrochusque accedant. Ex Cruce ad urnam, ubi cadaver jacet, hæc littera tendit: *Per Lignum victum, quod in Ligno genitum.* Desumitur ex Ecclesia in Præfatio de Cruce. Ubi Parrochus sistit, videtur hæc littera ex Apostolo desumpta: *Pontifex assistens æterna redemptione inventa.* Hoc enim est symbolum, & sic intelligitur.

Ex Præfatio de Cruce.

Ad Hebræos 9.

10 Cadaver jacens, peccatum originale mortuum, est, spectans funerale. Crux est Arbor, in qua mortuus fuit Christus, undè Maria habuit præservationem; peccatumque originale, mortem. Sic littera explicat: *Per Lignum victum, &c.* Sacerdos, Christus est, qui offerens sacrificiũ uti summus Sacerdos, & per merita ipsius prævisa, Mariam ab originali præservavit; & per gratiam ab ipso emeritam, ipsum peccatum perdidit vitam, quadam redemptione ab æterno decreta: & hoc dicit littera: *Pontifex assistens æterna redemptione inventa.* Hoc est hujus diei assumptum.

§. I.

11 QUod primo invenitur in symbolo, est, ante urnam cadaveris, Crux, quæ in funeralibus uti vexillum sacrum adest, & hæc littera: *Per Lignum victum, quod in Ligno genitum.* Idem est, ac dicere, quòd originalis culpa ex ligno initiata quo

ad

UVA. BHSC. BU 08453

ad esse primum, ex alio ligno habuit mortem, & esse desitionem. Desumitur littera ex Præfatio Crucis, ubi dicitur, Dæmonem esse devictum in Cruce, cum ipse, hominem vinceret in Paradysi ligno: *Qui in ligno vincebat, in ligno quoque vinceretur.*

12 Crux enim, regale vexillum fuit a Divina misericordia elevatum, & ubi sua majora beneficia, amorisque ostensionem fecit. Cum enim præservatio Virginis Mariæ à culpa originali, maximum beneficium sit hominibus exhibitum, Mariam dictans in primo instanti suæ gratiæ thesauris; per Crucis Arborem consecuta est Virgo plenitudinem gratiæ, & primi peccati mortem in primo instanti. Ideò in funere peccati originalis, adest Crux, veluti ceremonia laudata, & tanquam vexillum, quo gratiæ trophæum celebretur.

13 Principem tenebrarum ejiciendum esse à possessione mundi (dixit Christus) cum à terra ipse Christus fuisset exaltatus: *Si exaltatus fuero à terra: : princeps hujus mundi ejicietur foras.* Loquebatur de exaltatione in Cruce, ubi pro hominibus perdidit vitam; sed cum mortis destructione: *Est Christi Crux, vitæ præsagium, & destructionis mortis fœlicissimum auspitium*, ait Castillus. Idem est causa destructionis mortis, & vitæ præsagium, prædictus asserit. Hæc fuit Crux, ubi Christus exaltationem habuit, hominibusque trophæum vitæ, dum Diabolo instrumentum ruinæ fuit: *Si exaltatus fuero, &c.* *Castill. de Ornatu Aaron. illat.* 58.

14 In Conceptione Virginis adfuit gratiæ vita, victrix de peccato manens, quia hoc vitam perdidit, absque tactu in vestigio illius puræ creaturæ à Divina protectione præventæ. Sed illa præservatio Mariæ, & peccati mors, trophæum Crucis fuit, ubi Christus fuit mortuus. Cum enim, in funerali originalis culpæ adesse Crucem, præcisum sit, trophæum gratiæ originalis Mariæ, præconiumque mortis peccati, ipsa Crux est.

15 Postulabat à Deo Esdras suam misericordiam, ut hominibus parceret, quia opera manuum surarum sunt, dum miserias ipsorum hominum representabat: cui Deus dixit: tot bona habere hominibus disposita, quot Paradysus patebit: *Vobis apertus est Paradysus.* Quod arbor vitæ plantabitur: *Plantata est arbor vitæ*; quod tem-

Joann. 12.

4. *Esdræ* 8.

UVA. BHSC. BU 08453

tempus adveniendum parabitur: *Præparatum eſt futurum tempus.* Quod abundantia bonorum paratur: *Præparata eſt abundantia.* Quod ædificata Civitas eſt, ſapientia, & bonitas ſua opera perficient: *Ædificata eſt Civitas, perfecta eſt bonitas, & perfecta ſapientia.* Et in tot bonorum oſtenſione adimenda eſt ab hominibus malorum radix, illorum infirmitas abſcondetur, & ſepelietur corruptio ad perpetuam oblivionem: *Radix mali ſignata eſt à vobis, infirmitas, & tinea à vobis abſconſa eſt, & in infernum fugit corruptio in oblivionem.* Loquebatur Deus fœlicitatum juſtorum. Ait enim quòd illis plantata eſt arbor vitæ, parataque bonorum abundantia.

16 Certum eſt etenim, quod in antiquis figuris, Deus præparavit legis gratiæ abundantiam, nocumenta peccati ad ſui deſtructionem, & imperium Diaboli. Illa arbor vitæ, figura Crucis fuit, & cum per hanc habeamus meritorum abundantiam, gratiam, & libertatem à captivitate peccati; ideò ait, quòd in arbore parata abundantia ſæculis veniendis, fuit, & à radice malorum liberati ſunt. Radix omnium malorum naturæ humanæ, fuit illud primum Adæ peccatum.

17 Sed ubi, & quo tempore radix illa mortua eſt? In Maria Virgine, quæ inter omnes filios Adæ, libera concepta eſt ab omni labe, quæ gratiæ abundantiam accepit, & pura creatura, quæ ſola Divinam bonitatem, & ſapientiam adæquatè expreſſit in plenitudine donorum. Sed cum omnia privilegia Mariæ conceſſa, reſpiciebant dignitatem maternitatis Redemptoris mundi, ideò dicit Propheta, præparationem fuiſſe hominibus: *Præparatum eſt, &c.*

18 Omnis hæc abundantia gratiæ, & peccati deſtructio, tanquam radicis malitiæ, ab arbore vitæ, Crucem figurante, originata eſt: *Vobis plantata eſt arbor vitæ*: etenim arbor ipſa, quæ hominibus præſagium fuit abundantiæ gratiæ, ex quo per ipſam Maria concepta eſt cum plenitudine gratiæ, fuit etiam inſtrumentum, quo radix mali, nempè peccatum originale, deſtrueretur, & quod corruptio totius naturæ in Virginem ſepeliretur ad oblivionem: *Fugit corruptio in oblivionem.*

19 Nunc recordor Virgæ illius mirabilis in manu Moy-

UVA. BHSC. BU 08453

Moysi constitutæ, quæ figura Crucis fuit; & per quam populus Dei libertatem consecutus fuit; Ægyptij vero destructionem, & sepulchrũ invenerunt. Accedens populus Israeliticus ad maris litExodi 14. tora, & aquæ divisæ, viam siccam habuerunt, transeuntes absque periculo in aquis, neque in vestigijs: *Egressi sunt filij Israel per medium sicci maris.* Pervenerunt Ægyptij, terga populi tangentes, sed omnes submersi sunt in aquis: *Occurrerunt aquæ, & involvit eos Dominus in medijs fluctibus.* Miraculum fuit Divinæ omnipotentiæ; sed ubi suam mirabilem virtutem posuit ad prodigium? In virga Moysi, utì in instrumento mirabilium.

20 Cum enim populus Dei pervenisset ad mare, cujus aquis impeditus ad transitum stetisset; dixit Moysi Deus: *Extende manum tuam super mare, & gradiantur filij Israel per siccum.* Sic contigit, nam elevans manum, in qua virgam tenebat, divisæ sunt aquę, viam siccam relinquentes; per quam populus transivit sine timore. Pervenerunt Ægyptij; exclamavitque Moyses Deo: Domine, ruinam ab Ægyptijs timet populus; tunc dixit Deus Moysi: *Extende manum tuam super mare, & revertantur aquę ad Ægyptios super currus, & equites.* Sic accidit; nam extendens virgam, adunatæ sunt aquæ, & influctibus manserunt Ægyptij, ut in sepulchro. Constans enim est, virgam Crucem figurasse, qua tot homines à morte liberati sunt, Diabolusque, & exercitus ejus sepulti.

21 Hæc virga Crucis fuit figura, qua Virgo Maria transivit aquas communis legis, in quarum fluctibus tot submersi sunt, quot filij Adami; ipsaque virga, qua Virgo in Conceptione originalem culpam interemit. Extensa fuit virga illa à potenti brachio Dei ab mysterio in Calvariæ Monte exercendo usque ad spatium æternitatis; & ab hoc spatio usque ad Virginis Conceptionem; & virtute illius virgæ, aquæ communis legis peccati viam siccam relinquerunt Mariæ, ut absque lesione transiret, conversæque sunt aquæ abundantis gratiæ, & peccatum oppresserunt usque ad interitum, & sepulchrum; *cumque extendisset Moyses manum, &c.*

22 Fuit enim arbor Crucis unde rivuli gratiæ

UVA. BHSC. BU 08453

emanarunt, quibus Deus ditavit Mariam, & à peccato præservavit. Fuit arbor quædam in Paradiso, ex qua peccatum sumpsit occasionem, & ruina totius naturæ, principium; ideo Crucis arbor contrapositа illi fuit, dum gratię instrumentum stetit, cum illius peccati remedium per Mariam veniret.

23 In canticis audiantur admirationes Angelorum, ex quo viderunt Mariam ascendere à non esse, ad esse in Conceptione, ex natura destituta gratiæ, & donorum, superabundantem gratiæ donis: *Quæ est ista, quæ ascendit de deserto delitijs affluens?* Sed ut admirationi satisfieret, loquens sponsus cum Maria, ait: *Sub arbore malo suscitavi te, ibi corrupta est Mater tua, ibi violata est genitrix tua.* Ait enim, quòd ubi prima parens, nempe Eva; (quæ Mater fuit Mariæ in natura) violata per peccatum fuit; ibi Maria libera fuit, & immunis à tyrannide, & corruptione culpæ; quia si Eva fuit corrupta per occasionem ab arbore Paradisi provenientem; Maria præservata fuit per Crucis arborem; & si ab illa arbore sumpsit initium generis humani, infirmitas, per Evam, & Adamum; ab arbore Crucis, principium remedij venit per gratiam Mariæ, & Christi.

Epiph. lib. 1. tom. 3. Hæres. 46.

24 Sentiunt plures Patres, arborem Crucis cum Christo ex ipsa pendente, elevatam fuisse, fixamque ubi Adamus sepultus jacebat. Sic Epiphanius sentit: *Reperimus Dominum nostrum Jesum-Christum in Golgothà crucifixum esse, & non alibi, quam ubi corpus Adam jacebat.* Ratio fuit, quia ex fructu sacræ arboris, fieret medicina in primo parente humanæ naturæ; ut illa prima massa medicata, omnis Adami descendentia, curata mansisset: *Per aquam, & sanguinem, qui fluxit ab ipso per compunctum ipsius latus in ænigmate, salutem nostram ostendit ab initio massæ primi parentis, reliquias respergere auspicamus:* Dixit idem. Sed clarius Castillus loquitur: *Ergo non inconsulto, nec absque mysterio supra primi parentis reliquias crucifixitur Christus, ut per lateris fontem sanguis decurrens, perveniat ad terram, & illo protoparentis ossa mundentur; simulque nostra abluantur delicta.*

Castill. Ornat. v. 5. illat. 465

25 Etenim sicut ex arbore Paradisi desumit Adamus

UVA. BHSC. BU 08453

mus fructum, unde causatum fuit peccatum, & totius naturæ infirmitas venit; sic ex Crucis arbore, cujus fructus Christus fuit, fluxit medicamentum ad caput totius naturæ; nempe Adamum. Sed ut medicamentum efficax esset, carere debebat participatione malitiæ infirmitatis. Ideò ex arbore ipsa, nempe ex Cruce, fluxit virtus, ut Maria præservata maneret in Conceptione à primæ labis contagio; quia caro, & sanguis Christi ex Maria desumpta, & fructus Crucis fienda erat, antidotumque contra peccatum; ab origine libera esset ab infirmitate, & à malitia corruptionis.

26 Prævidit Deus in æternitate, fructum Crucis in tempore essendum Christum; qui in ipsa moriturum ignominiosè pro hominum salute; quod ex latere Christi antidotum ad hominum salutem in capite, nempe Adamo, egressurum esset, & antecedenter applicans hoc antidotum, quando Maria fuit concepta, efformavit eam ab infirmitate culpæ originalis immunem; manens culpa ipsa mortua per illud antidotum, & grátiam, à Crucis meritis emánandum.

27 Currus ab Ezechiele visus, expressio mysteriorum Mariæ fuit. Inter alia, quæ vidit ibi Vates, unum fuit quandam speciem electri: *Vidi quasi speciem electri.* Asserunt communiter, genus esse æris, sive pretiosi lapidis. Arabigus sic legit: *Quasi speciem succini.* Electrum est Virgo Maria in sententia Hieronymi: *Maria est electrum, de quo scriptum est: Vidi speciem electri.* Electrum, ut legit Arabigus, liquor quidam ab arbore fluens est, & utì lapis coagulatur, pretiosum manens, ubi remanet mortua Serpens, venenosa, quæ illum lapidem, suo veneno, inficere tentabat in prima ipsius formatione. Sic decantavit Prophanus: *Fluentibus Heliadum ramis, dum vipera serpit fluxit in obstantem succina gemma, feramque dum miratur pingui se rore teneri, concreto riguit vincta repente gelu.*

Ezech. 1.

Arabig.

Hieron. serm. de Nativ. Virgin.

Mart. l. 1. epigram. n. 118.

28 Symbolum proprium est hoc, Conceptionis Virginis Mariæ, in cujus formatione mortua mansit Serpens mortifera peccati originalis. Ex sacra arbore Crucis, fluxit pretiosus liquor fructus illius ex ipsa pendentis, scilicet hominis Dei; ex quo liquore Divina

UVA. BHSC. BU 08453

Oratio in Offic. Concept Ordin. Min.

potentia efformavit Mariam lapidem pretiosum omni puritate gratiæ: *Ex morte ejusdem filij sui prævisa, eam ab omni labe præservasti:* Ait Ecclesia. Volensque Serpens venenosa peccati originalis illum lapidem inficere; mortua antidoto gratiæ, ibi mansit: *Concreto riguit, &c.* Mors peccato advenit, unde vitam deduxit; ex arbore Paradisi vivere habuit, & è Crucis arbore, mori in Conceptione Virginis, quia è Cruce fluxit in Maria liquor gratiæ, qua fuit in Conceptione formata. Hoc est mysterium symboli, in quo adest Crux ad peccati originalis funerale, hæcque litteræ ornantis significatio: *Per lignum victum, quod in ligno genitum.*

§. II.

29 AMplius, in symbolo videtur Sacerdos vestibus sacris ornatus, cum littera ex Apostolo desumpta: *Pontifex assistens æterna redemptione inventa.* Hic summus Sacerdos Christus est, de quo David dixit: *Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.* Institutus fuit summus Sacerdos ab Æterno Patre secundum Pauli sententiam: *Christus non semetipsum clarificavit, ut Pontifex fieret, sed qui locutus est ad eum: filius meus es tu.* Hic est Sacerdos, funerali culpæ originalis assistens; quia est summus Sacerdos, qui præservavit Mariam tanquam Minister primus, & dispensator thesaurorum gratiæ.

Hebr. 9.

Psalm. 109.

Hebræ. 8.

30 Plenum mysterijs invenio Paulum in Epistola ad Hebræos. *Talem habemus Pontificem;* (ait) *Qui consedit in dextera sedis magnitudinis in Cœlis, Sanctorum Minister, & Tabernaculi veri, quod fixit Dominus, & non homo.* De Christo loquitur, qui ad dexteram Patris sedet. Ministrum esse Sanctorum, (ait) quia dispensator est gratiæ, & sanctitatis. Ipse idem peculiariter, Minister fuit veri Tabernaculi, in mundo à Deo positi. Mariam fuisse hoc Tabernaculum ex Apocalypsi constat; ubi Joannes videns hanc puram creaturam descendere in modum Civitatis, à voce, cœlesti metaphora declarata fuit cum proprietate Tabernaculi Dei, inter homines constituti: *Ecce Tabernaculum Dei cum hominibus.* Hujus enim Tabernaculi, Mariæ nempe, Christus fuit peculiaris Minis-

Ibi 9.

Apocalypsi 21

UVA. BHSC. BU 08453

nister ad illius gratiam, & sanctitatem; ait Paulus: *Minister Tabernaculi veri.* Ministeriis peculiaris fuit ad illam in Conceptione præservandam thesauris gratiæ, & ad mortem originalis culpæ.

31 Litteram Pauli adhùc consideremus. In capite nono ad Hebræos loquitur de Tabernaculo à Moyse ædificato, ordine, ac directione Dei, quod adæquatè figuravit Ecclesiam, & mysteria gratiæ. In illo enim duo erant cubicula, seu spatia diversa. Primum, locus erat communis, ubi omnes Sacerdotes, & Ministri ingrediebantur, & offerebant sacrificia: *In primo quidem Tabernaculo* (ait Paulus) *semper introibant Sacerdotes sacrificiorum officia consumantes.* Hoc spatium, in Lege Gratiæ, est commune Ecclesiæ habitaculum, ubi sacrificia offeruntur, Sacramenta dispensantur, & thesauri gratiæ communicantur, secundum Leges communes Divinæ Providentiæ.

Ad Hebræos 9.

32 In secundo spatio, & interiori habitaculo, semel solum summus Sacerdos ingrediebatur; sed cum sanguine, qui offerebatur pro sui, & Populi, peccatis: *In secundo autem semel in anno solus Pontifex, non sine sanguine, quem offert pro sui, & Populi, ignorantia.* Hoc, in Sancta-Sanctorum, faciebat summus Sacerdos in antiqua Lege.

33 Christus enim fuit summus Sacerdos figuratus, qui semel tantum in Tabernaculo Mariæ ingressus est, eam à peccato originali præservans: *Christus assistens Pontifex futurorum bonorum, per amplius, & perfectius Tabernaculum non manufactum, idest non hujus creationis, per proprium sanguinem introivit semel in sancta, æterna redemptione inventa.* Ait enim Apostolus, quòd Christus, ut summus Sacerdos, sacrificium sui ipsius offerens, semel in Sancta-Sanctorum introivit, Maria nempè, cum novum modum redemptionis in æternitate invenisset. Sed qui modus novæ redemptionis hic fuit? Non enim redemptio sublevativa: cum hæc filijs Adæ sit communis; alia perfectior fuit in Tabernaculo Mariæ exercita: *Per amplius, & perfectius Tabernaculum non manu factum.* Aliam redemptionem invenit, præservativam nempè, & in æternitate ob sanguinem in tempore fundendam in sacris

UVA. BHSC. BU 08453

crificio ſui ipſius in Cruce, eam præſervavit ab originali peccato, extrahens à Legibus filijs Adæ communibus: *Per proprium ſanguinem introivit.*

34 Figuras adhùc conſideremus, ceremoniaſque Veteris Teſtamenti, ſummi Sacerdotis, & ſacrificij, ut myſterium præſervationis Mariæ comprehendatur per Chriſtum, veluti ſummum Sacerdotem. Ordinavit Deus in Levitico, quibus veſtibus ingrediendus ſummus Sacerdos ſemel in Sancta-Sanctorum: *Tunica linea veſtietur, feminalibus lineis, zona linea accingetur, tidarim lineam imponet capiti ſuo.* Omnes veſtes albæ erant, quando ſummus Sacerdos ſemel in ſancta ingrediebatur. Quare non ordinavit Deus veſtire principaliores veſtes, quales erant tunica Hyacinthina, & rationale? Myſterium advertite.

Leviti. 16.

35 In tunica Hyacinthina, deſcribebatur totus orbis: ait Hugo Carenſis: *Dicitur, quod in veſte poderis, quam habebat Sacerdos, erat deſcriptus univerſus orbis.* In Hyacintho, cujus coloris tunica tingebatur, inveniuntur caracteres exprimentes lamenta, in rationali, nomina filiorum Iſrael ſcripta ſiſtebant in lapidibus, ut Deus ordinaverat. Cum enim ſummus Sacerdos tantum ingrediebatur in Sancta-Sanctorum, ubi collocata Arca erat, ne nomina aliorum hominum cum illo ingredi poterant, nec ibi apparere væ lamentabiles. Myſterium cum claritate comprehendite.

Hugo Carenſ.

36 Chriſtus fuit primus prædeſtinatus à Divina voluntate in decretis æternitatis. Propter merita Chriſti fuit prædeſtinata Virgo Maria, ut Mater illius, omni gratiæ plenitudine, & ante permiſsionem peccati Adæ, aliarumque creaturarum futuritionem. Totum in illo primo ſigno fuit puritas, peccatum non adfuit, neque permiſſum, neque connotatum, cum enim in tunica, & in rationali ſummi Sacerdotis omnes creaturæ delineatæ videbantur, & in Hyacinthino colore væ lamentabiles culpæ, ideò ſummus Sacerdos, abſque ijs ornamẽtis, ingrediebatur, cum in Sancta-Sanctorum (ubi collocata erat Arca) ſemel in anno ingredi debebat; ideò omnes veſtes ex lino candido erant, quia ſi ſummus ille Sacerdos, Chriſtus eſt, & illa Arca, Virgo Maria, ubi decretata fuit meritis Chriſti, &

UVA. BHSC. BV 08453

& in ſigno immediato ad ſignum filij ſui, ibi peccatum neque in figura, nec in permiſsione, nec in redemptione, nec in alijs creaturis, ad eſſe poteſt, omne quod apparere debet, merita Chriſti in ſubſtantia decreti, debet eſſe, & puritas, & ſic omnes veſtes, ex candido lino: *Tunicam lineam.*

37 Nunc videamus ſacrificium, quod à ſummo Sacerdote, offerendum erat, illis veſtibus ornato, meliuſque percipietur hoc myſterium. *Sampto thuribulo, quod de pranis altaris impleverit, & hauriens manu compoſitum thymiama in incenſum, ultrà velum intrabit in ſancta, & poſitis ſupra ignem aromatibus, nebula eorum, & vapor operiet oraculum.* Etenim offerendum erat à ſummo Sacerdote incenſum, & thymiama ſupra ignem thuribuli, & vapore egrediente, Arca cooperienda erat. Incenſum ſignificat orationem, & cultum, quo ſuprema Dei Majeſtas veneratur ex amoris igne in cordis thuribulo conſiſtente. Hæc enim eſſent opera Chriſti decretati in ſubſtantia ut homo fiendus: Cultus, qui tribuendus erat Deo ab illa humanitate unita, & evaporatio hujus incenſi in Dei præviſione poſiti in æternitatis ſpatio cooperuit oraculum, ſivè Arcam, nempè Mariam, illam adimplens plenitudine gratiæ, quin ſanguis in illo ſacrificio appareret pro peccatis, quia cum in ſignis, quibus decretus Chriſtus, & Mater ejus, nec permiſsio peccati decreta, nec connotata in Adamo, & filijs ejus fuit; ideò veſtes ſummi Sacerdotis, dum ſemel in Sancta-Sanctorum ingrediebatur, omnes albæ erant, ſine rationali, & tunica Hyacinthina, ubi væ lamentabiles peccati originalis, exprimebantur: *Tunicam lineam.*

Leviti. 16.

38 Sed contradictio occurrit. Textus dicit immediatè in Levitico, quòd mortua victima pro peccato Populi, Deus præcepit Sacerdotem applicaſſe partem ſanguinis intra velum, ut ſanctuarium mundificaret à peccatis Populi: *Cum mactaverit hircum pro peccato Populi, inferet ſanguinem ejus intra velum, & aſpergat, & expiet ſanctuarium ab immunditijs filiorum Iſrael, & à prævaricationibus eorum.* In ſacrificio illius hirci figurabatur ſacrificium cruentum Chriſti pro peccatis hominum; ſi enim in Arca, & Sanctuario, intra velum

Leviti. 16.

UVA. BHSC. BU 08453

lum consistente, Maria figurabatur: ergò non solum ipsi fuerunt applicata merita Christi in substantia decreti ad ejus præservationem, sed etiam ipsius Christi passibilis, sanguis ejus, ex sacrificio Crucis nempè.

39 Replicam discursus libenter audio, quia ex ipsius solutione, clarius discernentia mysterij in Mariæ præservatione à summo Sacerdote Christo, patebit. Certum enim est sanguinem victimæ illius, sacrificium cruentum Christi repræsentantis, applicatum fuisse Sanctuario, & Arcæ, ut expiaretur, & certum etiam sanguinem effundendum à Christo passibili decretatum ab æterno, applicatum fuisse Mariæ in illa prævisione, sed quando, & quomodo, notetur.

40 Prius Deus decrevit summum Sacerdotem vestibus albis ornatum ingredi ad Sancta-Sanctorum Tabernaculi intra velum, offerreque sacrificium incensi, ex cujus vapore Arca cooperienda erat. Post hanc ceremoniam præcepit mactari hircum, applicareque sanguinem illius intra velum, ut sanctuarium expiaretur. Etenim prius fuit, incensi oblatio, & applicatio, quam applicatio sanguinis. Nunc intelligamus mysterium figuræ illius.

41 Prius fuit Maria decretata cum omni plenitudine gratiæ per merita Christi in substantia decretati, ubi non adfuit decretum sacrificij sanguinis, sicut nec mortis Christi, sed tantum thimiama meritorum, & cultus Deo tribuendus ab illa humanitate unita verbo. Postea prævisо Adami peccato, decretata fuit ejus permissio, Verbumque humanatum venisse passibile, ut offerret seipsum sacrificium in Cruce, cujus sanguis pretium esset ad hominum redemptionem. Quamvis enim Maria præservata jam erat, decretataq; plenitudine gratię per Christi merita in substantia decretati, voluit Deus etiam fuisse redemptam pretio sanguinis Christi passibilis, in sacrificio ab ipso offerendo, tanquam à summo Sacerdote in Ara Crucis, & ad magis abundare, applicuit sanguinem pro redemptionis pręservativę pretio, à sublevativa distinctæ aliorum filiorum Adæ. Hoc voluit Apostolus significare Hebræis scribens: *Per proprium sanguinem introivit semel in sancta æterna redemptione inventa.* Christum, utì summum Sacerdotem assis- *Ad Hebræos 9.*

UVA. BHSC. BU 08453

fistere modo perfectiori Tabernaculo superiori potentia formato, sanguinem proprium applicans, dum in æternitate redemptionem peculiarem, & novam inveniisset. Ideò in veteri Lege, ordinavit Deus, summum Sacerdotem obtulisse prius incensum è thuribulo in Sancta-Sanctorum ipsi Arcæ, & postea applicasse sanguinem victimæ, ut cum distinctione figuraret mysterium mirabile præservationis Mariæ in Lege Gratiæ.

42 Magis intelligetur mysterium, figuram veterem adhùc considerando. Cur sanctuario applicanda erat sanguis a summo Sacerdote? Littera dicit: *Ut aspergat, & expiet sanctuarium ab immunditijs filiorum Israel.* Non enim fuit ad emundationem sanctuarij ab proprijs immunditijs, sed à peccatis Populi. Fuit enim sanctuario sanguinem applicare, ut de puritate, & sanctitate in Arca reperta, filijs Israel applicaretur, utì magis valorata ad expiationem illorum, & ab illo principio ex omni parte sanctificato, originem traheret expiatio peccatorum totius Populi.

43 Sanguis Christi, qui pretium redemptionis hominum esset, Mariæ fuit applicata, ut fuisset Christi excellentia Matrem suam redimisse, per redemptionem præservativam, sui sanguinis pretio; sed etiam, quia sanguis ipse, ex Maria oriundus erat, cum ab ea Christus acciperet, & ut ab origine purissimo oriens, ad hominum redemptionem, fieret efficacior.

44 Ceremoniæ Prophætarum, mysteriosæ fuerunt. Jericuntinorum quærellæ pervenerunt ad Elisæum, aquas terræ illius esse pessimas: *Aquæ pessimæ sunt.* Adducite ad me (ait Prophæta) novum vas, in quo sal mittendum est: *Afferte mihi vas novum, & mittite in illud sal.* Adduxerunt vas cum sale, & mittens salem in fontem, aquas purificavit: *Quod cum attulissent, egressus ad fontem aquarum, misit in illum Sal, & dixit: Sanavi aquas, & non erit ultra in eis mors.* Si enim à sale sanandæ sunt aquæ, & ab illo fonte communicanda est sanitas rivulis, ad quid præcessit salis missio in vase novo? Quia licèt sal præservet à corruptione, transiens verò per vas novum, & purum, elevatur quodammodo ad perfectius sananum. 4. *Regũ* 2.

45 Sanguis Christi se-

ip-

UVA. BHSC. BU 08453

iplo efficaciſsimus fuit, ut naturam humanam ſanaret à corruptione, cum eſſet hominis Dei; ſed adhùc originem duxit ex Maria, prius in illo vaſe mundiſsimo fuit, prius ſanctuario applicata ad omnium expiationem, quia ſic ab origine egreſſus cum efficacia ſanandi à corruptione mortis peccati: *Non erit ultra in eis mors: expiet ſanctuarium ab immunditijs filiorum Iſrael.* Sic Maria præſervata fuit, mortuaque culpa originalis per ſummum Sacerdotem, nempè Chriſtum, redemptione nova, & æterna inventa. Ideò in funerali Sacerdos aſsiſtit, dum de peccato originali mortuo celebratur. Et hæc totius ſymboli expreſsio, ubi nobilitas Mariæ exprimitur in myſterio Conceptionis, ubi à peccato fuit præſervata, culpam morte afficiens per Dei providentiam, & per efficaciam gratiæ, &c. *Ad quam, &c.*

ORATIO QUARTA

DE CONCEPTIONE B. VIRGINIS MARIÆ.

Beatus Venter, qui te portavit. Lucæ cap. 11.

1 SOLI convenit, utì glorioſum attributum, lucis eſſe originem. Ideò aves celebrant ſolem appropinquare, in Auroræ ſplendore, dulciſsimis vocibus, & acordibus cantionibus; quia prodigus ſplendoribus, expargit illis radios ſuos, quibus umbræ noctis, in quibus obnubiles vivebant, fugantur.

2 Hæc fuit ſatisfactio à Deo data Jacobo in obſcura illa nocte, quando cum ipſo Deo ſub Angeli forma apparente, luctabatur: *Dimitte me, jam aſcendit Aurora.* Si tenebras materiales inſpiciamus, in quibus Jacob reſidebat, & à quibus exire deſiderabat, omne ſolatium habebat in Auroræ propinquitate, quia cum Mater ſit Soli; *Geneſ.* 32.

UVA. BHSC. BU 08453

lis ; idem est Auroram concipi, ac securitatem habere umbras noctis evanui ex efficacia lucis, quæ Solis est filia.

3 Si autem consideremus umbras mysticas culpæ, in quibus humanum genus vivebat in Lege veteri, & quod lucta Jacobi erat petitio assidua ad Deum, ut remedium misisset adversus umbras noctis obscuræ, in proximitate Conceptionis Auroræ, nempè Mariæ absque umbra culpæ, & tota in splendoribus gratiæ, Jacobo, & hominibus promittebatur libertas ab obscuritate noctis, quia in illa Conceptione in splendoribus gratiæ, Deus incipiebat hominibus adesse cum plenitudine misericordiæ suæ, firmans in puritate Mariæ, ex qua Sol oriundus, plenitudinem beneficiorum, & Divinæ Misericordiæ.

4 Dicebat Paulus ad Hebræos scribens, quod Mariæ accedamus, utì gratiæ throno, ut Dei misericordiam consequamur : *Accedamus ad Thronum gratiæ Dei, ut misericordiam consequamur, & gratiam inveniamus.* Maria est thronus, utì in Apocalypsi vidit Joannes in Cœlo collocatus: *Ecce sedes posita erat in Cœlo.* In Cœlo, ubi collocatus fuit thronus Mariæ, absque eo, quod pro aliquo instanti sedem habuisset in terra Adami, peccato maculata.

Ad Hebræos 4.

Apocàlyps. 4.

5 Ideò Mariam appellavit David thronum Dei, utì Cœli dies : *Thronus ejus, sicut dies Cœli.* Q. d. sicut in Cœlo nunquam nox, sed semper clara dies est ; in Mariæ throno, quæ Dei fuit, non fuit aliquando nox quælibet ex umbris culpæ. Cum enim thronus Dei esset, in gratia constructus, plenitudinem Divinæ misericordiæ hominibus promittit. Ideò Apostolus nos provocat, ut accedamus ad thronum ipsum, quia ab illo, utì ab origine omnia dona nobis eveniunt : *Maria est thronus gratiæ, de cujus plenitudine accipiunt universi,* ait Justinianus.

Ps. 88.

Justin. in Lign. Vitæ, capit. 5. de Spe.

6 Propter rationem hanc, Maria in suo Cantico dixit: appellandam esse Beatam ab omni generatione : *Beatam me dicent omnes generationes.* Fortè, quia Divina potentia eam à Lege communi immunem fecit ? Sic apparet ex ipsa : *Quia fecit mihi magna, qui potens est.* Sed ulteriùs, quia ex ipsa oriunda esset misericordia in omni generatione : *Et misericordia ejus à progenie in progenies.*

Lucæ 1.

Ideò

UVA. BHSC. BU 08453

7 Ideò vox Evangelica uterum Virginis proclamat Beatum : *Beatus venter*, utì thronus Dei incarnati : *Qui te portavit*. Quia licèt vidisset in Christo miraculum expulsionis Diaboli ab illo homine possesso ; notavit originem humanitatis Christi, principium fuisse illius libertatis, & fœlicitatis ; & ipsi origini, utero, nempè Virginis, elogia direxit. Existimavit Mulier, & benè tamen, quòd si in Christo erat potentia ad hominem de oppressione Dœmonis liberandum, ventrem, ubi conceptum fuit Verbum, nunquàm tyrannidi Diaboli subditum fuisse ; mortemque peccati originalis in Maria considerans, in Virginis laudes respiravit, fœlicem narrans, utì ab originali macula immunem. Nequivit mulier illa intelligere peccatum aliquando dominasse in talis filij matre. Ideò fœlicem exclamavit : *Beatus venter.* Existimavit, quòd si in alijs Adæ filijs peccatum regnavit in cujusque conceptione, in Maria mortuum fuisse, quia in omni instanti, fuit in ipsa plenum gratiæ dominium, &c.

AVE MARIA.

Beatus Venter, qui te portavit. Lucæ cap. 11.

8 SI semper gratia regnavit in Maria, & peccatum mortuum fuit in Conceptione illius, prosequi funerale illius, erit melius. In scuto nobilitatis Virginis, alia symbola videntur, in quibus pompa funebris originalis peccati signatur ad elevationem gratiæ in Virgine Maria.

9 Videtur urna cooperta, quæ in humeris à quatuor personis defertur, processionali ordine, ubi hæc littera Numeri legitur : *Ipsi portabunt Tabernaculum.* *Num.* 1

Duplex via ostenditur, quibus dirigitur ad transitum funeralis pompa, & hæc littera ex Propheta Regio utraque via ornata : *In viijs ejus ambulaverunt.* *Ps.* 118 Hæc symbola sunt, quæ sic intelliguntur.

10 Urna est, ubi peccatum originale mortuum positum est, & à quatuor viventibus in humeris deportatur, sic littera exprimit : *Ipsi portabunt Tabernaculum.* Duplex via est, ubi ordinavit Deus transisse apparatum, pompamque funeralem, ut sepulturæ traderetur,

UVA. BHSC. BU 08453

tur, quia Dei directione viæ ſignatè ſunt, ſic littera dicit: *In vijs ejus ambulaverunt.* Nunc ad diſcurſus tranſeamus.

§. I.

11 PRimo invenitur in ſymbolo Urna in humeris à quatuor deportata, hac inſcriptione: *Ipſi portabunt Tabernaculum.* Culpa originalis mortua, defertur ab illis quatuor ad ſepeliendam, utì in praxi utitur in funeralibus. Quatuor portantes viventes eſſe debent; non enim ab alijs mortuis deferuntur mortui, ſed à viventibus; ſed cũ ſint viventes, debent eſſe eſſempti in conceptione à lege communi originalis culpæ, & in ea mortui non eſſe formati; ſic ſignificavit Deus in lege veteri, in myſterio litteræ ſymbolum ornantis.

12 Deus Moyſi dixit: Levitas non eſſe numerãdos cum reliquis populi; ſed ab ipſa lege communi, liberandos: *Tribum Levi noli numerare, neque pones ſummã eorum cum filijs Iſrael.* Ratio enim fuit (dicit Deus) quia: *Ipſi portabunt Tabernaculum.* Si enim in Tabernaculo continebatur Arca ex materia incorruptibili formata, figura Conceptionis Virginis portabatur, ubi peccatum originale mortum adeſſe neceſſum eſt; & Tabernaculum feretri, cadaveris gerebat vices. Sint etenim portantes Tabernaculum à communi lege eſſempti: *Tribum Levi noli numerare.*

Numer. 1.

13 A legibus communibus eſſempti in formatione fuerunt, qui peccatum originale mortuum portavère in põpa funerali, ut ſepulturę traderetur; vivi etenim, qui in peccato non ſunt concepti. In omni ſpatio naturę quærere oportet, qui fuerint portantes. Myſteria ſcrutemur, ut inveniamus.

14 Ut Abraham ſecurus manſiſſet, accepturum terram à Deo promiſſam, ſic Deo interrogavit: *Domine Deus, unde ſcire poſſum, quod poſſeſſurus ſim eam?* Scito Abraham (ait illi Deus) quod filij tui progredientur in terra aliena, ubi oppreſsi, & captivi multo tempore vivent: *Scito, quod peregrinum ſit ſemen tuum in terra non ſua: ſubjicient eos ſervituti.* Sed liberi à captivitate erunt, & egredientur cum incremento magno; & hoc erit tranſata quarta generatione; quo tempore terram promiſſam poſſidebunt;

Geneſ. 15.

UVA. BHSC. BU 08453

bunt: *Post hæc egredientur cum magna substantia. Generatione autem quarta revertentur huc.*

15 In sensu litterali intelligitur, quod descendentes ab Abraham futuri erant servi in Ægypto; uti adimpletum fuit in Tribubus duodecim filiorum Jacob, quorum Avus fuit Abraham, & quod ad quartam generationem egressuri à captivitate erant, & ad promissam terram possidendam, venturi erant. Per generationem, sæculum intelligit Cornelius à Lapide. Tostatus intellexit quatuor generationes vigorosas per lineam Judæ, post quam in Ægyptum intravit. Albertus per lineam Levi cujus Moyses, & Aaron fuerunt, & à quibus populus eductus fuit ex Ægypto. Hoc in litterali intelligitur. Transeamus ad allegoriam.

Cornel. hic Abulens. hic

16 Populi captivitas, figura, & expressio fuit captivitatis humani generis sub peccati originalis servitute. Etiam hujus libertatem, expressit illius populi liberatio. Sicut ille populus, generatione quarta transacta, ab illa captivitate exivit; sic humanum genus à peccati servitute, transacta quarta generatione, exivit. Hæc adimpleta fuit in Maria, ait D. Antoninus: *Quarta autem generatione, quæ per Mariam fiet, in Maria facta est, revertentur filij fideles ad Patriam propriam, scilicet, gloriam.* Promissio etenim Abrahæ facta, quòd trãsacta quarta generatione, quæ adimpleta est in Maria, humanum genus egressurum erat à servitute originalis peccati; quia culpa originalis moritura erat in Conceptione ipsius; & cum ipsa Virgine numerandæ erant quatuor generationes viventium, à quibus peccatum mortuum in humeris ad sepeliendum deportaretur. Has generationes intelligamus.

S. Antonin. 4 part. titul. 14. cap. 5.

17 Quadruplici modo potest homo accipere esse in generatione: absque Patre, & Matre, uti Adamus; absque Matre, & quodammodo, cum Patre, uti Eva; cum Matre, & absque Patre, uti Christus; & cum Patre, & Matre; qui modus communis generationis est. Adamus absque Patre, & Matre, fuit in gratia formatus; Eva, sine Matre, & cum Patre, certo modo, formata in gratia fuit etiam; & Christus fuit in gratia conceptus, qui cum Matre, & sine Patre fuit formatus. Tres enim personas habemus formatas in vita gratiæ. Restat alia persona

ad

UVA. BHSC. BU 08453

ad numerum quartum integrandum; quæ esset per communem modum generationis, & sit concepta viva, & sine peccati morte; hæc est Maria, quæ ita fuit concepta. Scimus quatuor has personas ex humana natura formatas fuisse cum vita, & absque culpæ originalis morte. Etenim, postquam adimpleta fuit quarta generatio in Beata Virgine Maria, ubi culpa originalis fuit mortua, fuerunt quatuor vivi, qui portasset peccatum originale mortuum ad sepeliendum, & genus humanum exivit à servitute: *Quarta autem generatione, &c.*

18 Duæ difficultates occurrunt, adversus discursum præcedentem. Prima: quomodo Adamus, & Eva, utì vivi in gratia, ad portandum peccatum mortuum concurrerunt, si ipsi vitam perdiderunt, & suo peccato mortem introduxerunt? Secunda difficultas est; quomodo in Maria adimpleta est quarta generatio vivorum, si Christi generatio adimpleta non fuerat?

19 Ad secundam satisfaciam, & ad primam postea. Verum est, quod quando Maria fuit concepta, nondum in executione Christus conceptus fuerat conceptione temporali; sed in determinatione, & decreto voluntatis Divinæ, prius quam tres alij, nempe: Adamus, Eva, & Maria fuit conceptus; & ex meritis ipsius à Deo prævisis in æternitate, Deus antecedenter ad Conceptionem Christi, in executione operatus est omnia mysteria, & mirabilia gratiæ; & ita potuit inter viventes numerari, ut numerum adimpleret, ante quam in executione conciperetur, ut peccatum originale mortuum deferret ad sepeliendum.

20 Ad primam difficultatem respondeo, quæ data solutio ad secundam, magis percipietur. Verum enim est, Adamum, & Evam perdidisse vitam gratiæ, in qua creati fuerunt, per peccatum, & quod per ipsos, mors hominum intravit in mundum. Sed non concurrerunt ad portandum peccatum, utì mortui, & ut post peccatum considerati, sed ut considerati in statu vitæ, utì in gratia creati sunt. Rationem reddo.

21 Omnis gratia Adamo, Evæ, & Mariæ à Deo concessa in cujuslibet formatione, per Christum fuit, & ejus merita habenda in tempore, & prævisa; sed cui-

UVA. BHSC. BU 08453

cuilibet regulata ad proportionem;& gratia Christi semper manens cum excessu originis, & utì filij Dei. Gratia Mariæ regulata fuit juxta dignitatem Matris Dei. Gratia Adami, & Evæ, regulata fuit secundum dignitatem priorum parentum naturæ, & capitis moralis.

22 Gratia Mariæ in Conceptione, ultra regulationem ad dignitatem Matris Dei ; etiam fuit gratia corredemptricis, & reparatricis humani generis, ut ad primum statum, in quo primus homo fuerat creatus, restitueretur, sed modo, à Divina providentia ordinato. Regulata gratia Marię per Matris Dei dignitatem, sola Maria, veluti unica persona, concurrit ad peccatum in funerali deportandum; sed veluti gratia restauratricis humanæ naturæ, ita gratia Adami, & Evæ,qua creati fuerunt, haberi debuit veluti exemplar ; ita etenim concurrerunt Adamus, & Eva, utì vivi in gratia Mariæ, restauratrici concessa. Cum enim omnis gratia Adamo, Evæ, & Mariæ concessa ex meritis Christi prævisis, ex gratiaque ipsius, illis fuisset data ; ita concurrit ipse Christus cum alijs tribus ad portandum peccatum originale mortuum in pompa funerali in Conceptione Virginis Mariæ.

23 In textu qui magis mysterioſus,quam repetitus, est ; hoc maximum gratię mysterium invenire desidero. Vidit Ezechiel illum currum celebratum : *Apparuit rota super terram.* Ait Matthæus Cantacuccinus, fuisse currum,ubi Christus de peccato triumphavit : *Currus Christi de peccato regnantis.* Ipse Propheta ait,in eo obstentari gloriam Dei : *Visio similitudinis gloriæ Domini,* si enim erat, ubi de peccato triumphavit; trophæum gloriæ Dei esse debuit. Fuit enim currus ille Virgo Maria in Conceptione, ubi de peccato originali triumphavit Deus,& in funebri apparatu culpam originalem mortuam deferre ad sepeliendum.Currus mysteria, in Mariæ Conceptione: videamus.

Ezech: 1.

Cantacuccin.

24 Primò enim ait Propheta : vidisse ventum turbinis ab Aquilone venire: *Ecce ventus turbinis ab Aquilone veniebat.* Postea hominis similitudinem : *Similitudo hominis.* Ventus peccatum originale fuit,cum tantum malum ab aquilone venisset, quo homines ad captivitatem reducti sunt.

Si-

UVA. BHSC. BV 08453

Similitudo hominis, Christus fuit, qui ad nos liberandum à captivitate, venit, & ad dignitatem deperditam, restituendum nos: *Existimo hominem, quem vidit Divinus Vates* (ait Hector Pintus) *fuisse Christum venturum, ut homines à vera Babilonis captivitate, hoc est, à peccato liberaret, & adventum dignitatem restitueret.*

Pintus in Ezechiel.

25 Amplius Propheta ait, in curru esse speciem electri: *Vidi quasi speciem electri.* Maria est electrum illud, ait Hieronymus: *Maria est electrum, de quo scriptum est: Vidi speciem electri.* In lectione Arabica, erat Succinum: *Quasi speciem Succini.* Liquor quidam pretiosus est (ut alibi dixi) qui ex arbore fluens reducitur ad modum lapidis pretiosi (ait Plinius) in cujus medio multoties manet sepulta, & mortua serpentula, quæ veneno mortifero afficere volens illum Succinum, dum efformabatur, invenit propriam mortem ibidem: *Fluentibus Heliadum ramis, dum vipera serpit, fluit in obstantem Succina gemma feram, quæ dum miratur, se pingui rore teneri, concreto riguit vincta, repente gelu:* Cecinit prophanus. Fuit enim electrum ab Ezechiele vi-

Hieron. Serm. Nativ. Virg. Mar.

Lect. Arabic.

Plin. lib 37. capit 3.

Marti. lib. 1. epig. 118 apud Calepin. v. Elect.

sum, Maria, quæ in Conceptione fuit formata, lapis pretiosus ex liquore fluenti ab arbore Crucis, & ab æterno prævisо, & in lapide ipso mortua mansit vipera originalis peccati, dum inficere tentavit suo veneno. Sic infertur, & quod in curru deferebatur ad sepeliendum apparatu funerali.

26 Sed scire desidero, à quibus portabatur cadaver peccati originalis mortui? Propheta vidit omnia. Videbantur quatuor viventia diversis aspectibus: *In medio ejus similitudo quatuor animalium.* Ostendebantur Homo, Leo, Bos, & Aquila: *Facies Hominis, facies Leonis, facies Bovis, & facies Aquilæ.* Ex texru infertur, solum unum animal, fuisse quatuor facierum expressionibus: *Quatuor facies uni.* Et quod similitudo hominis, in qualibet expressione erat: *Similitudo hominis in eis.* Hector Pintus ait: esse unum animal solum, & esse Christum, in quo significatum in expressionibus fuit: *Arbitror, qua ratione Christus per hæc animalia significetur: quia verus est homo, quia est verus Rex mundi victor.* Ecce Leonem, quia vicit, ut Leo de Tribu Juda: *Quia pro nobis mortus, &*

Hector Pint. ibi

UVA. BHSC. BU 08453

oblatus est, ecce Bovem: *Quia virtute sua, ad Cœlos ascendit*: ecce Aquilam. Sed aliter discurram absque contradictione hujus sensus. Peccatum originale non ibat mortuum in electro, & suprà currum, qui sistens ad Dei trophæum, feretrum erat culpæ originalis? Jam dixi.

27 Verum est, solum Christum esse, & alios tres cum Christo, qui portabant. Christus solus, quia gratia, virtus, vita, & sanctitas in omnibus, ab ipso Christo originem trahebat, utì à causa exemplari, finali, & meritoria; sed Mariæ participata in Conceptione; Adamo, & Evæ, in formatione utriusque, & ita efformata sunt quatuor viventia in gratia. Christus, ut Homo, ibat, gratiam omnium merens: *Propter nos Homines::: Homo factus est*. Et quia fuit primus decretatus. Ibat Adamus in statu justitiæ cum Leonis facie, cui omnes creaturas subjecit in illo statu: *Omnia subjecisti sub pedibus ejus*. Eva in facie Bovis ibat, quia sub jugo matrimonij, homini subdita facta est: *Faciamus adjutorium simile sibi*. In expressione Aquilæ Maria concurrebat; quia, ut à culpa in Conceptione libera fuisset: *Datæ sunt illi duæ alæ Aquilæ magnæ, ut volaret in Desertum à facie Serpentis*, ut in Apocalypsi dicitur.

Ex Symbolo.

Psal. 8.

Genes. 2

Apocal. 12.

28 Ait textus, quod ab uno spiritu, omnia viventia movebantur: *Ubi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur*. Quia eadem gratia, & ab uno met principio originata, nempè Christo, primis parentibus, & Mariæ participata in eorum formationibus. Quia cum peccatum originale mottuum fuisset in Conceptione Mariæ, & ad sepeliendum deducebatur, ut ad gratiam deperditam restauraretur Homo: *Ut à peccato liberaret, & ad veram dignitatem restitueret*. Christus, ut Deus Homo, concurrebat, utì reparator, & redemptor; Maria, utì Mater, & Corredemptrix, in qua culpa mortua fuit, & primi parentes cum gratia, in qua formati fuerunt, utì exemplar, & idea dignitatis, ad quam homines reddebant per mortẽ, & funerale peccati originalis in Conceptione Virginis Mariæ. Sic enim mortuum deferebatur peccatum in curru illo, qui feretrum efformabatur, & sic deferebatur à quatuor viventibus, quæ fuerunt formati in gratia: *Simi-*

UVA. BHSC. BU 08453

militudo quatuor animalium.

29 Sed in novo Teſtamento, hæc pompa funeralis peccati originalis figurata, ſivè repræſentata, invenitur. Mulier illa in Cœlo repræſentata, ut ex Apocalypſi conſtat, fuit Virgo Maria in Conceptione, de peccato originali victrix. Ideò ex Aſtris coronata viſa eſt, utì vincens. Fluvius ille à Dracone projectus, ut eam inficeret, peccatum originale fuit. Sed quid de fluvio factum eſt? In terra ſepultus fuit: *Aperuit terra os ſuum, & abſorbuit flumen, quod miſſerat Draco.* Cum flumen projectum à Dracone fuit, jam peccatum originale mortuum erat; quia jam ſupponebatur Draco deſpectus, & Mulier trophæo coronæ. Ex textu conſtat: ergò in flumine jam peccatum ſtabat mortuum, & illud proijcere, fuit traddere ſepulturæ. Sic videtur. Sed judico, quod portabatur cum præcipitatione. A quibus ferebatur? A Muliere, quæ erat Maria, & qui eam ſociabant? Ibat Chriſtus Dominus in alis duabus, quas Chriſtus habuit.

Apocal. 12.

30 Non dicit Malachias Chriſtum venturum cum ſalute in alis ejus? *Sanitas in pennis ejus.* Fuit enim ſalus ad ſublevandum filios Adæ à culpa in ala una, & in alia, ut Mariam præſervaret. Adamus ibat in Sole, qui eſt Pater viventium. Eva in Luna, quæ à Sole recipit eſſe, utì ab Adamo, Eva, quæ quatuor ſunt viventia, à quibus peccatum originale mortuum in Conceptione Virginis, fuit in humeris deportatum ad ſepulturam. Hæc eſt ſymboli intelligentia, ubi deſcribuntur quatuor deferentes Tabernaculum, & littera: *Ipſi portabunt Tabernaculum.*

Malac. 4.

§. II.

31 ULterius in ſymbolo, videntur duę vię, per quas pompa funeralis peccati originalis dirigitur: & hæc littera: *In vijs ejus ambulaverunt.* Vias exprimit per quas peccatum mortuum ductum ad ſepeliendum fuit.

32 Cum enim foiſſet Deus, qui ſua providentia mirabili, Mariam preſervavit ab originali, quod mortuum fuit, & omnia in hoc myſterio patrata, etiam providit Deus de vijs, per quas culpa tranſiret ad ſepulturam.

33 Omnes viæ Domini (ait David) reducuntur ad

UVA. BHSC. BU 08453

duas: quæ sunt via misericordiæ, & via veritatis: *Universæ viæ Domini, misericordia, & veritas.* Etenim hæ sunt viæ, per quas funerale peccati originalis ductum fuit, via misericordiæ, & via veritatis.

Ps. 24.

34 Per viam veritatis fuit; quia si veritas consistit in conformitate dicti, vel facti cum mente loquentis, & operantis; Maria fuit Concepta in tempore conformiter ad mentem, ideam, & decretum Dei, ab æterno efformatum. Ideavit, & decrevit illam cum plenitudine gratiæ, antequam Divina voluntas permissionem peccati decerneret, & ita Concepta fuit Maria.

35 Loquitur in Proverbijs Divinus Spiritus in persona Virginis Mariæ, & dicit, Conceptam esse ante abyssos: *Nondum erant abyssi, & ego jam concepta eram.* Idq̃ fuit esse ideatã in mente Divina, eo modo, quo in tempore erat concipienda: *In mente Divina, ut suo tempore in mundo fierem,* dixit D. Antoninus. Verbum *Abyssus* componitur ex positione *A*, & *byssus*. *A*, habet significationem, utì *sine*. *Byssus*, significat linteum purissimum; ideò dives ille à Luca relatus, induebatur ex illa: *Induebatur bysso.* Et Spiritus Sanctus ait: byssum esse vestem Mulieris fortis: *Byssus, & purpura indumentum ejus.* Significat enim *Byssus*, puritatem gratiæ. Etenim eadem *abyssus* sonat, ac defectus puritatis, vel gratiæ: *Abyssus sine candore, vel pulchritudine*, ait D. Thomas. Intelligitur per *abyssus*, peccatum: *Abyssus rectè intelligitur peccatum, quod est sine candore Divinæ Gratiæ*, ait Bustos. Etenim dicere Mariam Conceptam esse ante abyssus, idem est, ac dicere fuisse ideatam, & decretatam à Deo ante permissionem peccati in Adamo: *Nondum erant abyssi peccatorum, & ego jam Concepta eram, scilicèt, in mente Divina*, ait Bustos.

Prover. 8.

S. Antonin. p. 1. *tit.* 8. *capit.* 3.

D. Th. in Gen. cap. 1.

Bernar. Bustos, Serm. 6. *de Concept.*

36 Cum enim Maria Concepta esset in tempore cum puritate illa à Deo ideata, & decretata, fuit transitus per viam veritatis, ut sepeliretur peccatum originale in Conceptione Virginis Mariæ. Sed ubi ostenditur via misericordiæ? Evangelistas consideremus, ut utramque viam inveniamus.

Luc. 16. *Prover.* 31.

37 Matthæus narrat ascendentes Mariæ, & Christi; sed Adamum non nominat, iu-

Matth. 1.

UVA. BHSC. BV 08453

incipit ab Abrahamo,& descendit usque ad Mariam, & Christum: *Mariæ, de qua natus est Jesus.* Lucas reffert Historiam, sed ordine opposito: incipit enim à Christo, & Maria, & ascendit usque ad Adamum, & usque ad Deum: *Qui fuit Adam, qui fuit Dei.* Mysterium judicat Idiota, Matthęum silerè Adamum, ad puritatem Mariæ: *Cum Matthæus expressit Mariam, oblitus est Adam: è contrario verò Lucas: ergò dormiebat Adam, ne communi labe, communem Matrem viventium coinquinaret.* Mysterium intelligamus. Matthæus, Adamum tacuit, quia cum retulit generationem per ascendentes, descendentes secundum naturam, & fuit Maria ante Adamum ideata, & decretata cum omni plenitudine gratiæ, ne judicaretur, quod ex Adamo descendebat cum lege peccati, sed cum conformitate ad ideam ipsius Mariæ, & à Deo factam independenter ab Adamo, ita historiavit Matthæus conformiter ad veritatem, fuisse in Conceptione, nempè, juxta mentem Divinam.

Lucæ 1.

Idiota de M.V. contẽpl.

38 Cum enim Lucas narravit incipiens à Christo, & Maria, & ascendens, pervenit, & numeravit usque ad Adamum, & ipsum Deum; quia cum Maria fuit principium, quo executa est misericordia cum hominibus, miseria culpæ remedium invenit, & omnis descendentia Adami restituta est, ipseque Adamus ad principium, undè exierat, nempè ad Deum, ideò memoravit Adamum, quia nobilitatem Mariæ narravit per viam misericordiæ.

39 Etenim gratia Marię in Conceptione consideratur, vel ut conformis ideæ ab æterno à Deo factæ, vel ut principium beneficij humanæ naturæ, & per quam miseria culpę remedium invenit. Secundum priorem respectum, executio fuit veritatis, in conformitate Conceptionis Mariæ cum mente Divina. Per hanc viam Matthæus narravit.

40 Secundum alium respectum, gratia Conceptionis Virginis, principium fuit remedij hominum, quo Adamus, & ab eo descendentes ad Deum reddirent, & quo misericordia exerceretur. Ideò narrat Lucas à Maria, & ascendit usque ad Adamum, & Deum, quia per viam misericordiæ narravit. Hoc est mysterium contrarietatis in duplici Evangelista, quia cum in

UVA. BHSC. BU 08453

Conceptione Mariæ peccatum originale mortuum est, & disposuit funerale, providit Deus transisse per viam duplicem, nempè misericordiæ, & veritatis, & à quolibet Evangelista quælibet via narrata est.

41 Nunc intelligo quod
Ps. 84. David dixit: *Quod misericordia, & veritas obviaverunt sibi.* Quia in Conceptione Virginis Mariæ, per has vias ambulaverunt ad sepeliendum originale peccatum; sed obviæ interse, ut ab Evangelistis refferuntur: A Matthæo, via veritatis descendens, & à Luca, via misericordiæ ascendens. In via veritatis, proceditur à Dei idea usque ad Mariam, quæ ideæ conformis Concepta est. In via misericordiæ, à Maria proceditur usque ad Deum ascendens, quia gratia Virginis principium fuit hominem reddere ad Deum; sic enim obviæ fuerunt hæ viæ, quibus funerale originalis culpæ in Conceptione Virginis ductum fuit: *Obviaverunt sibi.* Ipsa Virgo sic explicat discursum.

42 Ideata enim fui
Prover. 8. (ait Maria in Proverbijs) ante permissionem peccati: *Nondum erant abyssi, & ego jam Concepta eram.* Sed Deus possedit me in initio viarum suarum: *Dominus possedit me in initio viarum suarum.* Dictum manet cum Propheta omnes vias Domini esse veritatem, & misericordiam; etenim in principio ipsarum fuit Virgo Maria propria Dei possessio: *Dominus possedit me, &c.* In principio veritatis; quia illam ideavit, & decrevit, ut in tempore fieret conformis. In principio misericordiæ; quia licèt permissio peccati, tunc non esset prævisa, neque hominis miseria; sed cum contingens esset hominem peccasse: & si ita fieret, gratia Mariæ in Conceptione, foret principium exercendi misericordiam cum homine; ideò ait possessam fuisse à Deo in initio viarum suarum. Cum enim postea decrevit Deus permissionem peccati in Adamo, & filijs ejus; decrevit, quòd gratia Mariæ in Conceptione, quæ fienda erat veritati conformis, principium esset exercendi misericordiam cum homine, reddens illum ad Deum. Sic processit funerale peccati in Conceptionè Virginis, quia Concepta Maria Dei possessio, secundum veritatem ideæ Divinæ ante peccati permissionem, homini stabilita fuit libertas, & misericordia.

Lo-

UVA. BHSC. BU 08453

43 Loquitur Deus Jeremiæ, & ait: *Ecce ego dabo Civitatem istam in manu Regis Babylonis.* Agrum ante captivitatem eme pondere argenti: *Eme agrum hunc, argento.* Si enim Civitas tota in captivitatem deveniendа est, (ait Propheta) ad quid antea agrum emam? *Ecce, data est urbs in manu Regis Babylonis, & tu dicis mihi, eme agrum argento?* Agrum eme, ait Deus: *Eme agrum.* Hæc enim emptio antecedens (ait Hugo Cardinalis) fuit, ut hæc possessio Dei, illius agri signum foret libertatis postea habendæ à Civitate: *In signum futuræ liberationis, ut hac emptione prædiceret futuram à captivitate liberationem.*

Jerem. 32.

Hug. hic

44 Providentia Dei attendatur. Decrevit Mariam ante Adami peccatum: *Nondum erant abyssi, &c.* possessio propria Dei fuit in initio viarum suarum: *Dominus possedit me, &c.* prævidit peccatum Adami, & omnium descendentium captivitatem. Decrevit Verbum venisse in carne passibili, ut redimeret homines, & ut redemptionem certam faceret homini, licèt Maria erat ideata, & decretata cum omni sanctitate, & puritate, veluti de novo empta fuit per merita Christi passibilis prævisa, ante existentiam Adami, & captivitatem in executione descendentium, veluti in signum misericordiæ, & libertatis, quam operativus erat cum hominibus: *In signum futuræ liberationis.*

45 Cum enim quando Maria Concepta fuit in executione, conformiter ad primam ideam fuit, & secundum veritatem, & secundum aliam determinationem post permissionem peccati, quod gratia Conceptionis Virginis principium foret libertatis à hominum miseria, fuit juxta misericordiam. Ita in Conceptione Virginis processit funerale originalis peccati per viam duplicem, misericordiæ quidem, & veritatis.

46 Fortè in unico textu, totus comprehenditur discursus. Ait Maria in Ecclesiastico, quòd ex ore Dei exivit, utì primogenita ante omnem creaturam: *Ego ex ore altissimi prodivi ante omnem creaturam.* Hæc enim idea fuit, decretumque de gratia Mariæ, a Deo factum, antequam aliam puram creaturam decerneret. Amplius ait Maria, se feciſſe lumen indeficiens oriri: *Ego feci,*

Ecclesiastici 24.

UVA. BHSC. BU 08453

ut oriretur lumen indeficiens. Hoc fuit dignitas maternitatis Dei. Transiens ait, ipsam solam perfeciſſe circulum Cœli: *Gyrum Cœli circuivi sola.* Circulum istum perfecit in Conceptione per duplicem viam misericordiæ, & veritatis. Notate modum.

47 Ex ore ipsius Dei exivit in Conceptione formata, utì primogenita: *Ex ore altissimi, &c.* Utì Mater Dei dedit mundo lucem indeficientem: *Feci ut oriretur, &c.* Exivit Maria conformis ideæ Dei in æternitate. Videte viam veritatis. Homo exierat ex ore Dei, undè vitam accepit: *Inspiravit in faciem ejus inspiraculum vitæ.* Deviavit homo per peccatum à rectitudine ordinata à Deo. Cum enim Maria per gratiam Conceptionis, fuit initium misericordię, qua homo reddidit ad Deum, undè exierat; ideò ait Maria, ipsam solam perfeciſſe Cœli circulum: *Gyrum Cœli, &c.* Quia exivit de ore Dei conformis ideæ per viam veritatis, & reddidit ad os ipsius Dei, hominem reddens ad ipsum os, undè exierat, per viam misericordiæ, homines ad suum principium restituens; sicque circulum perfecit: *Gyrum Cœli, &c.*

48 Circulum hunc efficiunt duo Evangelistæ in narratione genealogica Mariæ, alius descendens per viam veritatis, & ascendens alius per viam misericordiæ à Maria usque ad Deum, ubi homines reduxit per ipsam viam. Si enim viæ Domini ad has reducuntur; veritatis, nempè, & misericordiæ: *Universæ viæ Domini misericordia, & veritas.* Per has vias processit funerale peccati originalis mortui in Conceptione Mariæ, ut sepulturæ traderetur.

49 Hoc est mysterium symboli, ubi duplex via ostenditur, & litteræ intelligentia: *In vijs ejus ambulaverunt.* Quod per vias Dei ductum fuit, nempè, misericordiæ, & veritatis; quia in tempore Concepta est Maria conformis ideæ, à Deo ab æterno factæ; & quia Mariæ gratia principium fuit exercendi misericordiam, reddendo homines ad statum gratiæ, &c.

Ad quam,
&c.

UVA. BHSC. BU 08453

ORATIO QUINTA

DE CONCEPTIONE

B. VIRGINIS MARIÆ.

Beatus Venter, qui te portavit. Lucæ cap. 11.

1 STRENAS peto à mortalibus, quia hæc dies nuntij læti est. Dies in qua notificantur fęlicitates nostræ. Exprimant corda nostra gaudia; quia si ad Auroræ conceptum, Evangelizatur ab avibus accessus Solis: ut clarior efformetur dies, cum Maria concipitur, quæ melior Aurora est, nobis promittitur cum destructione umbrarum culpæ, dies clarissimus gratiæ. Taceant longissimæ spei quærellę, illęque continuatę interrogationes, quod quando nox finem haberet: *Custos, quid de nocte?* Prophetarum Antiquorum clamores in silentium veniant, quia jam concipitur creatura pulchrior, quæ nostrarum fœliciratum fœlix nuntium adest, Stella accessum melioris diei nuntians, & quæ viam aperiet, ut Deus ad homines descendat.

Isaiæ 21.

2 Dormiebat Jacob ex somni oppressione ob de fatigationem longioris viæ. Sed cum dormiebat magis, in somno manifestata est ei Scala plena mysterijs: *Vidit in somnis Scalam.* Deum in superiori gradu vidit: *Dominum innixum Scalæ.* Angelos faciliter ascendentes, & descendentes. Cur ergò non ascendit Jacob? Dormiebat gravi somno: *Dormivit in eodem loco.* Prius descendet Deus, ut ascendat Jacob.

Genes. 28.

3 Humanum genus, signabat Jacob, quod dormivit per tot sæcula in somno peccati, & ut à somno suscitetur, & ascendat; prius descensurus est Deus. Sed jam proximus Deus est, cum Scala, per quam descendat, appareat: *Scalam vidit.*

Scala

UVA. BHSC. BU 08453

Scala ſtans abſque caſu: *Scalam ſtantem.* Mariam, nempè, quæ Scala firma ſemper fuit, quin aliquando primum peccatum deprimeret. Si enim tam firma Scala adeſt, Deus deſcendet ad homines, ut remedium præſtet: *Dominum innixum Scalæ.* Sic Damianus diſcurrit: *Scala Cœleſtis, per quam ſupremus Rex humiliatus ad ima deſcendit, & homo, qui proſtratus jacebat, ad ſuprema exaltatus aſcendit.*

Damia. ſerm. de Nativ. Mariæ.

4 Si enim Deus non deſcendit jam, ex eo eſt, quia Scala firma non adfuit, omnes enim cauſæ per culpam fuerunt; ſed dum concipitur Virgo Maria firmata cum plenitudine gratiæ; jam adeſt Scala, per quam deſcendat. Hanc aſpiciebat per Jacob humanum genus in illo ſomno gravi culpæ, Mariam à culpa exemptam: *Scalam ſtantem.* Hoc myſterium, quod eſt devotionis delitiæ, & venerationis occupatio, hodie celebratur. Sed ſtatim occurrit dubitatio. Si vox in Evangelio, puritatem Mariæ in ſua Conceptione laudat, cur ſolum ventris fœlicitatem præconat, veluti Dei Matris? *Beatus Venter, qui te portavit.* Notate nunc.

5 Omnes gratiæ, & privilegia Mariæ à Deo conceſſa, ex intuitu dignitatis maternitatis Divini Verbi, fuerunt decretata ipſi; ideo quando apparuit in Cœlo, repræſentata eſt fœcundata utero: *In utero habens,* & in capite ſtellis ornata: *In capite ejus Corona ſtellarum duodecim*; utì Dei Mater, omnibus gratijs, & privilegijs, ornari debuit: *Id eſt, omnibus gratijs, & donis, & virtutibus inſignita, & decorata*: ait Fulgentius. Ut enim quodlibet privilegium bene laudetur in Maria, per dignitatem Matris Dei melius fiet. Jam intelligetur non fuiſſe elogium in Evangelio extra Chorum, laudare Virginis gratiam in Conceptione, ex quo ejus uterus deſtinatus, decretatuſque fuit primus Tronus, Tabernaculum, & primum reclinatorium Verbi Divini: *Beatus venter.*

Apocalypſi 12

S. Fulgent.

6 Rationem adducam, ut ideam aſſumpti proponam. Ut Maria eſſet primum reclinatorium Verbi uniti carni, primum eſſe humanum in utero illi tribuens, concipi debuit exemptione ſervitutis à tributo communi culpæ originalis; & in Conceptione peccatum deſinere eſſe per gratiæ efficacis prævention em: ergo excla-

UVA. BHSC. BV 08453

clamans vox Evangelicæ mulieris, ventrem fœlicem, uti ſolium primum Verbi incarnati; ſupponitur cum dignitate exemptionis à culpa, dignitati maternitatis anexa: illatio abſque dubitatione eſſe debet, cum ſit antecedens Matri Dei connaturale; ergo Conceptio Mariæ in gratia laudatur in Evangelio uaturali ſuppoſitione ad dignitatem maternitatis.

7 Suppoſito enim laudare Virginis Conceptionem, dum uterum fœlicem laudat; & quod ad fœlicitatem ventris, mortuum peccatum originale in Mariæ Conceptione conſiderare debuit; videamus quomodo in utero Virginis continebatur culpa originalis mortua. Vidimus pompam funeralem cum circunſtantijs potioribus. Nunc deeſt ſepulchrum tali cadaveri proportionatum. Si enim uterus Virginis laudatur in Evangelio veluti fœlicitate plenus; idem uterus deſerviet ad propoſitum. Prius in ſtemmate virginalis nobilitatis ſymbolum invenire deſidero; ſi adſit auxilium gratiæ, &c.

Beatus Venter, qui te portavit. Lucæ cap. 11.

8 INter hieroglyphica ſcuti virginalis nobilitatis, oſtenditur ſymbolum quoddã mirabile. Videtur ſepulchrum omni pretio, & dexteritate elaboratum, lapidibus pretioſis ornatum, in quo continetur cadaver, & hæc littera ex Iſaia deſumpta: *Erit ſepulchrum ejus glorioſum*: ex ipſo ſepulchro clauſo, oritur lilium pulcherrimum, quod in foliorum candore, exprimit ſuam ſpecioſitatem, effundit fragrantiam ſuaviſsimam; cum hac littera ex Eccleſia deſumpta: *Unde mors oriebatur, inde vita reſurgeret*. Hoc ſymbolum eſt, & hunc intelligentia ejus.

Iſaias. 11.

Expręfati de Cruce.

9 Sepulchrum pretioſum, venter Virginis Mariæ eſt, ubi peccatum originale fuit ſepultum in ipſius Conceptione; quia ſi culpæ originali, venter Virginis, fuit ignominioſus: ipſi Virgini fuit maximè glorioſus. Hoc exprimit littera: *Erit ſepulchrum ejus glorioſum.* Lilium è ſepulchro egrediens, Verbum Divinum eſt, homo factum, & ex Virginis utero ortum ex ipſo ſepulchro culpæ, ex ipſaque morte,

UVA. BHSC. BU 08453

te, medicina, vitaque oriens. Littera ita declarat : *Unde mors oriebatur , inde vita resurgeret.* Hoc est symboli mysterium , & symbolum mysterij. Ad cujus explanationem transit discursus.

§. I.

10 PRimum in symbolo, pretiosum sepulchrum est, ubi cadaver recluditur , & hæc littera ex Isaia desumpta : *Erit sepulchrum ejus glorioſum.* Uterus Virginis à voce Evangelica celebratus, ut sepulchrum illud , ubi peccatum originale , quod in Conceptione Mariæ mortuum est, fuit sepultum.

11 Statim enim occurrit dubitatio. Si peccatum originale , est indignissima res honoris , ignominiosissimaque; & Maria est pura creatura, nobilior , & excellentior omnibus alijs à Deo creatis , & ita culpæ originali magis extranea ; quomodo ergo venter Viginis erit sepulchrum peccato? Inevitabilis est difficultas ; sed idem à quo oritur , pro satisfactione abducendum est. Nam, si Beata Virgo magis aliena , extraneaque, est culpæ originali, quamvis nobilior sit creatura , est ipsi culpæ propriſsimum sepulchrum suæ ignominiæ.

12 Communis ansietas fuit Antiquorum Patriarcharum , quod sepelirentur in proprio sepulchro. Licet Patriarcha Jacob , à Canaam multũ distaret uti in Ægypto ; postulavit à filijs suis (dum esset morti proximus) quòd ossa sua sepelirentur in proprio sepulchro ascendentium : *Sepelite me cum Patribus meis in spelunca duplici in agro Ephron Hethæo.* Ignominiosum judicabat sepulchrum extraneum, licet nobilius esset. *Genes. 49.*

13 Manifestum fuit in Patriarcha Abraham. Mortua fuit Sara ipsius sponsa in Civitate Abec, in terra Canaam , ubi Abrahamus , & Sara peregrini erant. Sic ipse dixit : *Advena sum , & peregrinus apud vos.* Postulavit , sponsæ mortuæ, sepulchrum: *Date mihi jus sepulchri , ut sepeliam mortuum meum.* Obtulerunt sepulchra honorabiliora : *In electis sepulchris nostris, sepeli mortuum tuum.* Ipse Ephron agri Dominus, obtulit liberaliter : *Agrum trado tibi, & speluncam quæ in agro est.* Sed quid Abrahamus? Noluit sepulchrum extraneum, nec nobilius , licet gratiosè oblatum ; quia videbat non *Idē 23.*

pro-

UVA. BHSC. BV 08453

proprium, ſed extraneum: *Date mihi jus ſepulchri.* Volebat proprium ſibi, ejus ſponſæ, & deſcendentibus: *Pecunia digna tradat eam mihi in poſſeſsionem ſepulchri.* Etenim ſepulchrum emit Abraham pretio taxato; & poſſeſsione ſumpta, textus notat, quòd ita, nempè, ſuum in poſſeſsione habens, ſponſam ſepelivit in proprio ſepulchro: *Atque ita ſepelivit Abraham Saram ſponſam ſuam.*

14 Extraneum, & peregrinum in terra Canaam conſideravit ſe Abrahamus cum ſponſa mortua: *Advena ſum, & peregrinus*, ſed noluit eam ſepelire, velutì extraneam, & peregrinam; ideo noluit ſepulchrum gratiosè oblatum, quia licet illuſtrius foret, dum extraneum maneret, ignominioſum putabat; proprium fecit, ne cadaver ignominiosè ſepeliretur in ſepulchro extraneo ſibi: *Atque ita ſepelivit.*

15 Verum eſt enim, Mariam fuiſſe creaturam nobiliorem à Divina potentia creatam; eſſeque magis extraneam peccato originali; ideò ipſa eſt peccato ſepulchrum ignobilius; quia peccatum fuit Mariæ magis extraneum, & peregrinum. Ex eo enim apretiata fuit Virgo in Conceptione maximo pretio ad ejus formationem, ut fieret peccati originalis ſepulchrum.

16 Ad decernendum Principes Sacerdotum, quid faciendum de argenteis traditis Judæ pro Chriſti traditione; & à Juda redditis; convenerunt; & inito conſilio, ex illis agrum ad ſepulturam peregrinorum emerunt: *Conſilio autem inito, emerunt ex illis agrum figuli in ſepulturam peregrinorum.* Etenim providentia Divina ordinavit, quòd ex pretio ſanguinis Chriſti ſepulchrum emeretur ad extraneos, & peregrinos ſepeliendos. Notat textus, quòd ager ille erat poſſeſsio, & proprietas figuli: *Agrum figuli*: Myſterium notate. *Matth. 27.*

17 Paulus ad Romanos ſcribens, Deum comparat figulo; quia ſicut hic ex eadem maſſa, alia efficit vaſa ad honorem, & ad contumeliam alia; ſic Deus ex eademmet maſſa naturæ, alia vaſa effecit honoris, & ignominiæ alia; illa cum efficacia gratiæ; & iſta abſque injuſtitia: *An non habet poteſtatem figulus ex eadem maſſa facere aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam?* Indubitabile enim *Romanos 9.*

UVA. BHSC. BU 08453

enim eſt Mariam ſecundum eſſe, campum perfecti Dominij Dei fuiſſe; qui utì Creator univerſalis, Dominium habet omnium rerum; ſed ſpecialiter habuit Dominium Mariæ ante quam decerneret alias creaturas. Sic ipſa in Proverbijs teſtatur: *Dominus poſſedit me antequam quidquam faceret à principio*: Decrevit enim eam, utì agrum proprium delitiarum ſuarum. Etiam eſt indubitabile, agrum hunc, Mariam, nempè, emptam fuiſſe pretio ſanguinis Chriſti. Sic Eccleſia dicit: *Ex morte ejuſdem filij ſui eam ab omni labe præſervaſti.* Dixi alibi: quando, & in quo ſigno facta eſt hæc emptio, ſive redemptio per ſanguinem Chriſti; & quod antea decretata fuerat cum plenitudine gratiæ; hoc fuit, cum poſſeſsio Dei facta eſt, ante futuritionem aliarum creaturarum; ſi enim poſſeſsio Dei erat antea Maria; ab ipſo Deo, fuit à Chriſto empta cum ſanguinis pretio.

Prover. cap. 8.

Ex Orat in Offic. Cõcept. Ordin.

18 Peccatum originale fuit extraneum humanæ naturæ in primo eſſe Creationis; quia creata fuit à Deo cum originali juſtitia, ut in poſteros tranſcenderet; ſed Adami tranſgreſsione, factum fuit proprium naturæ; & licet ita eſſet, Mariæ ſemper alienum, & extraneum fuit; cum abſtraheretur Virgo ab ejus juriſdictione. Hoc myſterium fuit, quòd Maria empta pretio ſanguinis Chriſti fuit, ut fieret ſepulchrum peccati originalis, utì extranej, & peregrini; veluti ager ille à Principibus Sacerdotum emptus: *Emerunt ex illis, &c.*

19 Ad textum redire judico, ut melius intelligatur, quomodo ager Mariæ emptus fuit in Conceptione, ut fieret ſepulchrum originalis peccati. Quando emptus fuit ager ille Hacèldama pretio ſanguinis Chriſti ad ſepulturam peregrinorum? Evangeliſta hoc ordine refert factum: Quòd primò, *Principes Sacerdotum injerunt conſilium, ut Chriſtum morti tradderent*, quem apprehenſum, duxerunt ad Pilatum, & videns Judas Chriſtum apprehenſum, pœnitens de traditione, projecit triginta argenteos in Templo; & ex illis emerunt agrum. Totum hoc, refertur ante effuſionem ſanguinis Chriſti: poſteaq̃, ager adſepulturam peregrinorum, fuit emptus, pretio ſanguinis Chriſti, ante effuſionem ſanguinis in executione, & poſt decretum mortis in

Matth. 27.

Con-

UVA. BHSC. BU 08453

Consilio: ex Historia Evangelica infertur.

20 Quando enim fuit empta Maria pretio sanguinis Christi, ut in gratia conciperetur? Antequam Christus in executione moreretur, nec sanguis ejus fluxisset, & post decretum mortis in Divino Consilio, ex quo fuit statim applicatum ad Mariæ emptionem: *Ex morte ejusdem filij sui prævisa, &c.* Hoc mysterium fuit exemptionis, & emptionis Mariæ illo pretio sanguinis, ut libera à culpa, foret sepulchrum peccati mortui, utì extranei, & peregrini: *Emerunt ex illis, &c.*

21 Adhùc proprior conceptus ad Cõceptionis mysterium, non est apertus. Quid enim judicavere Principes Sacerdotum circa argenteos, qui fuerunt pretium sanguinis Christi? Non licere in comunmi Arca Templi ingredi, quamvis egressi ab illa fuerunt: *Non licèt eos mittere in corbonam*, & ratione reddita, ex eo fuit, pretium fuisse sanguinis: *Quia pretium sanguinis est.* Consilium injerunt, & convenerunt in emptione agri ad sepulturam peregrinorum: *Consilio inito emerunt ex illis, &c.* Videbitur casualitas, & est mysterium.

22 Fuit enim ille numus sanguinis Christi pretium, judicatum equivalens à Principibus Sacerdotum: *Pretium appretiatum, quem appretiaverunt.* Arca Templi habebat thesauros ad subsidium communeHebræorum, non verò Gentilium, & si ad subsidium Gentilium, non tamen erat applicatio facta specialiter ad sepulturam peregrinorum. Quid enim fecerunt? Quamvis pretium illud ex communi thesauro egressum fuerat, non confunderunt aliter cum illis, sed facta speciali applicatione, nempè agrum emere, separatum relinquentes ab alijs, ad sepulturam peregrinorum: *Emerunt ex illis, &c.* Nunc ad mysterium.

23 Christus fuit Arca, ubi thesauriçata sunt merita, & thesauri omnibus communia. Sanguis ejus, morsque pretium ad subsidium, & redemptionem omnium fuerunt, & ad merendam gratiam omnibus. Hoc commune omnibus fuit filijs Adæ, ad redemptionem sublevativam, & aliàs absque applicatione speciali. Peccatum enim originale, veluti alienis, peregrinum, & extraneum naturæ humanæ, non participabat applicationem illius pretij. Quid enim Deus fecit?

Pro-

UVA. BHSC. BU 08453

Providentia ſpeciali extraxit illa merita, & theſauros Chriſti ab univerſali applicatione, applicuit particulariter, redemptionem quandam fecit extra communem, emptionem, nempè, quæ redemptio præſervativa fuit, nempè Mariam, illam à legibus communibus excludens, & cum peccatum non participaſſet de ſubſidijs cõmunibus, deſtinatus fuit ager Mariæ per particularem applicationem, ut illius ſepulchrum foret, utì magis peregrini, & extranei: *Emerunt ex illis, &c.*

24 Ex hac ſpeciali applicatione ſanguinis Chriſti ad emptionem agri Mariæ, à communibus legibus, eam excludens, ut ſepulchrum eſſet peccati originalis, in textu invenio particularem circunſtantiam Conceptionis Mariæ. Quòd magis pretij fuit hic ager myſterioſus, & hoc ſepulchrum, quam omnis emptio redemptionis hominum.

25 Triginta argenteos traddiderunt pro Chriſto:
Matth. 26. *Conſtituerunt ei triginta argenteos.* Fuit pretium equivalens ad emptionem, ut conſilium judicavit: *Pretium appretiati, quem appretiaverunt.* Quod fuit pretium agri? Triginta idem argenteis: *Emerunt ex illis, &c.* Sed cum hac differentia, quod quando emptus fuit ager ad ſepulturam peregrinorum, jam argentei valorem elevatum habebant, & majorem æſtimationem. Pretium enim proprium, & ultra, pretium ſanguinis Chriſti eſſe: *Pretium ſanguinis eſt.* Etenim ad emendum ſanguinem Chriſti, ſolus valor argentorum ſufficit, & ad emendum agrum ad ſepulturam, auctus fuit valor pretij ſanguinis Chriſti: fuit enim, quòd ſanguis Chriſti ad communem, & ſublevativam redemptionem, pro pretio habuit Mariæ Conceptionem, & Conceptio Mariæ, utì ſepulchrum peccati, idem pretium habuit, & Chriſti ſanguinem ſpeciali applicatione. *Ibi* 27.

26 Cur triginta argentei appretiati ſunt pretium equivalens ſanguine Chriſti? Fuit ratione materiæ, vel ratione formæ? Per materiæ intrinſecam rationem non potuit eſſe; quia multum inferior ad equivalentiam cum ſanguine Chriſti debebat exiſtimari. Ex forma, ſivè figura, valorem ſumpſerunt. Ait Orozcus, quod ex una parte monetæ, habebant roſam delineatam, & ex alia, ſolem pulcherrimum. Hæ enim *Orozcus lib.* 1. *emblemat. cap.* 12.

UVA. BHSC. BV 08453

enim imagines dederunt argenteis æstimationem, ut pretium equivalens sanguinis Christi essent. Nunc inquiro: Sol non exprimit Conceptionem Mariæ? Eam vidit Joannes in hoc mysterio vestitam Sole: *Amicta Sole*. Sic laudata fuit ab Angelis in Conceptione, dum ad esse progressa est: *Progreditur electa ut Sol*. Rosa symbolum proprium est, hujus mysterij. Sic celebratur à Sponso: *Sicut Lilium inter spinas, sic amica mea*. Quia inter spinas aliorum filiorum Adæ, fuit, sicut Rosa plantata, in Conceptione: *Quasi plantatio Rosæ*; quia ex natura, gratiæ, sterili, sicut Rosa, formata est Maria. Etenim ita clarescit, quòd Mariæ puritas in Conceptione dedit equivalentiam pretij argenteis ad sanguinem Christi.

Apocal. 12.

Cantic. 6.

Ecclesiastici 24.

27 Et quod pretium fuit datum ad emptionem campi? Ijdem argentei; sed adaucto valore, pretium fuisse sanguinis Christi: *Pretium sanguinis est:::: emerunt ex illis agrum*. Fuit enim mysterium Conceptionis Mariæ ad sepulchrum esse peccati originalis magis æstimatum in pretio, quam Christi sanguis fuit ad communem redemptionem. Ne judicetur hoc, imaginatio voluntaria. Mysteria considerentur.

28 A quo sanguis Christi sumptus habuit, ut pro redemptione hominum funderetur? A Maria Virgine, quæ sine viri concursu eum generavit. Quis congruitatem obtulit, ut Deus homo fieret? Maria, quia cum in gratia concepta fuisset, digna Mater constituta est, ut tribueret carnem, & sanguinem Divino Verbo, quo satisfacere posset. Et à quo sumptum desumpsit Conceptio Virginis Mariæ? A sanguine Christi prævisa: *Ex morte filij prævisa, eam ab omni labe præservasti*, dicit Ecclesia. Sanguis Christi ex se appretiabilis fuit, quia ex Maria desumptus. Hoc fuit pretium argentorum cum imaginibus Rosæ, & Solis. Deinde elevatus fuit in valore sanguis, quia Christi verbo uniti. Hoc fuit habere mysteriũ Conceptionis sumptum, duplici pretio integratum, ad hoc ut fuisset sepulchrum originalis peccati, nempè, ex ipsius Virginis dignitate, & Christi elevatione, & suprà sumptum sanguinis ad redemptionem cõmunem applicatum: *Emerunt ex illis, &c.* Sic Divina providentia formavit

UVA. BHSC. BU 08453

Mariam in Conceptione, ut esset peccati originalis sepulchrum, & uti ex illius gratia illi advenit mors, ex ipsa Virgine, uti sepulchro, illi consummatio adveniret.

29 Loquitur Oseas in persona Christi, & dicit, quòd mortis erit mors: *Ero mors tua, ò mors!* Et quòd illam deglutiet: *Morsus tuus ero inferne.* Apostolus Petrus ait, quòd mortem deglutivit Christus, ut faceret homines hæredes vitæ: *Deglutiens mortem, ut vitæ æternæ hæredes efficeremur.* Quòd deglutivit, ut illam consumeret; quia cum Christus, qui vitam per essentiam habet unitam, majorem contrarietatem mortis haberet, eam morte affecit: *Ero mors tua*, & ut consumens, finiret, deglutivit eam ad viscera transiens: *Deglutiens, &c.*

Oseas 13.

1. Petri 3.

30 Maria demit vitam à peccato originali, quando fuit concepta. Non enim fuit in pura creatura major contrarietas peccati, quam in gratia Mariæ, ut enim peccatum mortuum omninò destrueretur, & consummeretur, in ventre Virginis sepultum fuit. Ideò vox Evangelica ventrem Mariæ fœlicem proclamavit: *Beatus Venter.* Quia sepulchrum peccati contemplavit, ubi ex vigore gratiæ, undequaque consumptum est, quod fuit maxima Mariæ gloria. Hoc exprimit symbolum in scuto gravatum, nempè sepulchrum littera ornatum: *Erit sepulchrum ejus gloriosum.*

Ex Præfat. de Cruce.

§. II.

31 QUod amplius in symbolo videtur, lilium pulchrum est, quod è sepulchro oritur, in foliis suis aspectum delectabilem, & in fragrantia suavitatem odoris exprimens, & littera desumpta ex Ecclesia: *Unde mors oriebatur, inde vita resurgit.* Lilium exprimit Verbum Divinum humanatum. Sic appellatur in Canticis: *Ego flos Campi, & lilium convallium.* Sic vox Evangelica, ventrem Virgineum fœlicem celebravit, veluti culpæ originalis sepulchrum, & veluti orientem Verbi Incarnati: *Qui te portavit.* Quia dum sepulchrum originalis peccati fuit uterus virgineus in Conceptione, omni gratia formatus, thalamus proprior, ad Verbi Conceptionem, agerque fœcundior ad productionem lilij Verbi Divini, fuit.

Cantic. 2.

32 Notare correlationem,

UVA. BHSC. BU 08453

nem, quam in Maria formant esse in gratia conceptam, & Matrem Dei esse. Dignitas maternitatis, finis fuit privilegij Conceptionis in gratia, & exemptionis à culpa, aliorumque donorum in illo instanti. Conceptio in gratia fuit principium, quo fuit facta digna excellentiæ Matris Dei, & aliorum privilegiorum.

33 Diffetentiam correlationum audite. Dignitas maternitatis, veluti decreta-ta, non verò exercita finis fuit, & motivum; quia dum Verbum non concepit, non fuit Mater in executione: Conceptio Virginis executa, principium fuit, dignam Matrem efficiens. Cum enim primum privilegium Mariæ in executione fuit, in esse exercito dignam constituit aliorum privilegiorum posteriorum. Quo enim Maria in Conceptione sepulchrum fuit culpæ originalis, & ubi peccatum finivit; Venter ejus proprior fuit ad concipiendum Verbum Divinum, & ad esse originem Dei hominis.

34 Loquitur Divinus Spiritus in Proverbijs. Dicit enim, quod Divinum Verbum Domum ędificavit sibi: *Sapientia ędificavit sibi Domum.* Hoc fuit, Mariam in Conceptione ad primam habitationem, formare. Dicit etiam in Sapientia: *Attingit à fine, usque ad finem: quæsivi Sponsam mihi eam assumere, & amator factus sum formæ illius.* Quòd Sponsam quæsivit, (ait) & ejus pulchritudine allectus, adamavit. Hæc Spiritus Sponsa, Maria fuit in Verbi Incarnationé. Sed ait, quòd Sapientia Incarnata: *Attingit à fine, usque ad finem.* Fuit enim incarnasse in utero Virginis, ubi culpa originalis finivit, veluti in sepulchro, & Deus homo factus fuit, quòd finis omnium mysteriorum fuit. Audiatur probatio hujus veritatis.

Prover. 9.

Sapiēt. 8.

35 Quid Gabriel dixit Danieli, cum ex parte Dei desiderijs Prophetæ respondit? *Septuaginta hebdomades abrebiatæ sunt, ut consummetur prævaricatio, & finem accipiat peccatum, & adducatur justitia sempiterna.* Quòd dies abrebiati sunt, ut finiretur peccatum, & mundo adduceretur sanctitas, & justitia. Peccatum originale in Maria finivit; quia in ejus Conceptione mortuum fuit, & in Maria sepultum, usque ad corruptionem, & ultimum finem ipsius. Justitia sempiterna, quæ addaucta fuit in

Daniel 9.

UVA. BHSC. BU 08453

mundo, Divinum Verbum fuit, quod factum est homo in ventre Virginis Mariæ. Ipsum Divinum Verbum factum homo, finis fuit mira-

Roman. 10. bilium Dei ad extra: *Finis Christus*, ait Paulus. Si enim in ventre Virginis peccatum, finem, & consumationem habuit, veluti in sepulchro, & in ventre ipso, finis se Deum hominem fieri effectus est, attingere fuit Verbum à fine, usque ad finem, esse secundum carnem habens ex ipso culpæ originalis sepulchro: *Attingit à fine, usque ad finem.* Venter enim Virginis Marię fuit ager dispositus, præparatusque tantum, ut ex illo originem duceret lilium illud Divini Verbi caro facti, ut mundo salutem hominum adduceret, quia in utero illo peccatum originale sepultum fuit.

36 Nunc intelligo clamores Isaiæ, dum petebat Deum fieri hominem, descendereque: *Rorate cœli desuper, & nubes pluant justum.* *Isaiæ 45.* Hoc petere, Divinum Verbum descendere, erat. Sed adhuc petebat, quòd terra aperiretur, & germinasset Salvatorem. Nonne Verbum divinum concipiendum non erat à Virgine, & pariendum? Jeremias prædixit, mysterium prædicando:

Fœmina circundavit virum. *Jerem. 31.* Quare Isaias non ait à muliere produci? Non nisi à terra (ait Propheta) *Aperiatur terra, & germinet Salvatorē.* Adhùc crescit difficultas. Idē Isaias petivit à Deo misisse agnū de petra: *Emite agnum, de petra Deserti.* Petra Maria foret (ait Albertus Magnus) quia veluti in Petram non derelinquit Serpens vestigium suum, sic nec in Maria, quæ in deserto mundi fuit, dereliquit culpa originalis vestigium: *Hæc est Petra super quam non est inventum vestigium colubri, id est diaboli.* *Albert. Magn. lib. 8. de Laudi Virgin. cap. 8.* Dicat enim Isaias producere Petram Verbum. Non ait nisi, quòd terra: *Aperiatur terra, &c.* Majus habet mysterium, quod apparet. Isaias petebat, quòd undè sepulchrum originalis culpę foret, inde Deus homo factus produceretur, & ideò petebat cætera produci.

37 In capite duodecimo Apocalypsis, ubi Maria in Conceptione ideata, & proposita, videtur Civibus Cœlestibus, & veluti Dei Mater, intelligetur Isaiæ petitio mysteriosa. Oppositionem fecit Draco ille, Mariæ: *Draco stetit ante mulierem:: persecutus est mulierem.* *Apocal. 12.* Non est verum, quod Draco pro-

je-

UVA. BHSC. BU 08453

jecit ex ore ſuo fluvium, ut Mariam, utì alios filios Adæ, ſuo ſubjugaret imperio? Ex textu conſtat: *Miſsit Draco poſt mulierem, ex ore ſuo aquam tanquam flumen, ut eam faceret trahi à flumine.* Et non eſt verum, quòd in terra ſepultum fuit flumen? Etiam affirmat littera: *Aperuit terra os ſuum, & abſorbuit flumen, quod miſerat Draco de ore ſuo.* Fluvius ille, qui culpa originalis erat, jam mortuus fuerat, cum in primo inſtanti, quo in Maria eſſe haberet. Vitam perdidit efficacia gratiæ, & cum Draco miſsit, fuit poſt primum eſſe Mariæ: *miſsit poſt mulierem.* Si enim terra eſt, ubi peccatum originale ſepultum fuit, quãvis Maria veluti Petra abſque veſtigio Serpentis, Verbum concipiat, veluti terra, ubi ſepulchrum habuit originale, Verbum Incarnatum producere debet: *Aperiatur terra, &c.*

38 Sed adhùc magis conſideretur. Quomodo Verbum appellat, produci à terra? Utì Salvatorem: *Germinet Salvatorem.* Quomodo ex petra? Utì Agnum: *Agnum de petra*, notetur differentia. Utì Agnus offerendus erat victima, ut pro hominibus ſatisfaceret; *Quaſi agnus ad victimam*, ut Jeremias dixit. Debuit eſſe ſine macula, ut figurativus: *Agnus abſque macula.* Ideò ex petra petitur à Propheta, nempè ex Maria, utì petra, ubi non relinquit Serpens veſtigium maculæ, undè arguitur Mariæ puritas: *Agnum de petra.* Veluti Salvator, ſalus, & medicina debuit eſſe ad ſananda vulnera, peccati. Etenim petat Iſaìas, quòd à terra producatur, quę ſepulchrum fuit culpæ originalis, ubi conſumptum fuit, & in cineres manſit cadaver peccati, ut de ipſius malitiæ cinere, medicina originem traheret.

Jerem. 51.

Exod. 12.

39 Aſſerit Lactantius, quòd de cinere viperæ, fit medicamentum ad ſanitatem venenoſi morſus ipſius. Certum eſt enim, plagam ſerpentium, adveniſſe Iſraelitis, & ex morſibus eorum plures mori. Certum tamen eſt, quòd ad ſanitatem, Moyſem ſerpentem erexiſſe, cujus aſpectu ſanabantur vulnerati. Sic liber Numeri: *Cum percuſi aſpicerent, ſanabantur.* Ut enim, eadem figura illius, cujus infirmitatem produxit, medicamentum ad ſalutem foret.

Lactan. apud Pierii Valer. fol. 117.

Numer. 21.

40 Etenim, ſi Iſaìas petit Deum hominem, veluti Salvatorem, ex terra produ-

UVA. BHSC. BU 08453

cendum, poſtulet; quia ſi terra fuit, ubi ſepultum eſt peccatum originale, & venter Virginis Mariæ, fuit terra illa in Conceptione, ex ipſis cineribus peccati mortui, & ejus ſepulchro, ſalus oriri debet: *Aperiatur terra, & germinet Salvatorem.* Hoc fuit meliorem vitam oriri ex ventre Virgineo, ubi ipſa mors ſepulta eſt, & Verbum concipi, undè mors culpæ, duplicata viſa eſt.

41 Virga illa Moyſis, arida erat, & ſine vita vegetativa, ſed in ſerpentem vivum, verſa eſt: *Verſa eſt in colubrum.* Reddidit ad eſſe virgam aridam, eſſe ſerpentis deſinens. Totum hoc certum eſt. Poſtea ſepulta fuit in Arca illa Teſtamenti virga illa, & quid accidit? Flores, & fructus produxit: *Invenit germinaſſe virgam.* Virga ex ſe ipſa arida, & ſerpentem eſſe deſinens, ſecundo mortua, culpa originalis eſt, quæ ſe ipſa mors eſt, & mortua per Mariam poſtea. Arca materiæ incorruptibilis Maria in Conceptione eſt. Chriſtus flos eſt, ut ipſe in Canticis: *Ego flos campi.* Videte etenim quomodo ex culpa, quæ ſe ipſa mors eſt, & mortua, ſepultaque fuit in Arca myſtica Virginis Mariæ, Verbum Divinum veluti flos productum fuit: *Flos de radice ejus.*

Exod. 4

42 Hoc eſt ſymboli myſterium, ubi lilium pulcherrimum videtur egrediens ex ſepulchro. Quia cum uterus Virginis ſepulchrum illud ſit culpæ originalis, & Chriſtus lilium ſalutiferum, ex ipſis cineribus, undè mors oriebatur, originem duxit lilium illud medicinale ad vitam hominum. Hæc eſt litteræ intelligentia: *Undè mors oriebatur, inde vita reſurgit.* Quia cum in Conceptione Mariæ ſuperabundavit gratia, tot myſteria celebrantur de ipſa Virgine in hoc dulciſsimo myſterio ad ejuſdem excellentiam, & gloriam, &c.

ORATIO

UVA. BHSC. BU 08453

ORATIO SEXTA

DE CONCEPTIONE

B. VIRGINIS MARIÆ.

Beatus Venter, qui te portavit. Lucæ cap. 11.

1 IN Mariæ conceptu, originale peccatum fuit mortuum. Vitam perdidit illud formidabile mõstruum in ultimo impetu, quẽ contra illam Cœleſtem Civitatem exercuit; quia præventam, ſtipatamque invenit protectione totius Divinæ Omnipotentiæ, & fœcunditate Divinæ gratiæ. Ejus funerale celebratum fuit omnibus principalioribus circunſtantijs, uſque ad collocationem illius in ſepulchro, quod Divina providentia præparavit. Si enim uterus Marianus fuit ſepulchrum, ubi peccatum originale fuit ſepultum, quia fuit conceptus abſque illo communi tributo, cum vox Evangelica narret illius purilsimi ventris fœlicitatem: *Beatus Venter*, cogitavi nondum finiſſe myſteria mortis originalis culpæ, quamvis in ſepulchro collocata. Hujus cogitationis ratio ſic fundatur.

2 Omnes circunſtantiæ mortis, funeriſque originalis peccati ſtiterunt in illo primo inſtanti, in quo concepta fuit Virgo Maria, uſque quo traditum fuit ſepulturæ; omnes enim fuerunt illius primæ gratiæ efectus. Quomodo ergò Evangelica vox, illius ventris fœlicitates, tot dies poſt illud primum inſtans, celebravit; ideò cogitavi, quòd poſt quàm peccatum originale fuit in ſepulchro collocatum, adhùc remanet Mariæ Conceptionem aliqua circunſtantia funerali, celebrare. Si enim in Eccleſia, antiquus mos fuit, & uſque nunc laudatus, funeralia honorifica, (quæ Hiſpanicè *honrras* appellantur) mortuis poſtquam ſepulturę traditi ſunt,

UVA. BHSC. BU 08453

facere. Judico hoc esse mysterium Evangelicæ vocis, ventrem Mariamum celebrantis fœlicem : *Beatus Venter.* Quia cum sepulchrum fuit originalis peccati, ibi funeralia honorifica exhibuit ante ipsum sepulchrum. Hoc assumptum erit hodierna die, funeralia honorifica facere originali peccato mortuo, sepultoque.

3 Ut autem assumptum stabiliam, supponendum est, quòd venter Virginis Mariæ, est liber scriptus characteribus, Divina gratia illuminatis : *Per librum, uterus Beatæ Virginis significatur. Continetur in hoc volumine plenitudo omnis gratiæ,* dixit Biverus. Quòd liber à Joanne in Apocalypsi visus, & per omnes partes scriptus, fuit Beata Virgo : *Maria est hic liber, quem vidit Joannes*: ait Ricardus. Quòd liber ab Ezechiele visus, idem ipse fuit, ac visus à Joanne, testantur Alcazar, & Cornelius Alapide. Etenim illius libri scripta, erant ideæ Conceptionis: *In libro scriptæ sunt ideæ, ideæ sunt Conceptionis, involutus, quia in mente Dei* : ait Cornelius.

Biver. in Apocalypsi.

Apocalyps. 5.

Ricard hic.

Ezech. 2.

Alcazar Cornel. ibi.

4 Ex quo infertur, quòd si Mariæ uterus est liber; si liber à Joanne visus, est Maria, & visus ab Ezechiele idem ipse, ac visus à Joanne, liber Ezechielis ex omni parte scriptus, Mariæ uterus est, & uterus Mariæ in Evangelio laudatus, est liber Ezechielis. Ex suppositis deducitur hoc, uti verum.

5 Sed quæ litteræ in illo volumine continebantur ? *Lamentationes, carmen, & væ* : ait Sacer textus. Aliæ litteræ exprimebant lamenta, & aliæ trophæa, & gaudia : *Lamentatio, melos, & væ* (ait Ambrosius) *duo tristia, & unum delectabile.* Et à quibus decantabantur illius libri litteræ ? Dixit Magnus Gregorius, quòd litteræ lætitiæ, & gaudij, canebantur dulcissima melodia à musicis cœlestibus, nempè, ab Angelis, & hominibus, & lamenta decantabantur à musicis Abyssi à principibus infernalibus, & perpetua infœlicitate viventibus : *Carmen Beatorum, væ damnatorum.* Ideò hoc discursu manuductus, ad efformandum hieroglyphicum assumpti, transibo.

Ambr. hic.

Gregor. Magn. hic.

6 In scuto nobilitatis Mariæ theatrum videtur; ubi duplex efformatur Chorus; quorum unus in superiori, & principaliori loco collo-

ca-

UVA. BHSC. BV 08453

catur; aliusque in inferiori loco resident. Qui in Choro superiori videntur; vestibus pulcherrimis coloris candidi, & rubicundi, ornantur. Qui vero in inferiori: vestibus nigri, & funesti coloris vestiti sunt; & ex omni parte tristitiam demonstrant. In centro illius theatri, & ante utrumlibet Chorum thronus collocatur, in quo sistitur liber coopertura pulcherrima, & argento, auro, lapidibusque pretiosis, ornatus; sed sigillis fortissimis signatus, & clausus; ubi hæc littera Apocalypsis gravatur: *Hic est liber signatus.* Videtur quidam potentiam, & majestatem ostentans, librumque sua dexteritate aperiens; apertoque volumine, Chorus primus, & superior decantat carmina lætitiæ, & gaudij; ubi hæc littera, ex Esdra desumpta, describitur: *Vociferantes in lætitia.* Deinde alius Chorus alternat decantando, sed vocibus tristitiæ, & funebri cantu; ubi littera hæc ex eodem Propheta deprompta, legitur: *Flentes voce magna.* Sic describitur hieroglyphicum, quod sic intelligitur.

Apocalyps. 5.

7 Primus, & superior Chorus formatur ex Angelis, & hominibus, qui vestibus lætitiæ, vocibusque dulcissimis celebrant funeralia honorifica peccati originalis mortui, & sepulturę traditi, gratiam Mariæ in Conceptione decantando, & propriam ipsorum fœlicitatem. Hoc exprimit littera, quæ ibi gravata videtur: *Vociferantes in lætitia.* Secundus Chorus, & inferior vestibus tristitiæ ornatus, efformatur ex Angelis rebellibus, & inferni principibus; hi, vocibus funestis, & tristibus decantant ipsorum ruinam, & sui imperij in peccati originalis morte per Mariæ gratiam in Conceptione. Hoc explicat littera ibi delineata: *Flentes voce magna.* Liber, ubi gravantur litteræ, quæ ab utroque Choro decantantur, venter Mariæ Virginis est. Cum enim mysteria Conceptionis Virginis celebrata, & occulta fuerunt, liber ille fuit signatus, usque quo à Christo fuit apertus, ut in funeralia honorifica originalis culpæ, Chori illi decantassent carmina, & litteras, in quibus si culpæ originalis mortem declamabant, Mariæ in Conceptione gratiam, & fortitudinem celebrabant. *AVE MARIA.*

1. *Esdræ* 3.

UVA. BHSC. BU 08453

Beatus Venter, qui te portavit. Lucæ cap. 11.

§. I.

8 PRimum, quod in hieroglyphico deſcribitur, eſt primus, & ſuperior Chorus, in quo aſsiſtentes veſtibus jucunditatis, & lætitiæ ornati, cantant carmina jucunda cum dulci, & ſuavi melodia; ubi hæc littera, ex Eſdra deſumpta: *Vociferantes in lætitia*, gravatur. Hic Chorus effigiatur ex Angelis, & hominibus, qui in Conceptione Virginis Mariæ, ipſius puritatem celebrant, & funeralia honorifica originalis peccati mortui, & ſepulti: *Carmen Beatorum.* Liber, ubi carmina gravata legebantur, venter Virginis Mariæ eſt: *Per librum ſignificatur uterus Virginis.* In hoc myſtico volumine, legebantur litteræ lætitiæ, triumphum Mariæ contra originalem culpam exprimentes, ad hominum fœlicitates: *Carmen melos.* Illius libri lineæ, victricem Mariam de peccato originali in primo inſtanti exprimebant; & Chorus ille decantabat cum lætitia celebrem illam victoriam.

1. *Eſdræ 3.*

9 Fœminam pulcherrimam depinxit Ovidius, triũphum amoris repræſentantem. Et non ſolum narrat, fuiſſe oblatos flores victoriæ; ſed & ſuadet ad celebrandum triumphum: *Dicite Io pœan, Io bis dicite pœan.* Cum Imperatores Romani triumphabant, non ſolum ornabant muros Civitatis ad gloriam demonſtrandum; ſed etiam cantionibus lætitiæ triumphũ celebrabant. Glorioſius elogium victoriæ à David conſecutæ de Goliath fuerunt muſicæ, quibus Virgines Iſraeliticæ celebravere triumphum.

Ovid. l. 2. de Arte amondi.

10 In primo inſtanti ſuæ Conceptionis, ſtetit Maria victrix originalis culpæ, & inferni. In ipſa Virgine legunt Angeli, & homines, veluti in libro, ſi Mariæ triumphum, contra originale peccatum, propriam ipſorum fœlicitatem, contra infœlicitatem Evæ: *Eva mortis cauſa fuit hominibus, Maria vero cauſa vitæ*: Dixit Epiphanius. Videndo enim in illo myſtico libro triumphum illius puritatis gravatum; ille Chorus decantat cum lætitia fœlicitatem propriam.

Epiphani.

Au-

UVA. BHSC. BU 08453

Apocalyps. 5.

11 Audivit Joannes in Apocalypsi sonoram musicam, canticum novum decantantem: *Cantabant canticum novum.* Motivum in vocibus expressum, cantantium propriæ fœlicitates erant: *Quoniam redemisti nos Deo, & regnavimus.* Liberati fuerunt à captivitate per triumphum Agni mansueti, qui apparuit in throno: *Ut simus Dei, qui prius eramus Diaboli*: ait Richardus. Ubi enim littera decantata exprimebatur? In ventre libri cujusdam, ibi constituti. *Cum aperuisset librum, cantabant canticum novum.* Dixi, librum illum esse Mariam in Conceptione. Nonne Agnus ille, videbatur vulneratus, & veluti occisus? Constat ex textu: *Agnum tanquam occisum.* Vulnera illa, sanguisque Agni, nonne trophæum in puritate Mariæ primo suæ Conceptionis instanti, obtinuerunt? Ecclesia hoc affirmat: *Ex morte ejusdem filij sui prævisa eam ab omni labe præservasti.* Ergo in illo volumine, nempe in Maria, & in ipsius primi instantis victoria, litteras, carminaque legebant; suasque proprias fœlicitates decantabant: *Cum aperuisset librum, cantabant canticum novum: quoniam redemisti nos.*

Richardus.

In Orat. Officij Ordin. Minor.

12 Coronæ depictæ in symbolo, & olivæ ramis ornatæ, posuit Franciscus Dux secundus Milanensis hanc litteram pro emblemate: *Salus, & victoria nostra.* Significans in illo hieroglyphico fœlicitatem pacis in populo repertæ, & in oliva figuratæ, filiam victoriæ in corona figuratæ, esse. Hęc enim littera est in libro Mariano expressa, & à cœlesti Choro decantata; propria libertas: *Redemisti nos*, quæ filia fuit victoriæ, quæ exprimitur in volumine Mariano, in triumpho contra originalem culpam: *Cum aperuisset librum, cantabant.*

Picinel. mundo symbol. verbo Corona.

13 Adhuc textus considerationem desiderat. Sigilla illius libri, & impossibilia frangi, Sacramenta occulta redemptionis erant. Insuperabilia esse, fuit occasio Joannem flevisse: *Ego flebam multum, quia nemo poterat aperire librum*, & ut theatrum cœleste suspensum mansisset. Fregit sigilla Agnus, aperuit librum: *Cum aperuisset librum.* Manifestatæ sunt lineæ illius; & cum Maria esset ille liber in sui esse primo instanti; viderunt ibi mysteria redemptionis, & carmina lætitię ad proprias fœlicitates decan-

UVA. BHSC. BU 08453

cantandum: *Cantabant, &c. quia redemisti nos.*

14 Adhuc non dixi, quod cogitavi de mysterio. Ante quam aperiretur liber ille, jam redemptio in executione fuerat posita; quia si per sanguinem Agni fuit: *In sanguine tuo*; jam effusus fuerat; & ipse Agnus vulneratus, & veluti occisus, sistebat victima in throno: *Agnum tanquam occisum.* Quare ergo antej libri apertionem, non canebant naturæ humanę fœlicitatem per redemptionem obtentam? Dicam, quod de mysterio cogito.

15 Ut redemptio esset cum majori excellentia respectu Christi, & majori fœlicitate respectu naturæ humanæ, debebat esse perfecta in omnibus, & per omnia: debebat esse, & sublevativa ad captivos liberandos, & præservativa ad evitandam captivitatem in aliquibus. Antequàm liber apertus fuisset, ùtraque redemptio fuerat executa; sed nondum intellecta præservativa redemptio, quæ fuerat exercita in sola Maria. Non habebant adæquatum motivum, qui Chorum formabant, ad celebrandum fœlicitatem humanæ naturæ. Habebant litteras, carminaque canere potentes pro redemptione sublevativa; quia exprimebantur in vulneribus, & in sanguine Agni sistentis veluti victima in throno; sed hoc non erat motivum adæquatum fœlicitatis humanæ naturæ. Aperuit Agnus librum, mysteria occulta continentem: *Cum aperuisset librum.* Liber ille erat Maria in suo primo instanti, & ubi exprimebatur executa redemptio præservativa cum illa creatura humanæ naturæ; & statim quòd viderunt, & legerunt in illo volumine fœlicitates in unica filia naturæ humanæ præservata ab originali peccato, cecinerunt cum lætitia, & exultatione, trophæa gratiæ celebrantes in Maria, & proprias fœlicitates: *Cantabant canticum novum: quoniam redemisti nos.*

16 Regina Maria Catholici Regis Philippi Secundi Hispaniæ sponsa, voluit explicare propriam fœlicitatem sui, ex quo inter omnes filias Regum, ipsa unicè electa fuit ad tanti Regis conjugium; & expressit in quadam lamina pulcherrimum solem, ad cujus radia fulgentissima, stellam collocavit, cum hac inscriptione: *Sola dicata soli.* Hanc litteram decantare videtur Chorum cœlestem in Maria Virgine; solam fuisse in-

UVA. BHSC. BU 08453

inter omnes filios Adæ privilegiatam redemptione prę-ſervativa ad radia fulgentiſſima meritorum ſolis juſtitiæ, nempe Chriſti: *Sola dicata ſoli.* Sed ex illo Marię privilegio ſingulari, proprias celebrant emanatas fœlicitates: *Quoniam redemiſti nos.*

17 Adhuc plus myſterij in textu Apocalypſis cogito. Sanguis Chriſti in illo Agno repræſentato, pretium fuit ex juſtitia oblatum ad ſublevativam redemptionem totius humani generis: *Factus eſt nobis juſtitia, ſanctificatio, & redemptio*, dixit Paulus. Satisfactio ex juſtitia exigit æqualitatem pretij, & quod ſit liberum ex alio titulo: *Eſt redditio ad æqualitatem ex aliàs indebitis*: Sanguis Chriſti deſumptus fuit ex humana natura, ex qua carnem ſumpſit; quia verus homo fuit: *Homo factus eſt.* Hæc enim, natura, nempè, humana manſerat debitrix per peccatum originale: *Omnes in Adam peccaverunt*: dicit Apoſtolus. Videbant etenim ſanguinem oblatum tanquam pretium in illo Agno: *Agnum tanquam occiſum*; ſed neſciebant pretium oblatum deſumptum eſſe ex carne à debito libera; immo potius ex lege communi, judicare debebant eſſe aſſumptum ex carne debito peccati ligata; & cum hoc myſterium eſſet abſconditum ſub tot ſigillis: *Signatum ſigillis ſeptem*; tacebat ille Chorus, & non canebat fœlicitatem humanæ naturæ in redemptione ſublevativa perfectè exhibita. Aperuit Agnus librum: *Cum aperuiſſet librum.* Manifeſtata ſunt abſcondita myſteria. Erat Maria liber ille: *Maria eſt liber.* In prima linea viderunt, & legerunt ipſam exemptam à lege communi, & à peccato originali præſervatam; quod caro illa, & ſanguis debitrix non fuit culpæ; & cum fuiſſet caro illa, & ſanguis, quæ aſſumpſit Divinum Verbum, & obtulit pro noſtræ redemptionis pretio; intellexerunt redemptionem fuiſſe perfectam; utì ex pretio libero ab omni debito; ideo ſtatim cecinerunt (aperto volumine) & Mariæ triumphum gratiæ, & fœliciratem naturæ, in litteris, quæ in libro illo, nempè, Maria, gravatæ erant *cum aperuiſſet librum, cantabant, &c.*

18 Sic Chorus ille cœleſtis celebrat Mariæ puritatem, trophæa gratiæ decantando, & fœlicitatem propriam, in funeralia honori-

1. Corint. 1.

Ex Theologis, & Juriſtis

UVA. BHSC. BU 08453

fica peccati originalis mortui; legens in utero Mariano carmina lætitiæ : *Carmen, mellos*. Ideo Evangelica vox fœlicem celebravit ventrem: *Beatus venter*, quia in ipso, utì in libro mystico, vidit ipsa mysteria gratiæ.

19 Hæc est anima hieroglyphici, ubi sistit Chorus ille, vestibus jucunditatis ornatus; & quod exprimit littera: *Vociferantes in lætitia*. Hæ enim voces (ait Esdras) summæ lætitiæ in Israel fuerunt; quia libertate captivitatis gaudebant. Sed etiam quia Templum Dei fabricatum fuit: *Eo quod fundatum esset Templum Domini*. Ædificatum fuit à primis fundamentis: *Fundato à cæmentarijs Templo Domini*. Devenerat Templum Domini in profanatione, & ruina ab inimicis Populi Dei, & cum ædificatum denuò viderunt, musicis lætitiæ celebravere: *Omnis Populus vociferabatur clamore magno*.

1. Esdræ 3.

20 Templum Dei profanatum fuit in tota natura humana per primum peccatum; sed cum ædificavit Deus Mariam, ut esset Templum vivum novo artificio, & à cæmentarijs gratia stipatum; ex quo humanum genus libertatem invenit, usque ad mortem, & sepulturam originalis peccati; ideo vocibus lætitiæ, & gaudij, celebrant trophæa gratiæ in funeralibus honorificis originalis culpæ : *Vociferantes in lætitia*.

§. II.

21 IN symbolo, etiam videtur alius Chorus in parte inferiori, & qui illum efformant vestiti, & ornati vestibus funebri, & obscuro colore, canunt vocibus tristitiæ, & planctus; ubi hæc littera, ex ipso Esdra desumpta, videtur : *Flentes voce magna*. Carmina, quæ canebantur, in illo volumine, quod sistebat in theatri medio, erant scripta. Liber ille, Mariam exprimit, & uterum ejus purissimum : *Per librum, significatur uteras Virginis*. Carmina, quæ cecinebant lamentabilia erant. *Lamentationes, & væ*; sed duplicata, *duo tristia*. Decantabant carmina ista efformantes Chorum vestibus luctus ornati. Illi, sunt Principes Tenebrarum : *Væ damnatorum*. Hi, celebrant funeralia honorifica originalis peccati, per gratiæ valetudinem mortui in Conceptione Virginis Mariæ, & in ejus purissimo utero sepulti. Cum enim

UVA. BHSC. BU 08453

enim in morte originalis culpæ imperium infernale corruit, principes ejus veſtimenta luctus, & lamentus induunt, & carmina triſtitiæ decantant, honôra funeralia peccati lamentis celebrantes: *Flentes voce magna.*

22 In Paradiſo conſecutus fuit Diabolus trophęum, hominem primum expolians juſtitia originali. Per peccatum Adæ omnes ejus deſcendentes, mortem infamem contraxere: *Per peccatum mors.* Infernus tot trophęa ex hominibus lucratus fuit, quot mortes. Jam enim omnibus vitijs princeps tenebrarum ornabatur, utì trophęis, quia in omnibus ſiſtebat victor. Si enim ad pugnandum adverſus primum hominem, unum tantum caput erexit, quod ornavit trophęo victoriæ, dum concipienda erat Maria, acceſsit cum potentia ſeptemplicis imperij omnium vitiorum, quibus, utì coronis ornabatur; ſed ruinam ſui invenit.

Rom. 5.

23 Celebris ille Apolonius antiquitatis, vidit Solem accintum corona, & hujus ſigni aſpectu, vaticinavit mortem tyranni, & maledicti Domiciani per militem corona vocatum. Hoc ad myſterium, cum Sacris litteris, adducam.

24 Mulier quædam puritate ornata, ſplendores ſuos obſtentabat in Cœlo, utì ſignum mirabile: *Signum magnum apparuit in Cœlo mulier.* Ornabatur fulgenti veſte ipſius Solis: *Amicta Sole.* Coronam Imperialem Stellarum fulgentium in capite habens: *In capite ejus Corona Stellarum.* Fœcunda in utero oſtendebatur: *In utero habens.* Significabatur, quòd dignitas maternitatis, ad quam decretata erat, fuit radix tam eximiæ puritatis in primo ſigno. Impetum fecit contra illam terribilis Draco ſeptemplici imperio: *Draco ſtetit ante mulierem habens diademata ſeptem.* O crudelis, ſuperbeque, quid niteris adverſus parvulam! Sed ejus audatia manſit illuſa, & imperium ejus corruit fortitudine gratiæ, ſpolia ſua flectibus decantando. Ad decimum ſeptimum caput tranſeamus.

Apocalyp. 12

25 Illa horribilis beſtia ſeptem capitibus ornata, quæ ſuperbiebat victrix: *Sedeo Regina*, proſtrata fuit cum omni fauſtu, uſque ad ſui ruinam, & conſumptionem: *Cecidit Babilon magna, facta eſt habitatio Dæmoniorum.* Fuit tota elevatio ad quam aſcenderat infernus ſpolijs ex culpa detractis:

Ibi cap. 17.

Om-

UVA. BHSC. BU 08453

Euper-- tus hic.

Omnis ſtructura peccati (ait Rupertus) *cunctaque mortis, & inferni poteſtas corruit.* Vox enim Angeli, ictum fecit ad beſtiæ ruinam: *Clamavit in fortitudine.* Gabriel enim, qui fortitudo Dei interpretatur. Plenitudo gratiæ in Beata Virgine Maria cum Divina protectione fuit vis, qua ruina accidit Babiloniæ: *Ave gratia plena, Dominus tecum*, & tanto ictu corruit imperium illud ſuperbiæ: *Cecidit Babilon magna.*

26 Quomodo ergo infernus ruinam hanc ex gratia cauſatam, celebrat? Lamenta decantando. Chorum ex ſpiritibus rebellibus efformans, & decantando vocibus triſtitiæ propriam ruinam ad proportionem ſuæ infœlicitatis: *Clamaverunt flentes, & lugentes, dicentes: Væ, væ Civitas illa magna, quoniam deſolata eſt.* Corruit tota totius imperij noſtri ſuperbia, & culpæ originalis trophęa ad fortitudinem gratiæ cecidérunt. Hæc victoria fuit Mariæ in Conceptione, vitam abſtulit ab originali culpa in primo greſſu ſui, gratiæ fortitudine, trophæa victoriæ fuerunt ſpolia, quæ ex ruina culpæ detraxit, & in ipſa Virgine, utì in myſtico vo-

lumine legit chorus inferni, & canit lamenta ſuæ ruinæ.

27 Mulierem depinxit Alciatus in Ajacis ſepulchro lamentabili habitu, & gemitibus doloris, quæ in confuſione capillorum manifeſtabat lugubre motivum ſui doloris: *Ajacis tumulum lachrymis ego perluo virtus: Heu miſera albentes dilacerata comas!* Perdiderat enim Ajax Achillis arma in contentione, & pugna contra Ulyſſem, & cum victum ſe vidiſſet, proprio dolore, enſe proprio occidit ſeipſum: *Ne quiſquam poſsit Ajacem ſuperare, niſi Ajax. Dixit: Et in pectus tum demum vulnere paſſum, qua patuit ferro, lethalem condidit enſem.* Erupit pectus ſanguinem purpureum. Terra vi irrigationis ſanguinis, florem produxit, in cujus folijs lamenta triſtitiæ formabantur: *Expulit ipſe cruor, rubefactaque ſanguine tellus, Purpureum viridi genuit de cæſpite florem, Qui prius Oebalio fuerat de vulnere natus, Littera cõmunis medijs puerõq; viroque inſcripta eſt folijs, hæc nominis, illa querelæ.* Hic enim flos erat hyacinthus. In ejus folijs delineantur væ lamentabilia: *Inſcripti luto naſcuntur*, ait

Alciat. emblem 48.

Ovid. Metamorph. lib. 13. fab. 1.

Pi-

UVA. BHSC. BU 08453

Lib. sim bolic. ex Rauli-- no.

Picinellus. Cum enim illa mulier legebat inter sepulchri cineres illa væ lamentabilia tanquam spolia illius, qui victor aliàs fuerat, ideò lamenta ruinæ, & infœlicitatis decantabat: *Heu misera, &c.* Et quæ carmina legit chorus inferni in volumine Mariano, dum gratiæ fortitudine habet, utì spolia, trophęa originalis culpæ? Væ lamentabilia: *Lamentationes, & væ.*

28 Habet enim Maria manus suas triumphis plenas, ex spolijs culpæ, & inferni, & in ipsis, utì in hyacinthis delineantur væ, quæ chorus infelix decantat. Diabolus ornabatur hominum lamentis, ex quibus diademata capiti ejus constructa erant: *In capite ejus diademata multa.* Aspiravit, ut ex triumpho ornaretur ejus caput, quem ex Maria consequi tentabat: erupit ex ejus pectore corrupto, fluenta malitiæ: *Misit serpens ex ore suo post mulierem aquam tanquam flumen, ut eam efficeret trahi à flumine.* Maria volatum, utì Aquila, ad superiorem spheram levavit: *Datæ sunt mulieri duæ alæ Aquilæ magnæ.* Virus totum culpæ sepultum manfit in terra, absque eo, quod Mariam inficere posset minori impuritate: *Aperuit terra os suum, & absorbuit flumen.* Non fuit aliud nisi peccatum originale mortuum fortitudine gratiæ, sepultum in terra manere, & Maria legens spolia originalis culpæ ex ipsius sepulchri cineribus, quæ spolia erant lamenta quibus redimebatur Diabolus, manus Marianæ plenæ hyacinthis factæ sunt: *Manus ejus plenæ hyacinthis.* Cum enim in illis væ lamentabiles delineabantur, manentibus hyacinthis in Mariæ manus, in ipsa, veluti in mystico volumine chorus infelix inferni videt, & legit carmen lamentabile, quod decantat: *Liber scriptus, lamentationes, & væ, Maria est liber.* Et hoc carmen à choro illo decantatur: *Væ damnatorum.*

29 Hæc est totius hieroglyphici anima, ubi ostenditur chorus inferior, vestibus luctus ornati cantores, propriam ruinam lamentis decantantes in funeralia honorifica originalis peccati mortui fortitudine gratiæ in Conceptione Virginis Mariæ, & ipsa expressio litteræ: *Flentes voce magna.* Cur ait Esdras, quod plures de Populo plorabant, dum alij decantabant cum lætitia? Quia templum antiquum,

UVA. BHSC. BU 08453

ejusque magnitudinem, & gloriam in ruina considerabant: *Plurimi, qui viderant Templum prius, cum fundatum esset, flebant voce magna.* Etenim alij lætantes gaudent propter novi Templi ædificationem; alij flentes tristantur propter ruinam antiqui Templi. Hæc enim est diversitas utriusque chori honorifica peccati originalis facientis. Chorus Angelorum, & hominum carmina lætitiæ decantat propter Mariæ gloriam, quæ ædificata fuit in Conceptione, uti Templum, plenitudine gratiæ; chorus principum inferni, deplorat devastationem dominij, & imperij sui antiqui, in Conceptione Mariæ, & peccati morte.

§. III.

30 DUplicem chorum vidimus, originalis culpæ funeralia honorifica celebrantem. Hos audiamus choros, voces, & carmina alternantes. Sic enim canebant filij Israel, quos refert Esdras, duplici choro alternante, alius, carmina lætitiæ propter ædificationem Templi: *Vociferantes in lætitia.* Alius verò, carmina tristitiæ propter Tẽpli antiqui ruinã: *Flentes voce magna.* Sed ad invicem alternantes: *Commixtim Populus vociferabatur clamore magno.* Nunc audiamus.

31 Cèlebret Chorus Cœlestis, Mariæ trophæa, veluti Bethulia victoriam Judith: *Tu gloria Jerusalem, tu lætitia Israel, tu honorificentia Populi nostri, quia fecisti viriliter, & confortasti cor nostrum.* Tu, enim, es in puritate primi instantis, gloria Jerusalem, Israelis lætitia, honor, & corona humanæ naturæ, quia culpam vicisti plenitudine primæ gratiæ. Chorus inferni lamenta canat, utì Philistæi: *Væ nobis: non fuit tanta exultatio in Israel.* Heu, quòd Arcę Marianæ celebrant victoriam, qua ruina nostra declamatur.

Judith 15.

1. *Regũ* 4.

32 Cèlebrat Chorus Cœlestis cum filijs Israel: *Cecinerunt buccinam, & dixit omnis Populus vivat Rex Salomon.* Regina nostra vivat triumphis suæ puritatis coronata. Canit chorus inferni: *Væ coronæ superbiæ, ebrijs Ephraim, & flori decidenti, defecit qui conculcabat terram.* Væ nobis, quia trophæa nostra defuerunt, languerunt spes nostræ, infernus, qui omnes vincebat, victus fuit.

3. *Reg.* 1

Isaìas 28.

Ca-

UVA. BHSC. BU 08453

33 Canit Chorus Cœleſtis pulchritudinem Mariæ, utì Poliphèmus Galateæ:

Ovid. Metamorph. 13. fabul. 8. *Candidior folio nivei Galatea liguſtri, Floridior prato, longa procerior alno. Lucidior glacie, matura dulcior uva.* Pulchrior eſt Galatea Divina candido lilio, amplius floribus coronata, quàm floridius pratum, clarior in tua puritate cryſtalo fulgentiſsimo. Canit chorus inferni lamenta

Idē 12. cum Aurora: *Luctibus eſt Aurora ſuis intenta piaſque. Nunc quoque dat lachrymas, & toto rorat in orbe.* Lachrymæ, linguæ ſunt nobis ad infœlicitatem noſtram deplorandum, noſtramque ruinam.

34 Canit Chorus Cœleſtis cum filijs Judæ: *Urbs*

Iſaiæ 26. *fortitudinis noſtræ Sion:::: incurbabit habitatores in excelſo, Civitatem ſublimen humiliabit.* Tu enim Domina, urbs fortitudinis noſtræ es, quæ ſuperbiam Luciferi humiliaſti, & Babiloniæ fortitudinem abſtuliſti.

Idē 29. Canit chorus Inferni: *Væ Ariel Civitas, quam expugnavit David.* Heu Civitatis noſtræ, quæ ad mulieris ictum ejus corruit fortitudo.

35 Chorus Cœleſtis canit, uti Orphæus Deorum victorias: *Ob jove muſa parens (cedunt jovis omnia regna) carmina noſtra move: Prius cecini plectro graviori, Gigantes ſparſaque phlegreſi victritia fulmina campis.* Vicit in paleſtra Vice-Dea Maria ſuperbiora caſtra Inferni. Canit infernus Pelopis lamenta: *Concepit lachrymas, ac venis perhibit imis, quas, ubi fecit aquas, vacuas emiſsit in auras.* Omnes in ſtatu lamentabili devenimus pœnæ inenarrabilis confuſione.

Ovid. lib. 10.

Idem 6.

36 Hæ enim ſunt voces, carminaque, quibus fiunt honorifica funeralia originalis peccati. Carmina lætitiæ canit Cœleſtis Chorus: *Muſica Beatorum*, quo ad intuitum originalis peccati mortui, & ſepulti, Mariæ celebrat gloriam ſuæ Conceptionis in plenitudine gratiæ. Carmina triſtia canit chorus inferni: *Væ damnatorum*, quo ſpolia ſui imperij deplorat in litteris lamentus, quæ inter cineres funeris deſcribuntur. In myſtico volumine Mariæ, ſcripta continentur utriuſque Chori carmina, cum totum hoc volùmen ſit plenum ſuæ puritatis hiſtoria: *Liber ſcriptus. Maria eſt hic liber. Lamentationes, carmen, & væ.*

UVA. BHSC. BU 08453

Muſica Beatorum, væ damnatorum.

37 Erit ne aliquis, qui puritati hujus Virginis affectu non adhæreat,& innocentiæ primi inſtantis? Poſſibile non judico. Sed ſi aliquis tepidè reſpicit puritatem Conceptionis Virginis, accedat (ait Maria cum Poèta) ad me,& utì in volumine legat, in quo notitiam inveniet ad mei cognitionem,& affectum ad mei dilectionem: *Siquis in hoc, artem, Populo non novit amandi, me legat, & lecto carmine doctus amet.* Hoc Mariæ trophæum celebrent omnes filij Eccleſiæ, victoriam gratiæ in ſuo inſtanti primo canant, quo proprias, glorioſaſque victorias conſequentur.

Ovid.

38 Abſque alio impetu, ſolaque Arcæ antiquæ celebratione, muri Jerichò corruerunt, rebelliſque Civitas capta fuit: *Clangerunt ante Arcam fœderis Domini ::: muri illico corruerunt.* Etenim victoriam conſecuti ſunt, quia puritatem Mariæ in Conceptione celebrabant. Quo die victoria conſecuta fuit? Sex primis diebus, Arcæ cultum tribuerunt muſica, & cantu, ſed abſque conſecutione victoriæ: *Fecerunt ſex diebus;* ſed die ſeptima celebrantes, victoria conſequitur: *Die autem ſeptimo muri illicò corruerunt.* Dies illa, eſt Maria, velut dies ſeptima, in qua Deus requievit in principio: *Quo die Deus requieviſſe legitur, Beatæ Mariæ dicatur*, ait Vincentius Ferrer. Quomodo illa dies eſt formata fuit? Abſque occaſu, ait Auguſtinus: *Dies ſeptima ſine veſpere, ne habet occaſum.* Si enim Mariæ figura eſt, erit myſterij, quo fuit formata abſque occaſu originalis culpæ, Conceptionis nempè. Ideò licèt alijs diebus Arca illa celebretur, Jerichò non capitur, & victoria conſequitur die ſeptima, quia in ipſa die, trophæa gratiæ contra originalem culpam celebrantur: *Septimo die, &c.* concinamus cum Cœleſtibus Civibus hanc Mariæ gloriam, illi adhæreamus Choro, ita enim gratiæ victoriam decantantes, æternæ Gloriæ coronam inveniemus, &c.

Joſuè 6.

S. Vicèt. Ferrer.

UVA. BHSC. BU 08453

ORATIO SEPTIMA

DE CONCEPTIONE

B. VIRGINIS MARIÆ.

Beatus Venter, qui te portavit. Lucæ cap. 11.

1 HOdie, melioris diei trophęa celebrantur, pulcherrimę Auroræ ſplendores, fortioris Judith victoriæ, & validiſsimæ Jahelis glorię. Dies quædam alterius diei lucem exprimit: *Dies diei eructat verbum.* Dies clarior Eccleſiæ celebrat, primævam lucem abſque umbra diei Mariani: *In die illa cantabitur canticum iſtud*: inquit Propheta. Dies adveniet, in quo littera hæc decantabitur: *Urbs fortitudinis noſtræ Sion Salvator, ponetur in ea murus, & antemurale.* Fœlix Civitas noſtra Sion erit, quia, ut ſecura, & illibata ab ictu inimicorum ſiſtat, ipſe Deus valabit eam utì murus, & antemurale: vaticinavit ille, quod tunc futurum erat. Hodie enim Evangelica vox celebrat myſterium illud operatum in Myſtica Civitate Virginis Mariæ, fœlicem proclamans, quia ipſe Deus in illa ſtetit: *Beatus Venter, qui te portavit.*

Pſ. 44.

Iſaiæ 26.

2 Hæc enim Civitas illa Dei eſt, de qua in retroactis ſæculis, glorioſa elogia ſunt dicta: *Glorioſa dicta ſunt de te, Civitas Dei.* Quia fundata eſt in altitudine montium ſublimium: *Fundamenta ejus in montibus ſanctis.* Maria eſt enim, quia concepta fuit ſuper montes validioris ſanctitatis: *In his montibus fundata, ideſt concepta*, ait Hugo. Hujus Myſticæ Civitatis, & ejus ædificationis primæ, dies clarior Eccleſiæ celebrat ſplendores pulcherrimi diei: *Dies diei, &c.* Mulier Evangelica gerens Eccleſiæ vices, vocem elebans: *Extollens vocem quædam mulier*, fœlicitatem narrat templi, Altariſque,

Pſ. 84.

Hugo Card. hic.

UVA. BHSC. BU 08453

ubi Divinum Verbum conſtituit ſolium: *Beatus venter, &c.*

3 Totum, quod vox Evangelica nuntiat, fœlicitates Mariæ ſunt; quia fœlix in primo inſtanti Maria fuit per gratiæ plenitudinem. Hodie enim lamentationes non adſint in tanti myſterij celebritate. Manet enim culpa originalis ſepulta jam, & deplorata; quæ in Mariæ Conceptione fuit mortua; & nunc debet eſſe totius celebritatis attentio, gratię plenitudo, ut ſola lætitia locum habeat.

4 Magnæ ſolemnitatis ab inſigni Machabęo ſtabilitæ, recordor, cum omni Eccleſia Iſraelis, ad altaris dedicationem, quæ fienda erat in fine cujuslibet anni cum oſtenſione gaudij, & lætitię:

1. Machab. 4. *Statuit Judas cum univerſa Eccleſia Iſrael, ut agatur dies dedicationis altaris ab anno in annum... Cum lætitia, & gaudio.* Quare ergo illam ſolemnitatem ſtatuit altari illo? Ex textu conſtat.

5 Invenerunt Templum, & altare profanata ab inimicis divinæ legis: *Invenerunt altare profanatum.* Hìc, expreſsio maximi doloris fuit illorum, in quibus zelus puritatis, & ſanctitatis altaris, ardebat. Quid facerę neſciebant, ſi mundificare altare, vel quid aliud ad altaris profanati honorem, & ſanctitatem. Sed ſacer textus ait adveniſſe illis optimum conſilium: *Incidit illis conſilium bonum.* Fuit enim, quòd deſtruerent altare, & ex lapidibus quadratis, firmitatem ſecundum legem habentibus, de novoque ſculptis, altare novum ædificaretur: *Ut deſtruerent illud... Acceperunt lapides integros ſecundum legem, & ædificaverunt altare novum.* Veteri deſtructo, novoque ædificato, dedicationem cum ſolemnitate celebrarunt: *Fecerunt dedicationem altaris*, ſed decreverunt celebrari cum gaudio in fine cujuslibet anni: *Ut agatur dies dedicationis ab anno in annum cum lætitia.* Notari debet, in quo bonum ſtetit conſilium, & cur dedicatio altaris celebranda ab anno in annum. Sed notari potius poſſumus ſupremi Artificis conſilium ad altare magis mirabile, & myſterioſum.

6 In Adamo ædificavit Deus altare mundiſsimum, ubi fierent ipſi Deo ſacrificia laudis, & honoris: *Fecit Deus hominem rectum.* Hoc altare fuit profanatum ab inobedientia primi hominis

Eccleſiaſtici 7.

UVA. BHSC. BU 08453

nis voluit Deus reparare damnum; ipse seipsum offerens victima, & sacrificium; sed cum altare esset ædificandum ex Adami semine, & generatione, ex qua carnem assumpturus erat; obstabat veluti dubitatio, quibus lapidibus, qua vè materia fieri debebat. Ne ex lapidibus Adami? Minimè (ait Deus) non enim permittam altare, in quo Divinum Verbum collocandum est, carnem assumens, (quod altare est Maria) ædificari ex lapidibus in mundis Adæ, sed ex integris, & à culpa originali liberis.

7 Hoc enim fuit absque dubio optimum Divini artificis consilium, Mariam ædificare in ejus Conceptione altare novum ex lapidibus quadratis in sanctitate, & gratia, quin Adæ contaminatio, & profanatio in hujus altaris ædificatione tetigisset: *In Mariæ altari nempe*: *In Mariæ altari construendo, incidit opifici consilium bonum, ut acciperet lapides integros, à primo parente non contaminatos, & illud novum ab omni labe immuni sibi, & nobis ædificavit.* Ait Velazquez. Si enim ultra solemnitatem, qua novum illud Templum fuit celebratum, finem cujuslibet anni celebrare cum lætitia, statutum fuit: *Ab anno in annum cum lætitia*; celebrata morte originalis peccati in Mariæ Conceptione, ejus funerali, sepulchro, & funere honorifico; nunc finis anni, quod vulgariter: *Cabo de año* appellatur, celebrari debet; puritatem Mariæ considerando in illa prima gratia, &c.

AVE MARIA.

Velazquez de Conception. lib. 2. deserto. 6. amat. 2.

Beatus Venter, qui te portavit. Lucæ cap. 11.

8 CUM instans primum Marię in gratia celebratur; vox Evangelica Beatam exclamat: *Beatus venter.* Tantum fuit Mariæ privilegium, lucrare in primo instanti possessionem gratiæ; quod dedit ei jus, ut privilegijs Beatæ celebraretur; quia sistens in instanti primo hæres, filia, & ipsius Dei electa; nescio, si jure ipso privilegijs gloriosæ celebrari debet.

9 Ipsam audiamus in cantico suo. Mirabilia magnificat Divinæ Omnipotentiæ, & quod cum illa operatus est ipse Deus, ut potens;

UVA. BHSC. BU 08453

& ait, quòd eam Beatam celebrabunt generationes: *Ecce enim ex hoc Beatam me dicent omnes generationes.* Rationem hujus elogij notat in illo *eccè*, quo advertentiam vocat: *Ecce enim ex hoc*, jam dixit causam: *quia respexit humilitatem ancillæ suæ.* Quia humilitatem meam respexit (ait) utì ancillæ. Fuit enim (ait Albertus Magnus) quia Maria semper fuit Dei; absque eo, quod in ea alius Dominij jus pro aliquo instanti habuisset: *Ancillæ suæ pro certo, in qua nihil juris invenit alienus.* Etenim quia Diabolus nullum dominium, aut jus in Maria habuit, ideò Beata à generationibus celebranda erat: *Eccè enim ex hoc, &c.* Hoc enim fuit, quia in primo instanti fuit in gratia concepta, absque eo, quod pro aliquo instanti culpa originalis in ea jus habuisset.

Luc. 2.

Albert. Magn.

10 Sed à quibus generationibus celebranda erat? à generatione Angelorum, & hominum; & qua methodo celebranda? Admirationibus. Vox Evangelica ventrem Mariæ laudat, utì vas, ubi Divinum Verbum venit in mundo: *Beatus venter, qui te portavit*; nunc notate, quod ait Spiritus Sanctus de operibus Divinæ Omnipotentiæ.

11 Post laudem Divinæ Omnipotentiæ ex Cœlorum formatione; illam laudat ex formatione vasis, quod admirationis objectum fuit: *Vas admirabile, opus excelsi.* Maria, vas ab Ecclesia vocatur: *Vas spirituale, vas honorabile, vas insigne devotionis.* Utì Matrem admirabilem nòminat: *Mater admirabilis.* Cum enim purissimus ejus venter fuit vas, ubi Divinum Verbum naturæ humanæ fuit unitum; fuit Maria vas admirabile, in cujus formatione excelluit Divina Omnipotentia: *Vas admirabile.* Admirationibus enim celebrat duplex generatio, Angelorum, & hominum hoc vas mirabile Mariæ in ejus Conceptione; finem anni faciens culpæ originali mortuæ, & sepulturæ traditæ. Assumptum hoc patefiet in hieroglyphico sculpto in scuto nobilitatis Mariæ.

Eccles. iiast. 41.

In Litan.

12 Ibi enim videtur vas crystalinum omni dexteritate fabricatum, & plenitudine pretiosissimi liquoris, quantum ejus capacitas capere potuit; ubi hæc littera Ecclesiastici describitur: *Vas admirabile, opus excelsi.* Ex una parte vasis, Chorus intelligentiarum formatus videtur, quæ absortæ in illius va-

UVA. BHSC. BU 08453

vasis contemplatione ; vocibus admirationis, sua celebrant mysteria ; & sculpta videtur littera hæc,ex Ecclesiastico desumpta : *In plenitudine sancta admirantur.* Ex alia parte vasis, alius efformatur Chorus hominum, qui in consideratione , & extraneitate illius operis stupentes , admirationibus illius operis explicantur ; ubi hæc littera ex Habacuc deprompta , legitur: *Aspicientes admiramur ; quia opus factum est in diebus nostris.* Hoc symbolum est, & sic intelligitur.

Habacuc. 1.

13 Vas plenum,est Maria in Conceptione ; quia fuit fabricata, veluti vas Divini Verbi cum plenitudine gratiæ , & utì opus mirabile Divinæ Omnipotentiæ. Hoc exprimit littera: *Vas admirabile , opus excelsi.* Chorus spirituum , generatio Angelorum est , admirationibus celebrans illam gratiæ plenitudinem. Sic exprimit littera : *In plenitudine sancta admiramur.* Chorus hominum , est humanæ naturæ generatio , admiratione celebrans opus mirabile Conceptionis Mariæ ex ipsius naturæ massa,tanta puritate. Sic significatur in littera : *Aspicientes admiramur ; quia opus factum est in diebus nostris.* Sic finis anni mortis , & destructionis peccati celebratur , utì alterius altaris profanati, & Mariæ efformatio , utì altaris ædificati denuo. Et symbolo explicato ad discursus transeo.

§. I.

14 PRimum in symbolo , est Chorus spirituum in conspectu vasis purissimi , licoris pretiosi plenitudine , illam plenitudinem celebrantium, & ornatur hac littera : *In plenitudine sancta admiramur.* Est generatio Angelica , quæ vas Mariæ in sua Conceptione contemplans mirabile in gratia: *Vas admirabile* , & opus Divinæ Omnipotentiæ : *Opus excelsi* ; admirationibus celebrat illud mirabile plenitudinis gratiæ in primo instanti.

15 In canticis interrogant admirati spiritus cœlestes,ubi quandam creaturam in mũdo nescientes : *Quæ est ista,quæ ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ,& universi pulveris pigmentarij?* Sed quid admirantur? Ex quo vident, quòd ex natura amaritudine plena , peccatis , appetitu deordinato , eam sua gravi-

Cantic. 3.

ta-

tate ad infimum terræ inclinante ; generetur , & egrediatur in vitæ mortalis deſerto creatura quædam , & opus , quod velati vapor, & exalatio ſupra omnem naturam elevatur : *Sicut virgula fumi*. Quæ creatura illa eſt? Textus dicit : *En lectulus Saſomonis* , lectulus Divini Salomonis, æternæ ſapientiæ quidem , qui illum ſtipavit informatione acie fortiſsima: *Sexaginta fortes ambiunt ex fortiſsimis Iſrael* ; ut ſervaretur à denſis umbris noctis obſcuræ,originalis peccati : *Propter timores nocturnos*. Ferculum ſupremi Regis eſt : *Ferculum fecit ſibi Rex* , ex materia incorruptibili fabricatum : *De lignis Libani* , columnis puritatis firmatum : *Columnas ejus fecit argenteas*; in ejus centro poſito throno ex ipſius amore condito : *Reclinatorium aureum* , & gradibus ad elevationem ex proprio ſanguine munitis : *Aſcenſum purpureum*.

16 Fuit enim Maria creatura illa ab Angelis admirata ; quia in mundi deſerto exivit in Conceptione veluti vapor , & exalatio , & veluti ſpiritus abſque gravitate appetituum deordinatorum : *Sicut Virgula fumi*. Lectulum fuit magni Salomonis ; quia ejus venter puriſsimus fuit Verbi Divini reclinatoriũ, & ubi abbreviatum fuit ad carnis limitationem ; curruſque, in quo itineravit à ſede cœleſti æternitatis uſque ad terram ; ſed formatus hic lectulus omni pretio gratiæ. Ideò vox Evangelij fœlicem laudat: *Beatus venter* ; & hoc quod Angeli mirantes celebrant: *Quæ eſt iſta, &c.* Hic admirantur exemptam à gravitate , & pondere ex originali peccato in filijs Adæ de relicto : *Sicut virgula fumi*; in capite ſexto admirantes celebrant plenitudinem ipſius vaſis mirabilis.

17 A Divino ſponſo laudatur Maria veluti unica ſuæ dilectionis : *Una eſt columba mea*, uti electa ad eſſe Divini Verbi Matrem : *Una eſt genitricis ſuæ electa*. Statim voces admirationis audiantur. Singularis pulchritudo illius electæ , illius, & Matris laudatur : *Quæ eſt iſta, quæ progreditur. Quaſi Aurora conſurgens , pulchra ut Luna , electa ut Sol?* Elogia ſunt ab Angelis prolata admirationibus , Marię pulchritudinem laudantibus: *Cujas tam ſingularis excellentiæ admiratione rapti Angeli dixerunt*. Ait Cartagena. *Cant. 6.* *Cartag. in Marial.*

Deus

UVA. BHSC. BU 08453

13 Deus decrevit fieri hominem in perſona Verbi: ideam propoſuit Cœleſtibus Civibus, pulchritudinem illius mulieris, ex qua carnem aſſumpturus erat exprimens. In Cœlo portentum hoc efformavit, eam à primo ſui eſſe veſte ſolari ornatam oſtendit: *Amicta Sole*, Luna calceatam, & in capite ſtellis coronatam: *Luna ſub pedibus ejus, & in capite ejus corona ſtellarum duodecim.* Significans, quòd ab eſſe primo plenitudine gratiæ abundavit: *Ut ſignificet à principio, uſque ad finem gratiæ ſplendore ſemper coruſcaſſe*: dixit Cartagena. Cum enim Angeli viderunt, portentum hoc, & hanc ideam tanta gratiæ plenitudine, admirationibus illam celebrarunt: *Quæ eſt iſta, &c.*

19 Ut Aurora celebratur, dum concipitur: *Quaſi Aurora cõſurgens.* Quia prima Auroræ efformatio, fit ſplendoribus tota, ſtellis ſtantibus utì corona, vel ad lucis ſuæ ornatum, vel ad eſſe trophæum victoriæ contra noctis umbras in univerſo orbe ſiſtentes. Cum enim viderunt Angeli Mariam in illo ſigno, prima in formatione ſui eſſe ſtellis coronatam, laudaverunt, utì Auroram triumphis ornatam adverſus originalem culpam: *Quaſi Aurora.* Proprietatem Angelorum in laudibus notate. *Conſurgens* (ajunt) in admiratione, illam laudant adjutam ab alio, ſed veluti Auroram, quia hæc adjuta Solis fluxu efformatur.

20 Regem Vatem audiamus: *Adjuvabit eam:: manè diluculo.* Loquitur de Maria Virgine in vaticinio. Ait enim quod fluxus impetuòſus fluminis eam lætificabit, utì propriam Civitatem, & quod ſanctificat veluti Tabernaculum ſuum: *Fluminis impetus lætificat Civitatem Dei, ſanctificavit Tabernaculum ſuũ altiſſimus.* Sed modum poſtea exprimens, & ſpecialem Dei aſsiſtentiam erga Mariam, ait, quòd valdè manè adjuvabit: *Adjuvabit eam:: manè diluculo.* Alius legit: *Ab Aurora matutina.* Ipſo in primo eſſe Auroræ. Certum enim eſt, Deum omnes adjubare gratię aſsiſtentia, alios in mane, alios in meridie, aliosque in veſperis diei, ſed Mariam: *Manè diluculo.* Extra ordinem communem, in primo ſuo eſſe Auroræ, gratiæ privilegio prævio inter omnes filios Adæ. Nunc eruditus Cartagena: *Ut in principio Auroræ Conceptionis Ma-*

Pſ. 45.

Cartagena.

UVA. BHSC. BU 08453

Mariæ præter communem ordinem, Divinæ gratiæ nova lux oriri visa est. Sed cum Aurora se sola non fiat, sed á proximatione Solis; & Maria, utì Aurora, concepta fuit gratiæ splendoribus, per Divinæ Omnipotentiæ assistentiam, ideò generatio Angelica eam laudat admirationibus veluti Auroram adjutam Sole: *Quasi Aurora consurgens.*

21 Eam pulchram utì Lunam, mirantur: *Pulchra ut Luna.* Si enim pulchritudo Lunæ in lucis suæ plenitudine consistit, in plenitudine gratiæ, qua Maria concepta fuit, mirabilis, Angelis facta est: *Vas admirabile.* Ita pulchra est Luna, quòd in prima sui formatione, Solis luces, eam adæquatè replent. Ita velox in cursu est, quòd excedit alia spheræ Astra. Prima formatio Mariæ fuit ex omni parte, ex splendoribus gratiæ ex Solis justitiæ thesauro, & inter umbras mortis culpæ, cum Astra alia rationalis naturæ umbris delicti operiuntur. Suæ lucis cursus velotior fuit omnibus Stellis sanctitatis, quia si paulò post Conceptionem surrexerunt, & cursum inceperunt Jeremias, & Joannes Præcursor Redemptoris; Maria prius omnibus cursum cœpit, & cucurrit in Conceptione ipsa, gratiæ splendores induens. Ideò ab Angelis admirationibus celebratur, utì pulchra Luna, in ejus plenitudine: *Pulchra ut Luna*; quia inspexerunt extra Leges omnes communes, & particulares, mirabilem: *Vas admirabile::: quæ est ista, &c.*

22 Electam, utì Solem, mirantur: *Electa ut Sol.* Est enim Sol inter Planetas solus, in mirabili esse suæ lucis. Hæc enim sui nominis ethimologia est: *Quia solus est, & unicus*, ait Isidorus. Cum enim Maria inter omnes filios Adæ, fuit unica pura creatura in gratia concepta, proprietatibus Solis ab Angelis miratur: *Electa ut Sol.* Sed Solis formationem consideremus. *Isidor. lib. Ethimolog.*

23 Primo die creavit Deus lucem, eam à tenebris secernens: *Facta est lux::: Divisit lucem à tenebris.* Solem creare decrevit. Interpretes ajunt, quòd illum formavit ex luce creata primo die, eam uniens, & corpus illud luminosum formans ad constitutionem diei: *Luminare majus, ut præesset diei.* Ait Cornelius, quod ex aquis formavit Deus corpus crystalinum, ubi collocavit lucem, & sic formatus, man- *Cornel. Alapid. hic.*

UVA. BHSC. BV 08453

Geneſ. 1. manſit Sol: *Ex aquis condenſaſſe inſtar cryſtali corpus aliquod, eique lucem indidiſſe.* Congregationem aquarum appellavit Deus Maria, quia figurabat gratiarum aggregatum, quas in Maria congregavit. Sol Tabernaculum ipſius Dei fiendus erat: *In Sole poſuit Tabernaculum ſuum.* Ipſi ſoli, corpus ex omnibus aquis efformavit. Illi dedit lucem, utì animam, ut in prima ſui formatione, maneret Sol totus lux, & nihil umbra.

24 Tota lux gratiæ, veluti anima Mariæ fuit, quia in corporis ſui infuſione præcedit gratia naturam, & leges culpæ vincens formata fuit pura, lux tota abſque umbra tenebrarum, utì Sol, qui currus, Tabernaculumque Dei fiendus erat: *In Sole poſuit Tabernaculum ſuum.* Sic laudat Evangelica vox: *Beatus venter, qui te portavit.* Ideò Divina Omnipotentia eam eduxit vas mirabile: *Vas admirabile.* Hoc ipſum celebrat Angelorum generatio, in illo ſpirituum choro, in ænimmatè demonſtrato, admirationes tantæ plenitudinis gratiæ. Sic exprimit littera: *In plenitudine ſanctæ admiramur.*

***

§. II.

25 EST etiam in ſymbolo, chorus ex hominibus formatus, qui illud pretioſiſsimum vas contemplantes, admirationibus celebrant tam mirabile opus, & hæc littera, ex Habacuc deſumpta: *Aſpicientes admiramur; quia opus factum eſt in diebus noſtris.* Eſt enim generatio humanæ naturæ, quæ in choro efformata, in conſideratione puriſsimi vaſis Mariæ, finem anni culpæ originalis, jam ſepultæ, celebrat, admirationibus laudans mirabilem Mariæ gratiam in primo illo ſuæ Conceptionis inſtanti.

26 Vox Evangelij, hunc chorum dirigit in muliere illa, quæ pro tota natura humana levavit vocem: *Extollens vocem quædam mulier.* Fœlicem laudat Mariæ ventrem: *Beatus venter.* Chriſtum fructum uteri Virginei vidit ejicientem diabolum à poſſeſsione in homine, & ventrem Mariæ, qui fuit thalamus Dei hominis, proclamavit fœlicem: *Beatus venter, qui te portavit.* Et quid experta fuit mulier? Textus aſſerit, quòd populus admiratus fuit: *Et admi-*

UVA. BHSC. BU 08453

miratæ ſunt turbæ. Quia judicarunt admirationibus ſolum poſſe celebrari plenitudinem gratiæ, qua illa pura creatura fuit formata, & ornatus venter ille, qui thalamus fiendus erat deſponſationis naturæ Divinæ, & humanæ in Divini Verbi perſona. Ideò chorus hic, admiratione illam primam gratiam laudat: quia cum Maria Chriſto dedit eſſe, qui imperium ſuper Principes tenebrarum habuit, Maria judicata fuit libera ab illa captivitate peccati. Hæc enim eſt admiratio, Mariam exemptionem culpæ habere, & illam excellentiam gratiæ inter omnes Adæ filias: *Ex hoc Beatam me dicent omnes generationes*: :*Beatus venter*:: *Admiratæ ſunt turbæ.*

Pſ. 64. 27 *Sanctum eſt Templum tuum*, ajebat Regius Vates. Sed admiratione dignum in æquitate ſua: *Mirabile in æquitate.* Nonnè, mirabile eſt Templum Dei ſanctitatem habere? Si enim ipſe Deus eſt ſanctitas per eſſentiam, non eſt extraneum, ſed naturale, Templum Dei, in quo ipſe habitat, illam habere. Verum eſt hoc, ſed majus myſterium habet. Fuit venter Virginis Mariæ, Templum Dei vivi: *Templum Dei factus eſt uterus neſcientis virum*: ait Eccleſia. Quod portentum, & celebratione dignum admirationibus eſt, quod Templum hoc in ſui formatione ipſam habeat ſanctitatem, quod formans ſe inter flammas originalis culpæ, & ex carne combuſtibili, flammis non afficeretur. *In Offic. Circunciſ.*

28 In aſperitate illius montis, nempè Oreb, introductus Moyſes, myſteriuni conſideratione dignum, ejus oculis propoſitum fuit. Deus in medio Rubi ei apparuit, & inter flammas ignis: *Apparuit ei Dominus in flamma ignis de medio Rubi.* Vidit non comburi Rubum inter flammas ignis: *Videbat, quòd Rubus arderet, & non combureretur.* Miratus ſiſtit Moyſes, & myſterium oculis attingere tentat: *Vadam, & videbo.* Sed quid miratur, & videre determinat? Dicit ipſe: *Quare non comburatur Rubus.* Non miratur, Deum non comburi, & admirationem habet ex non combuſtione Rubi? Moyſes enim erat optimus Theologus, & benè ſciebat, ignem non poſſe in Deum agere. Quod enim miratur eſt, quòd cum Rubus materia combuſtibilis fit, *Exod.* 3

UVA. BHSC. BV 08453

sit, & inter flammas ignis sistat, absque offensione ab igne mansisset inter flammas: *Quare non comburatur,&c.*

29 Mysterium Incarnationis fuit Moysi propositum. Mariam in Rubo, Deum in centro uteri Virginis: *De medio Rubi.* Propositum ei fuit, quòd redempturus erat mundum, ut securus maneret, quòd Populum Israeliticum liberare à captivitate volebat. Proposita fuit illi Maria, veluti filia terræ communis naturæ humanæ, & inter flammas legis originalis culpæ, suam activitatem exhibentis in omnibus filijs naturæ, cum enim vidit Rubum non comburi flamma ignis, inter ipsas stantem, in tanto mysterio admiratas mansit: *Vadam, & videbo, quare non comburatur Rubus.*

30 Lex posita à Deo fuit, omnes ab Adamo procedentes, ad concipi, reos culpæ originalis esse, materiamque, ubi flammæ peccati agerent; sed dilectio, quam habuit erga Mariam, præservavit à tanta voracitate incendij, ut non officeretur à flammis.

31 Notate quod Xeusi pictori celebrato accidit. Quidam ejus servus scire voluit, quæ imago pulcherrima ex depictis ab ipso magis amorem Xeusis allicie-bat, & ut affectum dignosceret, finxit ignem accensum fuisse, qui omnes imagines depictas comburebat, & utì turbatas dixit Xeusi: Domine lintea depicta igne cremantur, quo audito, Xeusis raptus affectu, & periculum considerans, dixit: *Servate mihi Adonidem.* Licèt alia lintea pereant, non tantum curo, sed Adonis picturam servate à flammis, quia objectum speciale mei amoris est, & permittere non possum Adonidem offici à communi omnium combustione: *Servate,&c.*

32 Hoc meliori modo, Deus cum Maria fecit. Fuit Beata Virgo, unica, & singularis inter puras creaturas, quæ imagines Dei fuerunt, quæ ejus amorem rapuit specialissimè, & ut suæ dilectionis exprimeret Deus ardorem erga Mariam; inter omnes imagines ab ipso depictas, inter omnes filios Adæ, qui flammis originalis peccati combusti sunt, imaginem Mariæ tantum ab incendio præservavit. Hoc enim fuit, quod Moyses miratur, & admiratione celebrat, Rubum absque offen-

sio-

UVA. BHSC. BU 08453

sione inter flammas videre: *Quare non comburatur Rubus*. Ab igne ad ignem transeamus, ut puritatem Marię in primo instanti laudatam hominum admiratione, videamus.

33 Obtulit Nehemias sacrificium illud in libris Machabæorum narratum. Sparsit victimas aquis crasis, à descendentibus Sacerdotum antiquorum adductis; & ad egressum solis sub nube sistentis, tantus accensus fuit ignis, quòd omnes admirati fuerunt: *Accensus est ignis magnus, ita ut omnes mirarentur*. Hoc portentum fuit; notate mysterium.

2. *Machab.* 1.

34 Quando filij Israel captivi adducti ad Persiam fuerunt; Sacerdotes absconderunt ignem altaris ad sacrificia destinatum in puteo profundo Vallis. Multi anni transierunt, dum in captivitate permanserunt. Nehemias liberatus, Templum, & altare ædificavit ad Dei cultum, & offerri sacrificia. Victimas collocavit, nepotes Sacerdotum, qui ignem absconderant, misit, ut ignem afferrent; sed aliud, nisi aquam crasam non invenerunt in puteo: *Non invenerunt nisi aquam crasam*; adducta fuit illa aqua, qua aspergens victimas præparatas Nehemias; statim quòd apparuit Sol ex nube egrediens, tantus accensus fuit ignis, quòd omnes mirati sunt: *Accensus est ignis magnus, ita ut omnes mirarentur*. Nunc ad mysterium deveniamus.

35 *Deus ignis est*, ut in Deuteronomio dicitur. Hominem primum, imaginem suam fecit: *Ad imaginem Dei factus est homo*. Participem fecit illius Divini ignis in gratia, & charitate, quæ Divinæ naturæ participatio est; ut ex altare cordis sui sacrificium amoris obtulisset homo ipsi Deo, & in statu illo fœlicitatis, ad suum principium elevaretur: *Fecit Deus hominem rectum*. Sed quæ infœlicitas accidit?

Deuteron.

36 Primum hominem captivũ Diabolus fecit, & omnes ab illo descendentes: deformata fuit imago illa prima Dei. Ille ignis Divinus in aquis crasis peccatorum fuit conversus. Plures anni transierunt in hac miserabili captivitate. Aquæ crasæ peccatorum plures generationes pertransierant. Sol, nempè Deus absondebatur in nubibus suæ justitiæ, & veluti oblivionis. Tempus venit, quo misericordiam exercuit. Decrevit Templum vivum, ubi ipse, sisteret, construere,

UVA. BHSC. BU 08453

Fe; altareque ex corde puro, unde ſacrificium amoris offerreretur. Voluit hoc Templum, & altare fuiſſe Mariam, Joachin, & Annæ filiam. Horum progenitorum lachrymæ, fuerê aquæ abundantiſsimæ, quibus hominum captivitas deplorata fuit; ſed illis, altare, & victimas, quæ generatione conſtruerunt, aſpergentes, & Divino Sole Miſericordię apparente; ex aquis craſis naturæ corruptæ, ignis accenſus eſt in Maria, dum concipiebatur; illa imago prima Dei reddidit pulchrificata tot elevationibus in gratiæ coloribus, & in ſupernis donis, quot laudatur admirationibus: *Ita ut omnes mirarentur.*

37 Sed magis textum conſideremus ad majorem myſterij admirationem. Ubi abſconderunt Sacerdotes ignem? In Valle, ubi erat puteus altus, ait textus ſacer, & quomodo abſconderunt? Ita occultè, quod omnibus ignotum fuiſſet: *Occultè, ita ut omnibus ignotum eſſet locus.* Etenim omnes Iſraelitæ ſub captivitate conſtituti ſunt, ſed ignis ſacrificiorum manſit abſque captivitate, occultus tamen. Quando enim abſconderunt? Ante captivitatem. Providentia Dei cum Maria notari debet.

38 Poſiturus erat Deus in primo homine ignem ſuæ naturæ per participationem in imagine ſui. Homo hanc imaginẽ deformaturus erat, & converſurus illum ignem Divinum in aquis craſis culpæ. Deus prævidit quòd Maria futura erat Vallis profundæ humilitatis, tantum, quòd cum dignitas Matris Dei ſibi fuiſſet oblata, ſeipſam humiliaret, & ancillam eſſe diceret: *Ecce ancilla Domini*, quòd erat evaneſcere hominis primi errorem, qui aſpiravit ad ſimilitudinem Dei. Quid enim fecit Deus? Ante quam ignis ille primi hominis converteretur in aquis craſis ſuo delicto, & ante quam ſubjiceretur captivitati peccati, ſervavit ignem, imaginem illam, & innocentiam in Valle Mariæ. Venit tempus, in quo concepta eſt; & quando videbatur omnibus concipi, veluti alios Adæ filios, aquam craſam originalis culpæ; formata, & concepta fuit, apparuitq̃ imago Dei pura, quæ abſcondita erat, innocentia elevata, & ignis tàm vivus charitatis, & ſanctitatis, quàm ſit admiratio univerſalis hominum: *Ita ut omnes mirarentur*, hoc mi-

UVA. BHSC. BU 08453

rabile celebrant homines; hoc Divinæ Omnipotentię opus, magis admiratione dignum, quàm cognitione.

39 Protogenes, celebris Pictor imaginẽ pinxit, ad quam perficiendam septem consumpsit annos, sed tantæ pulchritudinis fuit, quantę ab omnibus summa veneratione est habita, & propter illam Demetrius Insulam Rodæ, in qua sita erat, non infestavit. Collocata in Roma fuit pictura illa pulcherrima, & cum eam vidit Apeles exclamavit admirationibus dicens: *O eximium opus, mira res, summus labor, opificium maximum!* Consumpsit Deus in formatione Mariæ quadraginta, & duas generationes, ut ad lucem educeret sui ipsius imaginem istam; sed tàm pulcherrimam efformavit, quàm ipsius admiratio fuit: *Quam pulchra es amica mea!*

40 Ideo duæ generationes, Angelorum nempè, & hominum duplicato Choro, finem anni celebrantes, peccati originalis mortui in Conceptione Mariæ; habent Mariam tanquam objectum admirationis. *Vas admirabile*, & Divinæ Omnipotentiæ opus: *Opus excelsi.* Angeli cum admiratione laudant in plenitudine gratiæ, quam possedit in Conceptione: *In plenitudine sancti admiramur.* Homines in consideratione operis gratię in natura ita à culpa possessa: *Aspicientes admiramur, quia opus factum in diebus nostris*, hoc mirabile celebrat vox Evangelica. *Beatus venter*, & quod admirationibus turbæ laudant. *Admiratæ sunt turbæ.* Mariam in Conceptione, vas cum omni plenitudine, & capacitate gratiæ; & totum Mariæ, & ipsi Deo ad majorem gloriam,

&c.

ORA-

UVA. BHSC. BV 08453

ORATIO OCTAVA

DE CONCEPTIONE B. VIRGINIS MARIÆ.

Beatus Venter, qui te portavit. Lucæ cap. 11.

1 SAlutét enim aves auroram, dum ipſa apparet, quia ſi gaudentes celebrant primos illos ſplendores ſolis adſtantis in oriente; jam ipſarum ſilentium, ſolis in occaſu ſiſtentis, veluti mortuũ ſignarunt. In die etenim, qua Maria concipitur, cœleſtes aves illam ſalutant, cum illam mirantur in ſua prima luce cum auroræ fulgoribus, cum pulchritudine Lunæ, & cum Solis ſplendoribus: *Quę eſt iſta, quæ progreditur quaſi aurora conſurgens, pulchra, ut Luna, electa, ut Sol.* Concinant Virgines Iſrael victorijs David dulciſona cantica, quia brachij ſui fortitudo jus tribuit ei ad tantam gloriam, ex quo lapidis ictu monſtruum illud, quod opprobrium erat Iſraelis, proſtratum reliquit; quando enim concepta fuit Virgo Maria ſculpſit in ea ſupremus Artifex impreſsionem gratiæ, qua, utì myſticus lapis, ictum mortalem dedit culpæ originalis monſtruo: *Educet lapidem primarium, & exęquabit gratiam, gratię ejus.* Nunc Rabbi hecados: *Hæc ex petra primaria ex qua Meſsias futurus eſt.*

Cant. 6.

1. Reg.

Zachar. 8.

Rabbi hecados.

2 Sacerdotes Bethuliæ Judith celebrent, uti Hieroſolimæ gloriam, Iſraelis lætitiam, & utì Populi Dei honoratricem; ſi enim illa mulier ſingularis illas proclamationes meretur; quia Holofernem occìdit, caput ex humeris auferendo, dum adverſus ejus puritatem trophæa tentabat; dies, in qua Maria concipitur in ſtatu gratiæ, evanuit culpæ originalis greſſum, cònterens primo ſuo greſſu illius cervicem: *Quam pulchri ſunt greſſus tui... Ipſa cònteret ca-*

Judith. 5.

Cant. 3.

Gen. 3.

UVA. BHSC. BU 08453

caput tuum. Narrent montes, hirculi, agniculi, & colles Israelis libertatem desideratam à captivitate longissima; quia dum Maria concipitur, à spheris cœlestibus laudatur dulcedinis

Ex Officio Cõcept. musicis: *Melliflui facti sunt Cœli, dum manu Domini fabricata est Mater tanti Dei*, dicit Ecclesia.

3 Seraphim throni repetant puritati increatæ laudes; quia si Dei puritas exigit laudari, ex quo exemptionem adhuc à periculo impuritatis habeant, omnem sanctitatem excedunt infinita distantia; dum Maria concipitur, puritate ornatur, omnem sanctitatem creatam superexcedens, ab omni impuritate immunis.

4 Aperturum esse Deum fluvios aquarum, fontesque inundantes, in agris, & collibus ajebat Vates Evan-

Isai. 41 gelicus: *Aperiam in supinis collibus flumina, & in medio camporum fontes*. Influentibus fluminum, gratia proficiens intelligitur, (ait Hugo) & in fontium aquis, gratia præveniens. Excellentior est gratia præveniens à macula, quæ præservat; quia prævenit immunitate indecentiæ. Si enim fontis aquæ puritas sunt, quæ prævenit, ipsa est Mariæ puritas, quæ in primo sui esse fons concepta fuit, aquis á corruptione exemptis.

5 Fontem signatum esse, ait Mariæ sponsus in Canticis: *Fons signatus*; quia ejus aquæ gratia præventę fuerunt, & à corruptione immunes manserunt: *Non valentes corrumpi*, ait Gilbertus. Etenim repetamus hodiè laudes puritatis Mariæ, in primo suæ Conceptionis instanti. Trophæa gratiæ, lætitiæ ostensione celebrentur; quia si in temporum serie, in motivi varietate, & in subjectorum diversitate, laudibus celebrata sunt, auroræ splendores, victoria David, trophæum Judith, Israelis libertas, & Dei incomprehensibilis sanctitas; Maria in prima formatione sui esse, & in primo suæ lucis instanti, exigit celebrari cum plenitudine gratiæ, & culpæ immunitate, lætitia, & gaudio.

Cant. 4.

Gilbert.

6 Dies solemnior celebrandus erat, sicuti instrumentorum varietate, lætitia, & gaudio: *Exultate Deo: jubilate Deo Jacob: sumite Psalmum, & date tympanum, Psalterium jucundum cum cithara in insigni die solemnitatis vestræ*. Ajebat David. Erat illa dies solemnis, in qua Luna concipiebatur.

Psalm. 80.

UVA. BHSC. BU 08453

cur: *In Neomenia.* Ad repetitionem enim dierum ipsarum, lætitiæ repeti debebant.

7 Mariam Lunam esse, vocibus proclamatur in Canticis: *Pulchra ut Luna.* Quare ergò Conceptio Lunæ lætitia tanta celebranda est?
Ps. 80. Textus exprimit: *Divertit ab oneribus dorsum ejus.* Est enim culpa originalis à filijs Adæ inevitabilis, & tanti ponderis, quod òpprimit illos à primo instanti usque
Ps. 37. ad finem: *Miser factus sum, & curvatus usque in finem,* ajebat David. Quòd pulchra illa Luna exempta fuisset ab illa lege communi, & ponderis imponderabilis, quia gratia præventa fuit, tanta victoria est, quòd celebrari debet dies illa multiplici laude, & lætitia: *Exultate, &c.* Etenim plausu festivo hoc trophæum Mariæ laudetur, dum in ejus Conceptione vicit gratia, &c. *AVE MARIA.*

***

Beatus Venter, qui te portavit. Lucæ cap. 11.

8 VOcem excellentias narrantem, in Evãgelio habemus: *Extollens vocem.* Sed quale objectum laudum sit, quæramus. Esse Mariam vox exprimit: *Beatus venter.* Quia
Hugo Card. hic. Mater Christi laudatur: *Qui te portavit.* Recomendationem Christi esse, ait Hugo: *Extollens vocem in Christi commendationem.* Quòd ipsæ voces Mariam laudantes, sint Christi laudes, ait Haye:
Haye. *Altè proferens laudẽ Christi:* Ergò Christus, & Maria objectum fuerunt laudis illius vocis. Sic colligitur. Causam laudationis Mariæ, & Christi in illo ventre quæramus.

9 Ad servanda trophæa illustrium virorum mos fuit utì symbolis, & ænigmatibus, illa in domibus sculpta in scutis sistendo, ut veluti in voluminibus illa trophæa legerentur, & intelligerentur. Ad signandam insignem victoriam, utebatur corona pro symbolo. Ideò quidam depinxit coronam hoc lemmatè: *Victori debita.* Significans coronam debitam esse victoriæ. Ideò Magnus Alexander præcepit spolia Leonis sculpi in monetis, & Aquilam, ut coronæ illæ exprimerent trophæa gloriosa illius. Adhùc in Sacris litteris legitur præcepisse Deum ex auro, & argento
Picinel. lib. 25. *n.*27.
Pierius lib. 3. *litt. B.*

UVA. BHSC. BU 08453

captivorum Babiloniæ fabricari coronas, & in templo collocari, ut memoria illius victoriæ perpetuo duraret: *Et coronæ erunt memoriale in templo Domini.*

Zachar. 6.

Cornel. Nunc Alapide: *Ut scilicèt æterna sit eorum memoria, & laus.*

10 Indubitabile est Mariam in Conceptione triumphum consecutam fuisse ex originali culpa, adjutorio Divinæ gratiæ, Christumque in partem hujus victoriæ concurrere, quia meritis ejus coadjubavit: *Ex morte ejusdem filij sui prævisa eam ab omni labe præservasti*: ait Ecclesia. Etiam est certum, Mariam formatam fuisse domum Regiam sapientiæ æternæ: *Sapientia ædificavit sibi domum.* Ex hoc intelligi potest motivum laudis, vocis illius Evangelicæ. Mulier illa respexit ventrem Mariæ, eam vidit domum Regiam æterni verbi: *Qui te portavit.* Aspexit in scuto stemmatum illius domus symbola Mariannæ victoriæ, & Christi triumphi, & hac occasione, motivoque, exclamavit in utriusque laudem: *Beatus venter, qui te portavit.* Si jam mortum, sepultumque habemus peccatum originale, & celebrata omnia funeralia, quæ

In Offic. Ordin. Minor. de Cõcept.

Prov. 8

moris sunt, si Mariæ uterus sepulchrum fuit, ubi sepultum est, in lapide ipsius sepulchri considerandum est ænigma mysteriorum, illam victoriam signans gratiæ adversus originalem culpam.

11 In scuto illo duplex manus videtur, quarum in qualibet, palma apprehensa, & in cujuslibet palmæ suprema extremitate, corona sistens. In scuti circuitu, hæc littera ex Ecclesia desumpta: *Hæc est Domus Domini.* A manu in parte dextra collocata, usque ad aliam in parte sinistra sistentem, hæc littera procedit: *Omnia per ipsum facta sunt.* Et à sinistra manu ad dexteram hæc littera: *Sine ipso factum est nihil.* Utraque desumpta est ex capite primo Joannis.

Ex Offic. Cõcept. Ordin. Minor.

Joan. 1. 1.

12 Significatur in ænigmate, sepulchrum illud culpæ originalis, in cujus lapide scutum efformatur, domum esse, ubi Deus homo factus est, & hoc littera circundans exprimit: *Hæc est Domus Domini.* Duæ palmæ in manibus, & coronæ, symbola sunt victoriæ, & triumphi consecutorũ in formatione illius domus, & Mariæ Conceptione, à Christo, & ipsa Beata Virgine Maria, quilibet trophæo coronæ unius gaudens, & hac, litteris ad-

UVA. BHSC. BV 08453

adinvicem currentibus, exprimitur. Quo intellecto ad discursus procedamus.

§. I.

13 PRimum in ænigmatè, est in manu corona super palmam, & littera, quæ à dextra manu procedit: *Omnia per ipsam facta sunt*. Significatur manum illam littera indicatam, esse manum Mariæ, quæ in Conceptionis suæ victoria adversus originalem culpam, sibi coronam illam tulit, utì trophæum illius triumphi glorioſi.

14 Non enim minores debent esse curæ præmiantis in præmium conferendum, quam in merentibus de fatigationes laborum ad merendum; neque præmia sunt conferenda quibus laborum deficit applicatio ad merendum. Quotidie inversus hic ordo in mortalibus videtur. Non ita accidit in Divina providentia, ubi præmia offeruntur promptæ operanti in merendo. Depinxit Cosmus Hetruriæ Dux, Aquilam cum corona, è Cœlo descendentem, hac littera ornatam: *Jupiter merentibus offert*. Melius Divinus Jupiter, Aquilæ Mariæ coronam obtulit, cum ejus glorioſam victoriam ex originali peccato, vidisset, quia si Virginis fuit excellens applicatio, & triumphum lucraretur, etiam Deus aptè providit illi tribuere coronam, utì trophæum victoriæ.

Picinel. lib. 25. n. 27.

15 Providit Deus, quòd sola Aaronis virga, inter tot, floribus ornaretur: *Invenit germinasse virgam Aaron, & turgentibus gemmis eruperant flores*. Omnes virgæ radicibus, & irrigatione carebant, & absque vita vegetativa erant, & inter omnes sola illa floribus coronata fuit. Præterita consideraet. Trophæa in Ægypto, illa virga lucrata fuerat; virgas majores, in quibus serpentes figurabantur, disipavit, quãdo minabantur virgam. In aquis sepelivit exercitum Pharaonis, populum Dei persequentem, ideò illa virga coronata est, quia mirabile ipsorum factorum ab ipsa, trophæa coronæ exigit.

Numer. 17.

16 Gloriosè triumphavit Maria in primo instanti ab originali culpa, quæ eam minata fuit malitia sua, omnem potestatem inferni filios Adæ persequentis sepelivit; ideò enim Mariæ debetur corona, utì præmium victoriæ glorioſæ, quia si victoriæ virgæ illius meruerunt trophæum coronæ, glorioſior

UVA. BHSC. BU 08453

fuit victoria, & triumphus Mariæ adversus originalem culpam.

17 Divinum sponsum audiamus laudare Mariæ victoriam præmiaque, & alluſoria ad victorias virgæ illius: *Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilavite amica mea.* Cantic. 1. Ait enim assimilasse potentiæ, qua de potestate Pharaonis triumphavit, quia si in virga collocavit suam potentiam, & ob illius victoriam pro trophæo glorioſam dedit coronam, etiam Maria in primo instanti victoriam lucrata fuit ex culpa originali, & à Cœlo coronata fuit. Sic cogitavit Rupertus: *Sicut enim Virga illa omnem superbiã Ægptiacam obtrivit, ac deinde floruit, sic tu pulcherrima mulierum superbiam Diaboli dejecisti concepta florida.* Rupert.

18 Sed differt multum corona virgæ, virgamque coronari, ac corona Mariæ, coronarique ipsam, quia vincere virgæ, & Mariæ victoria multum interse dissimilia fuere. Virga non fuit coronata in primo instanti, quo esse habuit; quia neque in ipso victoriam lucrata fuit. Coronam non accepit statim, quòd vicit, quia potuit excedi ab alijs virgis, & cum illis comparandum erat; virgæ non fuit formata corona ex Cœlesti luce, quia victoria illa comparationem admittens cum alijs virgis terræ, non ita reputatum est triumphum singulare, quod meruisset coronam ex superna luce.

19 Non ita Maria fuit in vincere, & coronari. In primo sui esse instanti coronata fuit; quia in ipso victoriam ex originali peccato consecuta fuit, & plenitudine gratiæ fuit inventa. Coronam possedit statim, quòd vincit, quia tam mirabile fuit triumphum, quod in pura creatura aliud non fuit, quo comparari posset. Ex luce Cœlesti formata fuit illa corona, quia si non fuit in pura creatura, ubi comparatio victoriæ Marianæ fieret, non alia debebant esse trophæa, quàm Cœlestia lumina.

20 Ut ad proportionem meritorum præmia darentur, fabricavit Caligula Imperator coronas, diversis figuris ornatas, alias, uti soles, formatas, uti lunas, alias, & alias, uti stellas, ut trophæum victoriæ corresponderet. Sed ad Sacras litteras deveniamus. Alexãd. ab Alexand. d. lib. 18.

21 Mirabile signum vidit Joannes in Cœlo: *Signum* Apocal. 12.

UVA. BHSC. BU 08453

num magnum. Mulierem ſole amictam: *Mulier amicta ſole.* Luce ſtellarum coronata erat: *In capite ejus corona ſtellarum.* Et poſita in bello cum Dracone: *Draco ſtetit ante mulierem.* Mirabile portentum! In ipſomet inſtanti, in quo videtur, bellum aggreditur, & ſiſtit coronata Cœleſti lumine? Ita eſt, quia in eodem inſtanti ornatur gratiæ fortitudine in veſte ſolari, qua redditur ſecura victorię: *In ſole ſplendor ſtabilis*, ait Bernardus. Statim quòd victrix intelligitur, corona ornatur, quia tam mirabile triumphum fuit, quod aliud non erit, quod trophæum promeretur: *Signum magnum.* Et ex Cœleſtibus luminibus formatur corona, quia ſuperna victoria: *Apparuit in Cœlo.* Etenim Maria coronari debet, utì virga illa coronata fuit; ſed ſit in Maria corona, & coronari excelentius quam in virga illa, utì excelluit in victoria: *Equita tui meo::: ſignum magnum, &c.*

22 Sed corona, quam Maria habet non ſolum eſt præmium, ſed etiam glorioſum trophæum victoriam exprimens. Ideò efformata fuit non ſolum ex Cœleſti luce, ſed etiam ex umbris, quæ ſpolia ex bello deducta fuerunt.

23 Quando Romani triumphum celebrabant, non ſolum procedebat vincens in curru triumphali ornatus corona; ſed etiam in curru ferebantur ſpolia devictorum, utì trophæa glorioſa vincentis. Mariæ etenim efformata fuit corona non ſolam ex luce Cœleſti; ſed etiam ex ſpolijs originalis culpæ devictę. Quando Muſę ſyrenas vicerunt in certamine (ait Pauſanias) quòd ex pennarum calamis in prælio deſumptis, glorioſam coronam victoriæ efformarunt. Sic etiam corona Mariæ efformata eſt in victoria ſuæ puritatis, ſicut ex luce, etiam ex ſpolijs. *Pierio fol. 304*

24 Ajebat Divinus ſponſus, quòd facturus erat Mariæ murènulas aureas, ſed argento ſtipatas: *Murènulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento.* Ornamenta ſunt càpitis, & colli: *Propriè autem ſunt capitis, & colli*, ait Cornelius. Sed ſi præmia illa in antiquitate in figura turturum efformabantur, aliarumque avium, cur Mariæ in figuram murènulæ? Et ſi ex auro; ad quid argento ſtipatæ? Myſterium continet hoc totum. Quia ex illis figuris efformari debuit corona ad trophæum glorioſum victoriæ Mariæ in primi inſtantis *Cantic. 1.* *Cornel. Alapid. hic.*

UVA. BHSC. BU 08453

tis puritate, quando originalem culpam ſpoliavit.

25 Eſt enim Murènula filia ſerpentis venenoſi, qui miſcetur piſci cuidam, ſed ad congreſſum prius venenum ejicit: *Venenum jaculante beſtia, unitur*, ait D. Baſilius. Sicque concipitur Murènula expers veneno, quamvis ex generante mortiferi veneni, egrediatur. Sint enim Murènulæ, quæ Marię coronam efformant, quia licèt ex natura corrupta, veneno originalis peccati egreſſa fuit; gratia evacuavit, vel impedivit, ut Maria conciperetur immunis à culpa, & incorrupta veneno illo mortifero: *Murènulas aureas, &c.*

26 Sed extremitates argenteas: *Vermiculatas argento.* Erant enim in ſerpentium forma illa vermicula: *Hoc eſt, in modum vermium, quos lumbricos dicunt*, ait Caſiodorus. Jam myſterium intelligitur. Diabolus formam ſerpentis aſſumens, introduxit originalem culpam: *Dixit ſerpens ad mulierem.* Maria ex culpa triumphavit, ſubijciens, & cònterens primo greſſu ſerpentem: *Ipſa conteret caput tuum.* Si enim in illa victoria eduxit Maria ſerpentem devictam, uti ſpolium; ſic illud ſpolium trophæum in corona. Non ſolum ex murènulis efformetur, quæ exprimunt puritatem gratiæ in Conceptione; ſed etiam ex ſerpentium figuris, qui cum ſpolia ſint in bello, & victoria, ſignificant majus trophæum vincentibus in corona: *Murènulas, & vermiculatas, &c.*

Caſiod.

Geneſ. 3.

27 Ideò Sponſus Divinus, uti zelans Mariæ gloriam, vocavit eam, ut ex agro, ubi victoriam conſecuta eſt, veniret, & coronam acciperet ex ſpolijs in triumpho deductis: *Veni de Libano Sponſa mea, veni, coronoveris de capite Amana, de vertice Sanir, & Hermon, & de cubilibus Leonum.* Non dicit, quod ex floribus, argento, auro, aut ex lapidibus preciosis, ſed ex ſpolijs, & coronis, quæ abſtulit à Diabolo, cum peccatum devincit, quia ſunt trophæa, quæ glorioſius victoriam exprimunt. Hoc eſt ſymbolũ Mariæ, triumphum in Conceptione contra peccatum originale, ſignificans. Corona in extremitate palmæ ſiſtentis in manu, quam acquiſivit Maria in plenitudine gratiæ illius primi inſtantis. Hoc exprimit littera: *Omnia per ipſam facta ſunt.*

Cantic. 4.

§. II.

UVA. BHSC. BU 08453

§. II.

28 ALiud, quod habet enigma in ſcuto ſculptum, eſt altera manus ad partem dexteram; qua palmam apprehenſam habet, & in illius extremitate corona, & ex altera, ad manum iſtam procedit hæc littera: *Sine ipſo factum eſt nihil.* Deſumpta eſt ex primo capite Joannis. Corona illa eſt, quam Chriſtus acquiſivit in Conceptione ſuæ Matris propter victoriam contra originalem culpam, quia victoria illa lucrata fuit efficacia ipſiuſmet Chriſti. Eſt enim corona illa Chriſto, trophæum ſuæ gloriæ.

29 Deſiderans ſponſa Canticorum, omnes laudare Chriſti victorias, filiabus Sion ſuadebat, ut egrederentur, & admiratione celebrarent trophæa Divini Salomonis in Diademate, quo coronavit eum Mater ſua in die deſponſationis ſuæ: *Egredimini, & videte filiæ Sion,* Cant. 3. *Regem Salomonem in Diademate, quo coronavit illum Mater ſua in die deſponſationis ſuæ.* Verbum Divinum deſponſatum fuit cum humana natura in unione hypoſtatica. Uterus Virginis Mariæ thalamus ejus deſponſationis fuit. Dum in ipſo thalamo deſponſionem celebravit; accepit à Maria coronam, ut eſſet trophæum glorioſum victoriæ, quam ipſemet Chriſtus conſecutus fuit in formatione ſui thalami; quia undequaque purum efformavit. Cum autem ornatum ſtetit Divinum Verbum in ipſo thalamo deſponſationis; ſimul fuit thalamus deſponſionis, & thronus, ubi coronam ſuæ victoriæ accepit.

30 Thronum fecit Rex Salomon ad ſuæ majeſtatis oſtentationem: *Ferculum fecit ſibi Rex Salomon.* Lectulus fuit, ubi ſponſalia celebrantur: *Lectulum in quo ſponſus, & ſponſa commorantur,* dicunt Hebræi. Thalamus fuit honoris: *Thalamum honorificum,* ait Rabbi Salomon. Ipſe amor in illo ſiſtebat: *Media charitate conſtravit.* Inter ornamenta illius majeſtatis ſiſtentis in ferculo, corona in ejus capite ſedebat: *In capite geſtat coronam auream carbunculis diſtinctam, & effulguratam:* Ait Cornelius. Quid enim habet meriti illa majeſtas, quod tota amore ornatur? Quia thalamum illum efformavit ex incorruptibili materia, & omni puritate: *De lignis Libani.*

Cant. 3.

Hebræi.

Rabbi Salomõ.

Alapide ibi.

Ve-

UVA. BHSC. BU 08453

31 Verbum Divinum, veſtem induit amoris, ad celebrandum deſponſionem cum natura humana: *Sic Deus dilexit mundum, ut filium ſuum unigenitum daret.* Ideò Divinus amor deſponſionem celebravit: *Spiritus Sanctus ſuperveniet in te.* Mariam fecit thalamum deſponſationis: *Qui creavit me, requievit in Tabernaculo meo.* In prima formatione ex materia gratiæ fecit eam, culpam originalem vincentē: *De lignis Libani*; cum enim Maria in utero ſuo vidit Divinum Verbum, non ſolum veſte amoris, utì ſponſum; ſed etiã, ut victorẽ, in fabrica ipſiuſmet Matris, utì lectuli, ipſius deſponſionis; coronam dedit illi, utì trophæum victoriæ, quam lucratus fuit informatione thalami ipſiuſmet Chriſti.

Joan. 3.

Matth. 1.

32 Zachariæ mandavit Deus, quòd fabricatis coronis, caput Jeſu cingeret: *Facies Coronas, & pones in capite Jeſu.* Illum Jeſum fuiſſe in figura Chriſtum, affirmat Cornelius: *Id eſt Chriſtus portabit coronam gloriæ.* Ad hoc ſiſtenda erat corona: *Ipſe portabit gloriam*, ait textus ſacer. Sed cur trophæum illud glorioſum tribuendum? Quia templum ædificaturus erat, ubi ſolium ſuum collocandum foret: *Ædificavit Templum, & ſedebit.* Ex qua materia coronæ fabricatæ ſunt? Ex auro, argentoque eorum, qui captivi fuerant in Babylonia: *Ab Holdai, & à Tobia, qui venerunt de Babylonia ſumes aurum, & argentum, & facies coronas.*

Zachar. 6.

Alapide ibi.

33 Si enim Mariæ puritas, aurum, argentumque eſt, quæ abſque captivitate egreſſa fuit ex captivis in culpa originali; & Chriſtus Mariam efformavit templum, thronumque, ubi ſe ipſum collocavit; fiat Chriſto corona ex Mariæ puritate, uti ex trophæo glorioſo. Sit uterus Virginis thalamus deſponſationis Divini Verbi, & currus triumphalis, ubi coronatus, triumphus contra originalem culpam celebratur, Mariam ex materia incorrupta efformari: *Ferculum fecit:: de lignis Libani.* Non enim judicemus Mariam tribuere Chriſto coronam hanc gratiosè; quia ipſe titulum duplicatum juris habet, ubi jus ad glorioſam coronam fundatur.

34 Majeſtati ſiſtenti in throno offerebant Senes coronas in Apocalypſis, quia, ut ipſi dicebant, jus habebat ad illas propter, effi-

ca-

UVA. BHSC. BU 08453

Apocal. 3. caciam creandi omnia: *Dignus es Domine accipere gloriam, & honorem, quia creasti omnia.* Si enim Mariam creavit superiori, & extraordinaria perfectione; potiori jure, ipsi supremo Artifici debetur corona.

35 Duplici occasione videtur Maria opus Dei speciale. Primò antequam aliam creaturam puram decerneret, eam videmus ipsius Dei pos-
Prov. 8. sessionem: *Dominus possedit me in initio viarum suarum antequam quidquam faceret à principio.* Secundò, qnando in mundo fuit collocata, quæ descendit è manu Dei uti Civitas sancta: *Civitatem*
Apocal. 21. *Sanctam Jerusalem novam descendentem de Cœlo à Deo.* Si enim per creationem communem omnium creaturarum, habet Deus jus illis coronis, per creationem Mariæ, quæ tota mirabilis est, habet Deus duplicatum jus ad hoc, quòd Maria tribuat ipsi Christo coronam victoriæ Conceptionis ipsius Virginis: *Dignus es, &c.*

36 Christus possuit sumptum, ad redemptionem humani generis suorum meritorum thesauro. Ordinarius modus hujus redemptionis omnibus, sublevare casos fuit, & per hanc libertatem habet jus Christus ad gloriæ trophæa. Ita celebrant ejus Cœlestes de illo Agno throni: *Dignus es Agnus accipere gloriam, & honorem, quoniam redemisti nos in sanguine tuo.* Sumptum fecit Mariæ ex thesauris sanguinis sui. Eam redimens, non sicuti alios, sed ita gloriosè, ut captivam esse impedierit in servitute peccati originalis. Igitur tribuat Christo Maria coronam, quæ sit trophæum summæ gloriæ, ad quam titulum multiplicarum juris habet, sicut singularis fuit victoria, quam habuit Christus in puritate Conceptionis Virginis.

Apocal. 5.

37 Ideò Christus in tantum coronam à Maria ipsi tributam vult, quātū aliarum non habet æstimationem, sicuti hujus, quæ trophæum est Conceptionis Matris suæ.

38 Cur Christus noluit in monte regiam coronam sibi oblatam: *Cum cognovisset, quia venturi erant, ut facerent eum Regem, fugit iterum in monte*; & in Cruce admisit coronam eum Regem proclamantem: *Jesus Nazarenus Rex Judæorum?* Oblata in monte, à hominibus fuit, quia mirabilia in illo viderunt. Oblata in Cruce, fuit qua Maria

Joan. 6.

Idē 19.

eum

UVA. BHSC. BU 08453

eum ornavit, quia ipsam præservavit ab originali culpa. Fuit enim Nazareth, ubi Divinum Verbum, uterum Mariæ possedit, uti propriam domum. Tunc eum coronavit Maria floribus, quæ trophæa puritatis fuerunt. Ideò ventrem Marianum celébravit sponsus lilijs circùndatum: *Vallatus lilijs.* Crucis corona ex floribus Nazarenis fuit: *Jesus Nazarenus.* Ideò noluit coronam in monte oblatam ab hominibus, solumque appretiabit oblatam in Cruce, quia ipsa fuit, quam Maria tribuit in Nazareth, dum illum concepit, puritatis corona, utì trophæum glorioſum gratiæ contra originalem culpam in Conceptione ipsius Virginis.

Cantic. 1.

39 Ad hanc redeamus coronam. In Cruce fuit coronatus Christus trophæis Salvatoris: *Jesus.* Ideò coronam illam admisit, quia trophæa Salvatoris habuit glorioſisimè in gratia Mariæ.

40 Gedeon mansit cum securitate in eo, quod vellus tantum rore plenum mansisset, quamvis universa terra rore careret: *Si ros in solo vellere fuerit, & in omni terra siccitas, sciam quod per manum meam liberasti Israel.* Gedeon, fuit figura Christi: *Gedeon, Christum significat*, dixit Isidorus. Ros, significat gratiam: *Israelitas quadam gratia potitos esse*, ait Theodoretus. Vellus Mariam exprimit: *Maria vellus Gedeonis*, ait Ephren. Igitur in sola plenitudine velleris rore, mansit Gedeon securus, Salvatorem Israel futurum esse, si enim Maria fuit vellus, & ros gratię; sola plenitudine gratiæ in Maria, cum concepta fuit, Christus stètit glorioſisimè Salvator. Ideò coronam in Cruce oblatam admisit, quia cum esset trophæum Salvatoris, & ex floribus Nazarenis, quibus Maria coronavit, dum eum concepit in utero, hæc sola corona puritatis Mariæ illi trophæum majoris gloriæ erat: *Jesus Nazarenus.*

Judicũ 6.

41 Sed adhùc considero: *Rex Judæorum.* Cur admisit hìc, & non in monte? In monte obtulerunt coronam, & regnum tantum; in Cruce plusquam Regnum. In monte, coronam regiam absque corona puritatis, & illam spernit; in Cruce, Rex declaratur, cum laudant floridum, seu Nazarenum: *Jesus Nazarenus Rex.* Et hæc corona florum Nazareth, tantum elevat coronam regni, quod hæc

UVA. BHSC. BU 08453

hæc ſiſtit in capite Chriſti, quia elevata floribus Nazarenis.

42 In extremitate Sacerdotalis tunicæ, videbantur coronæ multiplicatæ in granatis,& etiam inſpiciebantur collocatæ in columnis, quas Salomon collocavit in templo.Cur in veſte,coronæ tam inferius poſsitæ, & in columnis,tam elevatæ? Quæ in columnis collocabantur, lilijs unitæ erant; quæ in tunica,lilijs carebant: igitur illæ elevatæ fuerunt, quia à lilijs tanquam à trophæis puritatis æſtimationem receperunt, & non habuerunt coronæ Sacerdotalis tunicæ, quia lilijs caruere.

43 Jam intelligi poteſt, cur Chriſtus titulum Regis, quo in Cruce coronatus fuit admiſsit,cum repuliſſet regnum,coronamque in monte, quia coronæ montis defuit florũ corona, quæ trophæum glorioſum victoriæ Chriſti contra originale peccatum in Conceprione Mariæ, fuit, & ideò illam parvipendit: *Fugit,&c.* Corona Crucis,quãvis fuit Regia, unita erat floribus Nazarenis : *Jeſus Nazarenus Rex.* Cum enim fuit corona ex floribus formata, qua Maria ornavit Chriſtum, quando in utero fuit naturæ humanæ unitum Divinũ Verbũ:*Vallatus lilijs*,uti trophæo puritatis qua formavit in Conceptione,victoriam contra originalem culpam conſequens, ideò apretiavit, & admiſsit illam in Cruce : *Jeſus Nazarenus.*

44 Hæc eſt corona, quã Maria dedit Chriſto propter victoriam contra originalem culpam in gratię Conceptionem, & quæ ſiſtit in palma apprehẽſa manu illa in ænigmatè ſcuti, & quod exprimit littera : *Sine ipſo factum eſt nihil.* Quia in præſervatione Mariæ,Chriſtus ſumptum fecit ſui ſanguinis pretio,& meritis prævisis. Per Mariam præſervatio fuit, quia Maria ſumptum carnis fecit Chriſto,& ſanguinis, ut pateretur, & mereretur. Quilibet ad invicem alternant in conſecutione victoriæ adverſus originale peccatum ; ideò uterque,Maria, & Chriſtus lucrati ſunt coronas, utì trophæa glorioſa victoriæ. Cum enim mulier Evangelica vidit in utero Mariano,utì in palatio Regio Chriſti,& utì in ſepulchro originalis peccati, duplicem illam coronam ſculptam, exclamavit laudibus Chriſti,& Marię:*Beatus venter,qui te portavit.* Gratiæ victorias celebrans, ut Mariæ,Chriſtoque cedat in majorem gloriam,&c.

ORATIO

UVA. BHSC. BU 08453

ORATIO NONA, ET ULTIMA,

DE MYSTERIO

CONCEPTIONIS

B. VIRGINIS MARIÆ.

Beatus Venter, qui te portavit. Lucæ cap. 11.

1 VOX resonans hodie, auditur, ita sacra, utì Evangelica: *Extollens vocem.* Vox dulcis est, quia mulieris, impulsu fervoris, & zeli, animata: *Quædam mulier.* Vox tenera est, quia fœlicitatem Mariæ, & gloriam Christi celebrat: *Beatus Venter, qui te portavit.* Vox enim hæc ad devotè sentiendum, & ad admirationem movet: *Admiratæ sunt turbæ.* Sed quæ mulier est ista, quæ vocibus narrat fœlicitates, & cujus hæc fœlicitates sunt; fortè sui ipsius, vel alterius?

2 Recordamini illius mulieris ab Evangelista relatæ, quæ cum drachmam perdidisset, fatigata ex illo successu, quærit solicita, & cum invenisset, gaudet de inventione, & amicas, vicinasque invitat, ut congaudeant: *Congratulamini mihi, quia inveni drachmam, quam perdideram.* Est enim humana natura, quæ cum in primo homine à Deo fuisset dotata tot donis, & perfectionibus, & cum donum perfectius perdidisset, nempè gratiam, sivè originalem justitiam per illud primum peccatum, invenit in Maria post tot sæcula. Hæc extollit vocem hodie: *Extollens vocem.* Proprias fœlicitates celebrat, Mariam in sua Conceptione laudans: *Beatus venter.* Propter inventionem gratię, quam in paradiso perdiderat: *Quia inveni drachmam, &c.*

Luc. 15.

3 Scitis, quæ sit mulier hæc? Est enim Ecclesia, quæ varietate opinionum de puritate Mariæ in primo instan-

UVA. BHSC. BU 08453

tanti, impedita inveniebatur, sed desiderio exprimendi pro præservatione conceptum, anxiabatur: *Cruciabatur, ut pariat.* Sed falcem suæ authoritatis accendens luce pietatis,& rationis, in dignitate maternitatis fundatæ, ipsa lux Divini Verbi illuminavit ad inventionem drachmatis, nempè gratiæ,in Conceptione Mariæ, absque umbræ peccati offensione: *Inveni drachmam, &c.* Hæc est mystica mulier, quæ extollit vocem, Mariæ fœlicitatem celebrans, ex quo ipsius Dei Mater sit: *Beatus venter, &c.*

4 Nescio an sit hæc vox, quam sponsus audire desiderabat: *Sonet vox tua in auribus meis.* Quia appetebat ejus melodiam percipere: *Vox tua dulcis, &c.* Desiderabat fortè Deus, quòd sponsa sua Ecclesia diceret Mariæ puritatem in Conceptione, ut esset cognita, & ab omnibus laudata, utì privilegium peculiare hujus puræ creaturæ? Igitur ita est. Hæc est vox, quam inspiravit Deus suæ sponsæ Ecclesiæ, ut (sicut David decantavit) resonaret super omnes aquas populorum, ad Mariæ venerationem: *Vox Domini super aquas.* Vox quæ narrat potentiam, & liberalitatem Dei in Maria exercitam: *Vox Domini in virtute, vox Domini in magnificentia.* Hæc est vox, quæ cedros magis elevatas in scientia ad venerationem Mariæ reduxit, in hujus mysterij celebritate: *Vox Domini confringentis cedros, & confringet Dominus cedros Libani.* Hæc vox est, quæ exprimit secatam à Maria flammam originalis peccati,quæ omnis Adę filios comburit: *Vox Domini intercidentis flammam ignis.* Hæc est vox, quæ corda fidelium præparavit, hujus mysterij recondita aperiens: *Vox Domini præparantis cervos, & revelabit condensa.* Et per hanc vocem Ecclesiæ, quæ Mariæ puritatem celebrat in Conceptione, tot gloriæ hujus mysterij,Mariæ tribuuntur: *Et in templo ejus omnes dicent gloriam.*

Cantic. 2.

Ps. 28.

5 Scitis,quæ mulier hæc sit? Est igitur religio pauperrima, & Apostolica, seraphica enim, quæ habet Patrem seraphicum, & veluti alium Christum: hæc extollit vocem: *Extollens vocem, &c.* Ait enim,quòd ipsa est, quæ invenit in Maria drachmam gratiæ,& originalis justitiæ,quam primus parés perdiderat: *Inveni drach-*

UVA. BHSC. BU 08453

mam, &c. Accendit falcem doctrinæ Theologicæ, lucem ejus augens ſubtilitate, faſtigio, & devotionis ardore. Verrit, & ſcrutavit abſcondita myſteria Sacræ Scripturæ, cogitationes Sanctorum Patrum, fluenta Divinæ bonitatis, & omnipotentiæ, altitudinem dignitatis Matris Dei, latitudinem meritorum Verbi incarnati, & redemptionis majorem excellentiam, & invenit drachmam juſtitiæ originalis in primo inſtanti Conceptionis Mariæ: *Inveni drachmam, &c.* Ideò dedit, dabitque omnes labores, faſtigia, & fluenta, ut ſuam faciat drachmam pretioſam hanc: *Dedit omnia ſua, & comparavit eam.* Et ſeipſam fœlicem prædicans in faſtigia, & labores pro Maria, ad ſtabiliendam primam gratiam, &c.

***

Beatus Venter, qui te portavit. Lucæ cap. 11.

6 STatim, quòd mulier Evangelij fixit oculos cõſiderationis in Maria, eam laudavit fœlicem, veluti Matrem Dei: *Beatus venter, qui te portavit.* Cum enim uterus Marianus fuiſſet ſepulchrum, ubi culpa originalis, quæ in Conceptione Virginis, vitam perdidit, ſepulta fuit, & domus ab æterna ſapientia ædificata, ut in ea fieret homo Deus, & primum ſolium poneret in terra inter Adæ filios, vidit mulier illa in ſcuto illius Regiæ domus, vel in lapide ſepulchri illius ænigmata puritatis, & nobilitatis Mariæ, & cum exemptam à culpa originale indicarent Virginem, extollit vocem, eam fœlicem laudans: *Beatus venter, &c.* videamus illa myſterioſa ænigmata, ut vocem in laudem puritatis Mariæ in Conceptione, ſociemus.

7 In ſcuto tria ſpatia videntur. In primo, quod varietate colorum oſtenditur, ſiſtit Civitas delineata turrium pulchritudine, murorum, & totius fabricæ majori fortitudine, artiſque dexteritate, & hæc littera ornat Civitatem: *Jeruſalem, quæ ædificatur ut Civitas*: deſumitur ex Pſalmiſta. In ſecundo ſpatio, cujus planum efformatur ex varietate undarum per modum maris, videtur navis omni pulchritudine conſtructa, & ornata omni apparatu ad ejus ſtructuram pertinente, & hac littera *Pſ. 121*

UVA. BHSC. BU 08453

Prover. 31. rā ornata: *Facta eſt quaſi navis inſtitoris*, deſūmitur ex Proverbijs. In tertio, & ultimo ſpatio, quod oſtenditur veluti raſum, & deſertum planum, videtur quædam arca fabricata meliori arte, intus, & foris aureis ſplendoribus cooperta, & hæc littera ex Exodo deſumpta: *Arca de lignis ſetim.* Hæc ænigmata ſunt, quæ ſculpta videntur in ſcuto Mariæ, veluti in palatio Regio ipſius Dei, & ut in ſepulchro originalis peccati, utì ſymbola nobilitatis, & puritatis Mariæ in primo inſtanti, & quibus allecta mulier illa, exclamavit in laudem Virginis. Sint enim hæc, ad laudandum Virginem motiva.

Exod. 25.

§. I.

8 IN primo ſpatio ſcuti, cujus campus varietate colorum oſtenditur, ſiſtit pro ænigmate pulchra Civitas hac littera ornata: *Jeruſalem, quæ ædificatur, ut Civitas.* Fuit enim Maria myſtica Civitas, quam ſapientia æterna fabricavit ad ejus habitationem. De hac Civitate, & ejus prima ædificatione intelligitur littera ænigmatis, ex Pſalmiſta deſumpta: *Fuit fundata, ideſt Concepta*, ait Buſtos. Fabricavit eam Deus fortitudine murorum inexpugnabilium, fundavit in ſolidis, cœmentis, & in ſoliditate donorum gratiæ ſuper omnes gratias, omniaque dona communicata, & diviſa inter omnes creaturas. *Serm.* 4

Buſt. p. 9. *Mar.*

9 Civitatem mirabilem vidit Joannes, quæ primum eſſe habuit in Cœlo, & ad terram translata fuit: *Civitatem Jeruſalem deſcendentem de Cœlo à Deo.* Quòd illa fuiſſet Maria eſt indubitabile, quia Tabernaculum Dei fuit: ſic eam appellavit Joannes: *Ecce Tabernaculum Dei cum hominibus.* Sed notetur deſcriptio, quam de illa facit. Erat nova: *Jeruſalem novam.* Quia ejus ædificatio fuit cum novitate, & à Deo primum eſſe accepit; *à Deo.* Omnia in illa ſplendores lucis fuerunt, quia tenebræ culpæ non ſunt in ea inventæ: *Habentem claritatem Dei.* Muro inexpugnabili ſtipata: *Habentem murum magnum, & altum.* Quia præventa fuit à Divina Omnipotentia, ut à prima culpa non redigeretur in captivitatem, & fundabatur ſuper lapides pretioſiores *Fundamenta muri Civita-* *Apocal.* 21.

UVA. BHSC. BU 08453

tis omni lapide pretiosa ornata. Quia gratia, in qua fuit fundata, super omnes gratias, & privilegia omnium creaturarum fuit. Igitur Deus ita liberalis, ac magnificus stetit in hac Civitate Mariæ in prima formatione, ut fecerit eam in illo instanti superasse omnes gratias, omniaque privilegia, quæ in omni ætate, & omni tempore omnes creaturæ habuerunt.

10 Jam intelligo elogia, quæ David de hac mystica Civitate dixit: *Gloriosa dicta sunt de te Civitas Dei.* Sed quæ sunt gloriæ ipsius Civitatis Dei? Ipse dixit: *Fundamenta ejus in montibus sanctis.* Principia ejus, primi lapides, cœmentaque fuerunt super altiores montes sanctitatis. Jeremias, & Baptista sanctificati fuerunt ante ortum, etenim suprà hos montes fuerunt fundamenta Civitatis mysticæ Mariæ, quia à casu fuit præservata, & prius illis montibus sanctitatis gratiæ splendores lucrata est: *In montibus sanctis.*

Ps. 86.

11 Fuerunt Angeli, (ut plures asserunt) & Adamus formati in gratia, & absque timore culpæ in illa prima formatione; igitur supra eminentiam horum montium fuit primum fundamentum Mariæ, quia Angeli, & Adamus absque oppositione legis fuerunt constructi, & gratia limitata; sed mystica Civitas Mariana intuitu legis universalis; & tanta eminentia gratiæ, quanta solum agnoscit superiorem Dei hominis gratiam: *In montibus sanctis.* Ratio hujus eminentiæ audiatur, quia ipse Propheta eam ostendit.

12 *Diligit Dominus portas Sion super omnia Tabernacula Jacob.* Quia supra amorem, quem Deus habuit omnibus Patriarchis in omnium dierum eorum spatio, Mariam in primo instanti dilexit, in porta, & ingressu hujus mysticæ Civitatis; ipse amor fecit eam in primo instanti excedere omnes in pretiositate donorum, & eminentia gratiæ: *Super omnia Tabernacula, &c.* Hoc fuit, Mariam concipi in primo instanti, veluti Civitas, in gratiæ fortitudine.

Ibi.

13 Ad litteram ænigmatis considerationem convertamus. *Ædificatur ut Civitas.* Idem est Civitas, ac unio, & concordia habitantium in ea: *Civitas dicitur quasi Civium unitas,* ait

Lib. 5. Ethim. cap. 2.

UVA. BHSC. BU 08453

ait Isidorus. Notate mysterium, nempè Mariam concipi, veluti Civitas. In Civitate animæ, habitatores sunt spiritus, ratio, appetitus, sensualitas, cogitationes, affectus, & desideria. Originalis culpa divisit in Adamo, & descendentibus hos habitatores, qui antea uniti erant per originalem justitiam. Opposita manserunt appetitus, & ratio; sensualitas, & spiritus: *Caro concupiscit adversus spiritum*, dixit Apostolus. Sed scitote, quòd Maria ædificata est in Conceptione, veluti Civitas; quia in illa non fuit divisio habitantium, sed pax, unio, mirabilisque concordia, quibus in primis cæmentis formata est Civitas: *Ædificatur ut Civitas.* Nunc Alexander de Ales: *Ipsa fuit Civitas; quia in ea fuit rationis, & sensualitatis plena concordia.* Sed si Maria fuit Adami filia, & hic primus Parens dereliquit unionem dissolutam, ut posteri non conciperentur uti Civitas; cur Maria concipitur illa unione, & concordia? Idem David cujus est discursus, solutionem tribuit.

Rom. 5.

Ales in Ps. 86.

14 Scitote, quòd fluenta impetuosa fluminis Civitatem Dei lætificat. *Fluminis impetus lætificat Civitatem Dei.* Illa Civitas est Maria; sed quid flumen illud? Fluvius gratiæ) ait Alanus de Insulis) qui eam solidavit, & ab hostilitatibus defendit: *Fluvius gratiæ muniens Civitatem sic, quòd non timeat incursum hostilem.*

Psal. 45

Alanus de insulis ibi.

15 Non vidistis Civitatem inexpugnabilē propter fluvium eam circundantem? Notatis, quòd fluvius ille, priùs est Civitate? Hoc est mysterium fluminis gratiæ in Maria, concepta fuit Civitas; sed priùs advènit impetus gratiæ, quàm Civitas formaretur legibus naturæ: *Tantisper spectavit natura*, ait Damascenus. Natura non ausa fuit manum ponere in hujus Civitatis formatione, usque pervenit divinæ gratiæ impetus: *Nos enim ante divinam gratiam ipsa ausa est excipere, sed cum illa accessisset, matrix, quæ prius erat clausa, suas portas aperuit*, ait Germanus. Cum enim gratia impedivit ingressum peccati originalis cum natura, non fuerunt dissoluti habitatores; nō hæreditavit Maria deordinationem illorum, & cum proprietate fuit concepta, veluti Civitas mystica: *Ædificatur ut Civitas.*

Damascen. de Virgin.

Germa. encom. de Virgin. præsent.

16 Audiamus elogium

UVA. BHSC. BU 08453

gium in Evangelio : *Beatus venter*. Prius ponit fœlicitatem : *Beatus*, poſtea ſubjectum illius, quod venter eſt: *Venter*; quia ſi prius ventrem poneret, natura prius eſſet, quam gratia : ſed cum impetus hujus, prævenit efficacitatem illius, in Maria eſſe non potuit culpæ infœlicitas, & concepta fuit fœlix cum gratia : *Beatus*, &c. Ideò in primo inſtanti concepta fuit ut Civitas. Hæc eſt ænigma, quæ in primo ſcuti ſpatio oſtenditur, utì in ſupremi Regis Palatio, & culpæ originalis ſepulchro, & hic litteræ ſenſus : *Ædificatur ut Civitas.*

§. II.

17 IN ſecundo ſpatio ſcuti, quod in modum maris formatur, oſtenditur pro ænigmate, navis pulchra omni apparatu ſtipata ad firmitatem ſuæ artificioſæ fabricæ, & hæc littera ex proverbijs: *Facta eſt quaſi navis inſtitoris.* Symbolum Mariæ eſt, cujus uterus fuit navis, ubi navigavit filius Dei, à ſinu Patris Æterni, uſque ad portum mortalitatis: *Ipſa eſt navicula, in qua transfretavit filius Dei de littore immortalitatis uſque ad littus mortalitatis*, ait Albertus Magnus. Sed ſtylus litteræ notetur, quæ loquitur de fabrica, & formatione navis : *Facta eſt*, &c. Fuit fabrica formationis Mariæ, quando primum eſſe in Conceptione accepit. Fuit enim concepta, utì navi ſupremi mercatoris, qui Rex, Dominuſque univerſalis eſt natura ſua ; & neceſſum fuit, quòd formaretur libera, & abſque tributo, & ſubjectione legi culpæ originalis.

18 Hæc navis, Maria, nempè, fabricata eſt, ut in mundum adduceret theſaurum, quo univerſus, mundus redimendus erat, & omnis progenies Adami, quæ ſiſtebat in captivitate culpæ: *Nobis attulit theſaurum magnum, ſcilicet Chriſtum*, ait Buſtos. Igitur, ut hanc redemptionem, & emptionem ſecuram reddiret, præſervari debebat navis Marię, propria hæreditas Dei manens per gratiam, & à captivitate culpæ libera. *Buſtos in Mar.*

19 Jeremiæ dixit Deus, cum Jeruſalem in obſidione à Chaldeis conſtituta erat ; quod Civitas in captivitatem deſumēda erat, & omnes habitatores à Rege uſque ad infimum, & ad Babyloniam captivi deducendi : *Ecce dabo iſtam Civitatem in manus Regis Babylonis*, *Jerem.* 32.

Prov. 31.

Albert. Magn. Bibliot. Mar.

UVA. BHSC. BU 08453

nis, & capient eam. Sed dico tibi, quòd emas possessionem, terram, & campum tui consanguinei Hanameel; quæ terra est Benjamin, & omni sumptu emes: *Eme agrum argento.* Terram emit; instrumentum emptionis factum fuit; & titulis possessionis factis, dedit illos Baruch, ut servaret usque quo Divina providentia disponeret, quod velet. Hoc fuit factum.

20 Sed instantia offertur, sicut Propheta fecit. Si omnis Civitas in captivitatem decurrenda erat, ad quid campi emptio? Ad quidque deserviret? *Ecce urbs ista data est in manu Chaldeorum; & tu dicis mihi: eme agrum argento?* Dixit Deo Propheta, emé illum, ait illi Deus: *Eme agrum.* Particularis providentia Dei fuit, ut Israelitæ intelligerent, quòd illo agro præservato ante captivitatem, securi de redemptione à captivitate, poterant vivere: *In signum futuræ liberationis, ut hac emptione prædiceret futuram à captivitate libertatem*, ait Hugo. Igitur Deus prævidens Jerusalem redigendam esse in captivitatem; ante captiverium, unam possessionem illius Civitatis præservavit, omni sumptu emens, & ad curam ipsius manens possessio illa, ut certos captivos de sua libertate faceret.

Hugo Card. ibi.

21 Hoc enim est mirabile mysterium præservationis Mariæ in Conceptione sua per gratiam. Omnes filij Adæ captivi futuri erant in servitutem Diaboli per originalem culpam. Deus homo factus, eos erat redempturus sanguinis sui pretio. Quid enim fecit ipse Deus? Ante captiverium hominum, præservavit unicam possessionem tantum totius Populi naturæ humanæ: Verbum Divinum fuit ordinatum, ut redemptor, omnium hominum; sed in spatijs suæ æternitatis pretium applicavit ad præservationem Mariæ: *Ex morte ejusdem filij sui prævisa, eam ab omni labe præservasti*; ait Ecclesia. Ut manente libera à captivitate, signum foret, quòd Deus pretium ad redimendum hominem, daturus erat: *Ut hac emptione, &c.*

In Orat. Officij Concept Ordin.

22 Deus Mariam emit sibi in suæ æternitatis decretis, propriam possessionē faciens: *Dominus possedit me in initio viarum suarum*, ante captivitatem, in qua filij Adami stituri erant: *Ante quam quidquam faceret à principio*; & cum culpa

Proverbior. 8.

UVA. BHSC. BU 08453

vinctos fecit omnes, mansit Maria libera uti possessio Dei, & pignus redemptionis omnium: *In signum futuræ liberationis.*

23 Iterum textum proverbiorum, (qui littera ænigmatis est) consideremus: *Facta est quasi navis institoris.* Quòd concepta fuit Maria veluti navis; quia adduxit thesaurum à longinquo: *De longè portans panem suũ.* Mysterium notate. Maria concepta fuit in tempore, quando fuit animatio realis, & esse illius verificatum est; sed pretium, quod Deus dedit, ut à culpa præservaretur, applicatum fuit, & appropriatum multis retroactis sæculis ante formationem, & realem Conceptionem, in spatio æternitatis, quando mortem filij sui humanitate vestiti, prævidit Deus: *Ex morte ejusdem filij sui prævisa, &c.* ideo ait, quod à longinquo portavit sumptus: *De longè portans.*

24 Sed adhuc amplius considerandum est. Ait, quod portavit panem suum: *Panem suum.* Suum appellat, quia sumptus fuit proprius, cum haberet possessionem gratiæ ex voluntate Divina tot sæcula ante quam esse reale haberet: *Panem suum.* Amplius. Suum appellat. Ille panis fuit sumptus, qui tribuendus erat pro hominum redemptione. Hoc, caro, & humanitas, fuit, Divinitati unita in persona Divini Verbi; cum enim hoc totum ex Maria desumptum fuisset, ex ejus carne, nempè, & sanguine; ideo suum appellat; quia sumptum illius pretij posuit ipsa ad humanam redemptionem. Cum enim fuit pretium à Maria exhibitum, & ipsa navis fuit, quæ transfretavit, ipsa fuit præservata à legibus, & tyrannide peccati originalis: *Panem suum.*

25 Pretium illud panem appellat; quia cum alimentum ad proportionem generat; merita Christi prævisa in æternitate fuerunt, quæ applicata Mariæ, generaverunt puritatem ad proportionem; & ex ipsa puritate generatum est pretium, & sumptus puritatis exhibitæ in pretio ad hominum redemptionem. Ideò ait, quod pretium illud fuit panis suus: *Panem suum.* Hoc, est mysterium ænigmatis in nave illa, & quod exprimit littera: *Facta est quasi navis institoris.* Quod movit mulierem ad laudandum Mariæ: *Beatus venter.*

***

§.

UVA. BHSC. BU 08453

§. III.

26 IN tertio ſpatio ſcuti, quod oſtenditur veluti deſertum, ſculpta videtur arca omni dexteritate fabricata, aureis ſplendoribus ornata intus, & foris, & hæc littera ex Exodo: *Arca de lignis ſetim.* Figura Mariæ, hæc arca eſt. Ejus formatio, Conceptionis Virginis ſymbolum eſt. Arca teſtamenti fabricata eſt, ut in illa Deus ſuam oſtentare omnipotentiam, ad mannæ Tabernaculum, virgæ, & Tabularum legis. Maria concepta fuit, ut eſſet tabernaculum Dei viventis: *Ecce Tabernaculum Dei cum hominibus.* Concepta eſt, ut Divina omnipotentia ſui oſtentationem faceret, & ſuæ liberalitatis exhiberet pignora ſupremæ excellentiæ. Etenim arca illa veteris teſtamenti figura exprimens Mariam ſtetit. Sed fabrica notetur, ut intelligatur figuræ expreſsio, quæ Conceptionis Virginis eſt.

27 Arca, ad ipſiuſmet cultum fabricanda eſt, dixit Moyſi Deus; ſed materia ex qua fienda eſt, lignum ſetim, erit: *Arcam de lignis ſetim compingite.* Intus, & foris deauranda eſt: *Deaurabis eam auro mundiſsimo intus, & foris.* Longitudo duorum cubitorum, & ſemi cubitus: *Longitudo habeat duos, & ſemis cubitos*, & corona aurea pro trophæo deſerviet: *Coronam auream per circuitum.* Cum enim arca figura Mariæ erat, fabricata fuit ex materia incorruptibili; quia vera arca concipienda erat abſque culpæ Conceptione: *De lignis ſetim; de lignis imputribilibus* (ait Buſtos) *ideſt ab omni peccatorum putredine præſervata.* Intus, foriſque ſplendoribus aureis; quia in Conceptione Mariæ ſplenduerunt incendia Divini amoris. Corona utì trophæum ſignum, nempè victoriæ, quam conſecuta eſt contra originalem culpam; ſignificans in figura, quod arca figurata concipienda erat veluti Regina, & attributo peccati immunis.

Buſtos in Morial.

28 Duplici, & dimidio cubito in longitudine; quia ſi in privilegijs gratiæ, & ſanctitatis non pervenit ad adæquationem Divinæ Trinitatis; quia ſanctitas Mariæ limitata; Dei vero infinita; ſuperexcelluit duplicem limeam Angelorum, & hominum. Sic formata fuit Maria arca myſtica ſingulari gratiæ privilegio, abſque eo, quod

Exodi 25.

UVA. BHSC. BU 08453

undæ originalis culpæ eam opprimerent : aquæ primi peccati absorbuerunt omnes Adami descendentes , sed dum Maria formabatur , utì in violentiam , redigerunt cursum velocem , fluenta retinentes , ut Maria in Conceptione ab undis , libera egrederetur.

29 Suum cursum velocem sequebantur aquæ Jordanis , impetu decurrentes per vias, & semitas antiquas. Sed casus accidit , in quo suspensæ manentes , stitit cursus fluentium : *Steterunt aquæ.* Casus mirabilis! Cursum suspenderunt absque offensione Israelis, & arcæ: *Qui portabant arcam stabant super siccam humum in medio Jordanis.* Sed quæ virtus, respectus vè, cursum impetuosum aquarum suspendit? Textus exprimit ad Mariæ gloriam : *Defecerunt aquæ Jordanis ante arcam fœderis Domini.* Plures Ægyptios absorbuerunt aquæ : aliquos Israelitas tetigerunt: *Pedibus eorum in parte aquæ tinctis*; sed ad aspectum arcæ, suspensæ fuerunt in cursu absque tactu in arca: *Defecerunt , &c.*

Josue 3.

30 Submersi sunt omnes filij Adæ in culpæ originalis undis; pauci, brevi intervalo, inter illa fluenta fuerunt ; sed cum advênit Maria , defecerunt cursus impetuosi aquarum : *Defecerunt, &c.* Nequivit Serpens, aquis mortiferis eam inficere ; præventa fuit à brachio Divino, medicina gratiæ. Fabricata fuit arca mystica , non solum fluenta culpæ rètrahens , ut non attingerent; sed quando impetus aquarum illam absorbère tentabunt ; sub dominio Mariæ inventi sunt, & ab illa conculcati.

31 Recordamini destructionis ab aquis diluvij universalis , factæ. Omnem terram absorbuerunt , quin montes altissimi ruinam evitarent , & oppressionem: *Aquæ prævaluerunt nimis super terram.* Sed advertite; arcam non solum inoffensam aquis; sed aquas superans, & calcans : *Arca ferebatur super aquas.* Illæ aquæ fluenta culpæ fuerunt , quæ omnes Adæ filios absorbuerunt; illa arca vero est Maria, quæ præservata calcavit undas , illas dominans : *Arca ferebatur super aquas.* Formata fuit ex incorruptibili materia gratiæ : *De lignis setim.* Ideò pro ænigmate arca deservit, ad significandum Conceptionis suæ puritatem; quia sicut illa veteris testamenti ex incorruptibili materia constructa fuit , & mystica

Genes. 3.

fi-

UVA. BHSC. BU 08453

figura fuit Arcæ myſticæ Mariæ, nempè, hæc mirabilis creatura fuit formata in ſuo primo inſtanti, ſumptu gratiæ. Hoc exprimit littera originalis: *Arca de lignis ſetim.*

32 Sic pulchrificatur palatium Principis æternitatis ſcuto mirabili, ubi ſignificatur puritas Mariæ: pulcherrima Civitate, quam in ſua Conceptione habuit per gratiam, nempè unionem appetitivum rationi: *Ædificatur ut Civitas.* Nave architecturæ melioris, quæ adducens è porto æternitatis ipſum Deum, utì pretium ad hominis redemptionem, fuit præſervata à communi tributo culpæ originalis: *Faſta eſt quaſi navis*, & arca pretioſa materiæ incorruptibilis; quia gratia non dereliquit locum, & corruptio communis ingrederetur: *Arca de lignis ſetim.* Hæc ænigmata in lapide ſepulchri peccati originalis ſculpta ſiſtunt, quòd uterus Mariæ eſt, ideò illa mulier, ut illum vidit. extollit vocem, ejus fœlicitatem celebrans: *Beatus venter, &c.* quia in primo inſtanti Conceptionis regnavit in Maria gratia,

&c.

ORA:

UVA. BHSC. BU 08453

ORATIO DECIMA
DE NATIVITATE
B. VIRGINIS MARIÆ
PRÆSENTE SS. SACRAMENTO.

Liber generationis Jesu-Christi, &c. Matth. c. 1.

Caro mea verè est cibus. Joann. 6.

1

NOnne, hæc dies solemnior, huic Ecclesiæ, est? Judicabam, sic asserere Ecclesiasticum: *A Luna signum diei festi.* Dies Lunæ, dies festivitas est; dies in qua nascitur Luna, & ejus pulcherrimæ luces ostenduntur. Sic suadebat David: *Buccinate in neomenia tuba, in insigni die solemnitatis vestræ.* Erat dies novi Luni: *Sivè novilunium*, ait Cornelius. Igitur hæc dies, in qua, pulchra Luna Mariæ nata fuit, & Divinus Sol Eucharisticus ostentatur, huic domui, solemnior est: *Festo neomeniæ succedit festum Nativitatis Virginis; in qua primo apparuit illuminatio Solis*, ait Doctor Angelicus. Hæc enim dies est, in qua cultus Religionis destruit cultum indebitum, quem Virgines Lacedæmoniæ tributabant.

Eccles. 43.

Psalm. 80.

Alapide ibi.

D. Th. 1. 52. q. 103. artic. 3.

2 Dianam (quam Mythologici Lunam intelligunt) celebrabant, non vero solam, sed victi colligatam; quòd (ut asserit Calepinus) interpretatur *Agnus castus. Apud Lacedæmonios Dianę simulachrum victice colligatum colebatur*, ait Pierius. Deliramenta fuere illa; quia Deitati falsæ cultus offerebantur; sed hac die veri cultus sunt, meliori Dianæ, Mariæ, scilicet, consecrantur in sui ortus splendoribus, & Agno immaculato Dei inter accidentium lilia candi-

Calep. verbo victicu.

Pierius

UVA. BHSC. BU 08453

da: *In insigni die, &c.*

3 Sed hujus diei solemnitas non sistit tantum in hujus templi celebritate, sed ultrà, omnibus participatur. Recordatis portentum illud, quod àccidit tempore Josuè? Steterunt Sol, & Luna, constituentes diem, qui major fuit inter omnes. Cætera astra cujuscumq; hierarchiæ suum cursum suspenderunt, portentum planetarum superiorum venerantia. Sic asserunt Sacri Interpretes. Notate mysterium.

Josuè 10.

4 Detentio Solis fuit, quando ad occasum declinabat. Est enim hora illa, in qua Luna ostenditur, ut cursum suum faciat. Igitur, dum Sol cecidisset ad occidentem, & ad manifestationem Lunæ, àccidit mirabilis duarum Planetarum detentio: *Sol, & Luna steterunt.* Et hoc est, quod alia astra venerantur suspensionem sui cursus.

5 Ad occasum suum cadebat Sol Christi, quando Sacramentum instituit: *Pridie quàm pateretur.* Maria pulchra Luna ostensa fuit in ejus ortu: *Progreditur pulchra, ut Luna.* Cum enim Planetæ ipsi majores cursum suspendunt, majorem diem formant, & solemniorem, & alia omnia astra inferiora cursum suum suspendunt ad venerationem: *Steterunt Sol, & Luna, &c.*

Eccles. in Canõ Missæ. Cantic. 6

6 Adhùc judicabam diem hanc esse festivam, & solemnem ipsi Deo, quia in illa suorum desideriorum satisfactionem habet.

7 Sponsa reffert sui dilecti voces, quibus suadebat ad celeritatem gressus: *En dilectus meus loquitur mihi, surge, propera amica mea.* Voces Dei erant, qui carnem sumere desiderans in Mariæ visceribus, suadebat, ut ad ortum in hunc mundum properaret: *Quasi verba desiderantis, festinantis, & optantis: tanquam parenti loquebatur mihi, me jubebat surgere, properari, idest nasci, & hospitium ventris mei sibi cito præparari,* ait Rupertus in persona Mariæ.

Cantic. 2.

Rupert.

8 Igitur, si Dei desideria, ut Maria nasceretur, propter assumptionem carnis erant in ejus utero Virgineo, & in meliori Philosophia: *Propter quod unumquodque est tale, illud magis est tale.* Et in Sacramento continetur ipsa caro, quam assumere Deus desiderabat: *Caro mea est verè cibus.* Hac die, in qua Maria nascitur, & in Sacramento offertur caro, quam desiderabat Deus, anxietates Dei satisfac-

Ex Philosophia

UVA. BHSC. BU 08453

factionem habent: *Desiderantis*, &c. Ad diem omnibus solemnem requiritur in Oratore maxima gratia, &c.

AVE MARIA.

Liber Generationis, &c. De qua natus est Jesus, &c.

Caro mea verè est Cibus, &c. Matth. 1. Joan. 6.

9 MARIAM appellat Evāgelista Librum mysticum: *Liber*, quia fuit in cujus Sacris folijs omnipotens scripsit, calamo omnipotentiæ, mysteria superna. Quodlibet folium hujus libri mystici, amplum caput continet, & quodlibet caput mysterium reconditum Virginis Mariæ. Hunc librum devolvere tento. Primum folium considero, quod candido campo ostenditur, quin punctum minutissimum inveniatur in illo; quia Conceptionem Mariæ continet, quæ undècumque puritate gratiæ nitet, & hoc primum mysterium est: *Macula non est in te.* Ad folium secundum transeo.

Cantic. 4.

10 Hic ostenditur contentum in hoc capite per ænigmata in scuto: Orbis cœlestis delineatur, nec ex toto occultus in umbris, nec ex toto splendoribus vestitus. Ex parte orientali, ostenditur aurora egrediens pulchritudine splendorum amicta, & hæc littera Canticorum ornata: *Progreditur quasi aurora consurgens.* In parte occidentali, pulcherrimus sol videtur, partim inter umbras occasus, partimque ad orientem respiciens, & ab aurora luminis fluenta recipiens, & littera hæc, ex Evangelio, & ex Malachia desumpta, procedens ab aurora, usque ad solem: *De qua natus est Sol Justitiæ.* Hoc continet Liber ille mysticus in secundo folio. Si enim mysterium secundum Mariæ, ejus fœliciſsimus ortus est; hic delineatur in ænigmate, cujus intelligentiam per discursum tradere transeo.

Idem 6.

Matth. 1.

Malac. 4.

§. I.

11 PRimum in ænigmate, in folio secundo mystici libri, est in orbe cœlesti ad partem orientalem aurora egrediens, splendoribus amicta, & hæc littera: *Progreditur quasi aurora consurgens.* Hac littera, filiæ Sion laudant sponsam, formatis chorus dulciſsimis vocibus: *Verba sunt chori sodа-*

Menoc. ibi.

UVA. BHSC. BU 08453

dalium ſponſi, & ſponſæ, ait Menochius. Ortum ſuum laudabant, utì fœlicem undèquaque: *Velut ortus auroræ*, legit Arabigus. Si enim Maria ſponſa eſt, & in ſecundo folio libri myſteriorum ipſius, ſub auroræ metaphora deſcribitur, voces chori illius ortum Mariæ in metaphora auroræ cèlebrant: *Progreditur quaſi aurora.* Veluti aurora, Maria fuit nata, mundo adducens plenitudinem fœlicitatum: *Maria conſurgente, aurora eſt, quaſi forma totius bonitatis*, ait Magnus Albertus.

Arabig.

Albert. Magn.

12 Perſuaſione auroræ à proximantis tentavit liberari è brachijs Jacob, vir ille, qui cum eo luctabatur in medio noctis: *Dimitte me, jam enim aſcendit aurora.* Vir ille erat Angelus in realitate, ſed pro Deo ſubſtituens: *Erat Angelus perſonaliter, ſed Deus repræſentativè*, ait Cornelius. Luctamen erat contentio Patriarcharum cũ ipſo Deo, ut promiſſa concederet illis in facto: *Sancti Patres deſignantur, qui luctantes cum Domino precibus, & lachrymis obtinere à Domino incarnationem*, dixit Haylgrinus. Et deſiderijs ſatisfaciebat Deus proximatione aurorę: *Jam enim aſcendit aurora.* Idem fuit, ac ſi Deus diceret, ceſſare à precibus, quia jam Maria proxima erat ad ortum, & in illa omnia bona ipſis: *Ceſſet inſtantia veſtri luctaminis* (ait idem) *quia lux naſcitur, jam enim aſcendit aurora, videlicèt Maria, quæ vobis pariet verum ſolem, in quo benedicentur omnes gentes.*

Geneſ. 32.

Alapid.

Haylgr.

13 Maria orta fuit aurora fœcunda miſericordijs ad remedium mortalium; ideò Deus dicebat Jacob dimittere eum, quia in aurora Mariæ, quæ approximabatur, reſponſum propitium ſuarum precum habebat: *Conſurgente hac fulgentiſsima aurora ait: Dimitte me, ecce aurora miſericordiæ Mariæ aſcendit, ad illam à modo recurre, ab illa poſtulato quidquid vis*, ait Bernardus. Sed nec luctamen, nec auroram ſinamus, qua Deus deſiderijs Patriarcharum ſatisfecit: *Jam enim aſcendit aurora*, Tertulianus legit: *Aſcendit Lucifer.* Luctamen fecit inter umbras noctis: *Luctabatur uſque ad manè.* Et cum Lucifer matutinus primus eſt, qui umbras fugat, ſatisfecit Deus Jacob à proximatione Luciferi, quo evanui debebant noctis tenebræ: *Jam enim aſcendit Lucifer.*

S. Bern.

Tertul.

Stra-

UVA. BHSC. BU 08453

14 Statum populi, Dei absentia constituti luctamen figurabat: *Lucta figurabat statum Israelitarum, quod ob eorum peccata Deus ab eis recedere voluit*, ait Alapide. Ab illo primo peccato dicebant in obscura nocte tenebrarum, ait Damianus: *Ab illo Adami lapsu tenebræ factæ sunt super universam terram, usque ad Virginem, nec inventus est, qui tenebras dissiparet, donec in densissimam conglobatam nigredinem, humanum genus nocte terribili sepelivit.* Lucta Patriarcharum erat contentio continuata cum ipso Deo, ut à tenebris noctis liberaret eos, & lucem tenebras fugantem, mitteret.

Cornel. ibi.

Damianus.

15 Recordamini clamorum, qui in Idumæa audiebantur, ut Isaìas reffert, ex oppressione longinquæ noctis, in qua vivebant: *Onas Duma clamat ex Sair: custos quid de nocte?* Instanter Deo petebant, ait Augustinus, & Gregorius: *O Deus, qui es custos hominum ad te clamat populus gentilis, & peccator, quid de nocte de tanta tribulatione fiet? Quandiu in hac nocte ignorantiæ, peccatorum, & miseriæ versabimur? Quando adderit mane, quo sol justitiæ Christus oriatur?* Hæc anxietas Patriarcharum erat, hæcque lucta cum ipso Deo, & in omnium persona repræsentavit Jacob nocte illa. Et usque quo permansit nox? *Usque ad Virginem*, ait Damianus, quia in ortu Mariæ, apparuit veluti aurora: *Sed nata Virgine surrexit aurora, quia Maria prævia lucis nativitate sua manè clarissimum serenavit.*

Isaì. 21

Augusti.

Gregor.

Damianus.

16 Igitur hæc aurora, Maria, nempè, est in qua Deus libertatem ab umbris promittit: *Jam ascendit aurora, Lucifer.* Veluti Lucifer matutinus, qui initiat umbrarum fugam: *Veluti placidus Lucifer in medio caliginis, tenebrosa nocte repente mundo apparuit*, ait Antistes de Villanova. Veluti aurora, sivè Lucifer manè, umbras èxulans, quas primum peccatum diffudit: *Rectè auroræ implesti officium* (ait Bernardus) *ipse sol justitiæ in te lucis suæ radios copiosè transfundit, quibus potestates tenebrarum, quas Eva produxit, in fugam convertisti.*

S. Thomàs de Villan.

Bernardus.

17 Balaàm annuntiavit stellam, sivè Luciferum oriri, quæ principes tenebrarum fugatura erat: *Orietur stella ex Jacob, & percutiet duces Moab, vastabitque omnes filios*

Numer. 24.

UVA. BHSC. BU 08453

Ex littera.

filios Seth. Hæc ſtella, eſt Maria, & matutina. *Stella matutina*, & aurora, ſivè Lucifer, ad cujus ortum,(ait Deus Jacob) umbræ ceſſabunt. *Jam aſcendit Aurora; Lucifer.*

18 Adhuc reſtat conſiderandum in textu. Non ſolum petebant Idumęi libertatem ab umbris, ſed etiam, quòd manè adveniret, & olim fœlicem initiaret: *Quando àdderit mane, quo Sol Juſtitiæ Chriſtus oriatur*? ait Auguſtinus in perſona illorum. Optimè ſcit Philoſophus differentiam inter eſſe poſitivum formæ, & non eſſe præciſum privationis; quod notari debet, ut deſideria Idumęorum intelligantur; nempè ab umbris noctis liberari, & lucem diei videre; quod totum per Mariam advênit: *Sicut Aurora valde rutilans in mundum, progreſſa es ò Maria,* (ait Bernardus) *Ut verè diem ſalutis, diem propitiationis à tua claritate initiari dignum fuerit. Fœlix Aurora, fœlicis diei nuntia extitit. Talem Auroram talis diei, & talem diem talis Aurora decuit.*

19 Hanc enim cœleſtem auroram, quæ futura erat mane illius diei deſideratæ à Patriarchis, promiſſit, vel aſſeruit proximam Deus Jacob: *Jam aſcendit aurora.* Quòd jam adveniebat mane deſideratæ diei: *Diluculum* ſeptuaginta legunt. Lux fuit, quæ diem initiavit in mundi principio; & ipſam lucem, diem appellavit Deus: *Appellavit lucem, diem.* Maria enim non fuit aurora, mane, luxque, diem à Patriarchis deſideratum initiari? *Naſcente Maria incœpit mundo clareſcere*, ait Albertus Magnus; igitur ipſam auroram, mane, diemque ipſam, Mariam nempè, Deus promiſsit in ipſius Nativitate: *Jam aſcendit aurora, Lucifer, diluculum.* Hæc enim ænigmatis animavit, ubi ſub auroræ metaphora oſtenditur in ſecunda pagina libri myſtici, Maria in ejus ortu, & hæc littera *Progreditur quaſi aurora conſurgens.*

Gen. 1.

§. II.

20 SEcundo in ænigmate, oſtenditur Sol in occidente, partem coopertus umbris occaſus; partim oſtenſus, & ex fluentibus ſplendoribus auroræ accipiens, & ab aurora ad Solem illum procedit hæc littera: *De qua natus eſt ſol juſtitiæ.* Deſumpta eſt ex Evangelio, &

UVA. BHSC. BU 08453

ex Malachia. Sol, ſymbolum eſt Euchariſtiæ, ubi Deus thronum ſuum collocavit: *In Sole poſuit Tabernaculum ſuum*; quia in Euchariſtia, attributa Solis òbtinet: *Chriſtus in Euchariſtia Sol eſt*, dixit Chriſoſtomus. Sol ipſe Divinus ſiſtit in occidente: *Recolitur memoria paſsionis ejus.* Sed ad orientem ſuum reſpiciens, & ex Maria, veluti ex Aurora, accipiens ſuæ carnis, ſanguiniſque ſubſtantiæ ſumptum. Eſt enim Euchariſtiæ Sacramentum, Incarnationis extenſio; dixit Gislerius: *Sacramentum iſtud, extenſionem appellant Incarnationis*; quia cum in eo, eandem carnem exhibet, quam in Marianis viſceribus accepit; reflectitur in eo, ad eſſe tributum à Maria, tanquam ab aurora: *Dicitur aurora* (ait fidele) *quoniam ab ea, ſanctam habemus Euchariſtiam.*

Chriſoſtom.

Gisler. in Cant.

Fidele Euchar Chriſt.

21 Singularitas auroræ in eſſe naturali, notetur; accipit eſſe à Sole, quando ipſe orienti approximatur, & tribuit eſſe ipſi Soli, ſplendoribus auroræ orienti; quia cum ab ipſo Planeta fulgura accepit, aurora ſtetit fœcunda, ut lucem ſymbolicam pàreret. Ideò quidam depinxit auroram Solem producentem, hoc lemate: *Partu-*

rio eum, qui me peperit. Videte igitur hanc ſingularitatem in Maria, cum Sole Euchariſtico. Orta eſt, veluti aurora: *Quaſi aurora conſurgens.* Chriſtus Sol myſticus, dedit Mariæ eſſe in prima formatione, dum prævifus fuit in mortis occaſu: *Ex morte ejuſdem filij ſui prævifa, eam ab omni labe præſervaſti.* Igitur quando Maria, utì aurora, tribuit eſſe Chriſto, utì Soli; tribuat, ordinem ad Euchariſtiam dicens; ubi recopilans occaſum mortis, conformatur cum luce ipſius Solis, quæ eſſe tribuit Mariæ, utì auroræ, & orienti Solis ipſius: *Ex morte, &c.* Et dum Chriſtus in mortis occaſu ſiſtit in Sacramento, ad Mariam reflectat, utì auroram, cum in mundo naſcitur, ſignificans, quòd eſſe in Sacramento Solem, ex ipſa aurora participat: *Dicitur aurora, quoniam ab ea ſanctam habemus Euchariſtiam*; & quòd ad ortum ipſius auroræ, Sol Euchariſtiæ promittetur ſecurè.

Apud Picinelum.

22 Ad auroræ oſtenſionem, colligebant Iſraelitæ manna, quod fluebat è Cœlo: *Aurora illuſcente, colligebatur manna à filijs Iſrael*: ait Richardus à Sancto Laurentio; & ad ortum Mariæ manna Euchariſticum colligen-

Richardus à S. Laurent.

UVA. BHSC. BU 08453

gendum est, quod pluit in vellere sui uteri purissimi, & in campo mundi omnibus offertur.

23 Jam mysterium intelligetis Solis Eucharistici jungendi umbras sui occasus cum splendoribus sui ortus. Simul esse in mortis occidente in accidentibus Eucharisticis, & reflectens ad auroram Mariæ, ex virginalibus splendoribus illius renascens.

24 Sol in suo occasu moritur; & quotidie renascitur in oriente: *Oritur Sol, & occidit, & ad locum suum revertitur, ibique renascens*, ait Spiritus Sanctus. Quotidie experimur. Solem renasci, est reflectere ad suum primum ortum: *Ortus Solis videtur ejusdem Nativitas, quia ex aurora velut proles à Matre nasci concipitur*, ait Cornelius. Sed notetur Solem mori, renascique simul. Cum antipodæ moritur, huic renascitur emispherio; & cum huic moritur, antipodæ renascitur: *Ibique renascens*. Hoc mysterium Christi est, (dixit Chrisostomus) qui moriens in patiendi occasu, renascitur in ortu suo: *Ortus est nobis Sol justitiæ de Maria, secundum carnem genitus; occidit, quando post Crucem ad infernum descendit, & ad locum suum revertitur*. Igitur, si Christus renascitur quando moritur, & dum in occasu sistit, revertitur ad orientem, ad auroram reflectens, unde esse accepit; in Sacramento tantùm hanc mirabilem exercet conjunctionem.

Eccles. 1.

Alapide ibi.

Chris.

25 Mortuus est pro mortalium vita. In Sacramento suam mortem perpetuam reliquit, ut esset mortalium vita: *Caro mea est pro mundi vita*, & in Sacramento ad orientem reddit, ut ex aurora renascens, sit oriens vitæ in Eucharistia.

26 Decem reflexit lineas Sol in horologio Achaz: *Reversus est Sol decem lineis per gradus, quos descenderat*. Fuit enim descendere Solem à suo zenith, cum ad occasum declinabat, ad orientem; quia si in horologio lineæ descenderant; fuit, quia Sol ascenderat; & si reversus est, fecit descendés, *reversus est*. Portentum illud, signum fuit vitæ Ezechiæ: *Adjiciam super dies tuos quindecim annos. Hoc tibi signum erit, reverti faciam umbram in horologio Achaz in Sole decem lineis.*

Isaias 38.

27 Idem Sol erat quando in oriente, & quando in

UVA. BHSC. BU 08453

zenith, & ad descensum in occasu; sed ut signum vitæ esset, revertebatur ad orientem, ad renasci: *Hoc erit tibi signum*. Christus sol pulcherrimus, ascensus est ad thronum suæ glorię cum trophæis plagarum, utì sui occasus, memorialibus. In Eucharistia ad occidentem cadit, sed cum Eucharistia sit pro vita: *Pro mundi vita*, ut sit signum, oriensque vitæ, revertitur è zenith throni supremi decem lineis, novem, nempè, Choris Angelorum, & hominum, usque adSacramentum ubi renascitur: *Ibique renascens*, ubi fistens in mortis occasu: *Recolitur, &c.* Reflectitur ad orientem, ut ex aurora, nempè Maria, renascatur: *Oritur sol, & occidit, &c.*

28 Hanc reflexionem solis materialis, ab occasu ad orientem nec derelinquamus; quia maximum habet mysterium ad gloriam Mariæ, utì orientis illius solis: *Oritur sol, &c. ad locum suum revertitur.* Notate, quòd sol revertitur ad ortum suum anhelo, ut renascatur: *Anhelus oriẽs*, ait Arias Montanus. Totus sol ad suam primam auroram aspirat, dixit Aquila: *Aspirat*, anxietate desiderat denuò in ortu collocari: *Ad locum suum desìderat*, legit Cajetanus. Cur tot anxietates, desideria, & anhelus in sole, ut ad renascendum in oriente revertatur? Locum date discursui, ad solutionem.

Arias Montan

29 In oriente melius videntur pulchritudines splẽdoris sui, radia ejus magis polent benignitate, & temperantia, fructus meliores, & in abundantia producit, cum enim magis ostenditur sol in oriente, in perceptione lucis, in bonitate, & ubertate fructuum, quàm in occasu, aspirat, anxiatur, desìderatque reverti ad orientem ab occasu, ad majorem sui ostentationem: *Aspirat, desiderat, &c.*

30 Hoc est mysterium solis Eucharistici, in reflexione ab occasu ad ortum suum, à morte ad orientem, ut ex aurora renasci possit: *Aspirat, desiderat*, & anxiatur, quia ab illo oriente magis suam lucem, suamque virtutem ostentat, influxusque suos benigniores exhibet.

31 Totum contentum in Psalmo vigesimo primo, est agere de passione, & morte Christi, & cum ita sit assumptum illius, titulus debebat esse explicare vesperas pœnarum in paciendo; & non ita est, sed ex-

UVA. BHSC. BU 08453

exprimere quod accepit in manè naſcendi : *In finem pro ſuſceptione matutina.* Neſcio, ſi fortè fuit equivocatio linguæ proferentis, calami ſcribentis, vel typographi? Nullum horum fuit, ſed myſterioſa advertentia, ait Pintus: *Crederent oculatiſsimè id curaſſe.* Quia ſi Chriſtus in ſuo occaſu, ſol fuit inter tormenta moriendi, ut manifeſtaretur ſupremus ſol ille, neceſſum fuit, quòd memoria fieret ſui orientis, & auroræ, ad ſuarum ſplendorum illuſtrationem: *Undè præmiſſa ſuſceptione matutina in titulo, id eſt in aurora, in titulo illum, cujus Crucem, & occaſum deſcribebat, orientem, ſemper, & juſtitiæ ſolem declaret.*

Pſ. 21.

Pintus de Conception. antilog. 12. §. 7. *n.* 835.

32 Sed cur Chriſtus non illuſtratur proprijs ſplẽdoribus, ſed auroræ? Hanc difficultatem proponit prædictus Pater Pintus: *Cur, non tàm proprijs ſplendoribus, quàm à præmiſſa aurora exponitur ſol noſter?* Et ad noſtrum reſpondet intentum: quia cum exhibiturus ſit influxus cum benignitate ad fructum uberem, ſpecialis providentia fuit, quòd mediante aurora èxprimeret ſe, undè ortum habuit: *Quia ſuaviter operaturus, ſic gratiæ ſeriem diſpoſuit prædictis ſuprà effectibus diſponendis.* Ad temperationem radiorum, ad oſtenſionem ſplendorum, & ad uberes fructus, ſol ipſe, qui eſt in occaſu mortis, ſiſti debet in ſuo oriente, ut ex ſua renaſcatur aurora: *Ut juſtitiæ ſolem declaret, quia ſuaviter operaturus.* Ideò ſol Euchariſticus quando in Sacramento moritur, ad ortum ſuum reflectitur: *Oritur ſol, & occidit.* Ideò aſpirat, deſideratque ex ipſo occaſu renaſci ex aurora Maria: *Ad locum ſuum, ibique renaſcens.* Hoc eſt myſterioſum ænigma ſolis in ſymbolo, partim in occidente cum reflexione ad auroram, à qua eſſe accepit: *De qua natus eſt ſol juſtitiæ.*

33 Maria nata eſt pulchra aurora, ad deſideria antiquorum Patriarcharum, & Prophetarum adimplendum, plenitudine omnium fœlicitatum, umbras illius obſcuræ noctis à prima culpa cauſatæ, èxulans, & mundo clariſsimum diem formans: *Progreditur quaſi aurora conſurgens.* In lucem poſuit aurora ipſa pulcherrima ſolem illum, Chriſtum, nempè, & ſi ex ipſo in occaſu mortis prævifo, primum eſſe

UVA. BHSC. BU 08453

habuit aurora Mariæ, ipsa veluti aurora, esse tribuit ipsi soli in occasu Eucharistiæ, ubi quotidie moritur: *Recolitur, &c.* Undè reflectit ad orientem suæ auroræ ex sua renascens luce: *Oritur, & occidit*, ad suos splendores ostentandum, ad influxus benignè exhibendum, ut oriens vitæ sit, & ut, tribuendo fructus uberes gratiæ, sit Eucharisticus sol ex aurora Mariæ, pignus æternæ gloriæ, &c.

ORATIO UNDECIMA

DE PRÆSENTATIONE B. VIRGINIS MARIÆ IN TEMPLO, CUM ADVOCATIONE BONI SUCCESSI.

PRÆSENTE SS. SACRAMENTO.

Beatus Venter, qui te portavit. Lucæ cap. 11.

Caro mea verè est cibus. Joann. 6.

1. HOdie Maria in Templo præsentatur ipsi Deo, majori pulchritudine, quam Esthèr Assuero, Dei affectum àttrahens, ut veluti sponsam recipiat, opulentior Regina Sabà, meliori Salomoni in domo Regia Templi, divitias suarum virtutum, ut in retributionem, thesaura gratiarum recipiat, gloriosior fortitudine gratiæ in victoria primo instanti obtenta adversus originale peccatum, quàm Judith, ingreditur in Templo, seipsam offe-

Esther 9. 3. *Regũ* 10. *Judith.* 16.

UVA. BHSC. BU 08453

offerens trophæum gloriosum triumphi. Hodie præsentatur ad utriusque Civitatis gloriam, militantis, & triumphantis: *Tu gloria Jeruſalem*: ad Angelorum lætitiam: *Tu lætitia Iſrael*, & ad filiorum Adæ honorem: *Tu honorificentia populi noſtri.*

2 Anna Mariæ Mater jus habet ad beneplacita oblationis hujus, quia fuit Sacerdotisa, quæ in Maria obtulit Deo pretiosius donum, omnibus oblatis ab antiquis Patriarchis: *Congratulamini mihi, quòd hodie mater, & productrix facta ſunt, non Regi terreno, meam offerens filiam, ſed Cœleſti*, ait Germanus in persona Annæ. Oblatio Antiochi in vitulo collo præcincto lapidibus pretiosissimis, fuit magna; Anna verò offert pignus, quod mundo tribuet vitulum Dei hominis ad omnium hominum redemptionẽ, Agniculam præcincto collo pretiosis monilibus: *Collum tuum ſicut monilia.* Magnum donum fuit margarita, quam òbtulit Cleopatra ad Veneris cultum, cum æstimaretur unius Regni pretio; sed Anna margaritam offert, quæ in visceribus suis generabit pretiosam unionem Dei, & hominis. Tribuantur igitur Annæ placita hujus oblationis: *Congratulamini, &c.*

Germanus.

Cantic. 1.

3 Obsequium tribuant Annæ Cœlestes spiritus, qui melius comprehendunt doni magnitudinem. Optimè sit fœlix Mariæ Mater, quia stellam offert, meliorem nuntiat solem, auroram, quæ erit gratiæ, Lùcifer diei, Cœli splendor, & mundi lætitia. Optimè sit, quia offers Cœlum, ubi splendent stellæ multiplices absque diminutione luminum, ubi Angelici chori Dei Majestatem, & magnitudinem laudant. Optimè sit, quia Librum offers, ubi sculpta excelentissimè videntur magnalia Patriarcharum, & Prophetarum, ubi Deus scripsit mirabilia suæ omnipotentiæ. Optimè sit, quia Paradisum offers omni varietate florum, & fructuum ad Dei delicias. Optimè sit, quia filiam offers, cujus uterus ita fœlix est: *Beatus venter*, qui est utì stella, solis nuntia, utì aurora, diei mater, utì stellarum, Cœlum, Angelorum Patria, utì Liber, continens Patriarcharum magnitudinem, & Dei magnalia, & utì uterus, ubi ipse Deus sistet: *Beatus venter, qui te portavit.* Optimè sit, quia Mariam offers, per quam mundus habebit

UVA. BHSC. BU 08453

bonum succeſſum omnium bonorum naturæ, & gratiæ: *Congratulamini, &c.*

4 Sed notandum eſt, Annam præſentare Mariam in Templo Deo, non fuiſſe aliud, niſi Deo reddere omnia, quæ ab ipſo Deo evènerant: *Non cunctata eſt Anna eam ad Templum adducere, & Deo reddere*, ait Niſenus. Igitur, fuit Annam reddere in Maria omne, quod ei Deus donaverat, ſed ut iterum Maria communicaretur ad bonum humanæ naturæ. *Gregor. vitæ.*

5 Flumina uberiora ad ſuam originem reddunt, ait Spiritus Sanctus: *Ad locum, undè exeunt flumina, revertuntur.* Sed iterum irrigandum ſuis fluentijs: *Ut iterum fluant.* Fuit enim Maria fluvius copioſus aquarum, & perfectionum, & in eſſe primo accepit ex orè Dei: *Ego ex ore altiſſimi prodivi.* Hoc ipſum enim, quod Anna à Deo accepit in Maria, reddit, & cònſecrat in Templo Sancto: *Non cunctata eſt, &c.* Sed Maria iterum reddit ad exhibendum benefitia hominibus: *Iterum fluant.* *Eccleſ. 1.*

6 Fluvium copioſum utì cryſtallum vidit Joannes, originem in throno Dei habentem: *Fluvium aquæ tanquam cryſtallũ procedentem de ſede Dei, & Agni.* Scimus, quod cryſtallinus fluvius, figura Mariæ eſt, qui eſt puriſsima, abſque minutiſsima macula: *Speculum ſine macula.* Quod Agnus à quò originabatur eſt Sacramentum Euchariſticum, ex cujus ſanguine Marianus fluvius exivit: *Ex morte filij ſui eam ab omni labe præſervaſti.* Igitur notandum eſt, quomodo fluvius ille fluenta ſua exhibebat ad irrigationem arboris illius uberibus fructibus polentis: *Ex utrìque parte fluminis lignum vitæ.* Arbor illa Chriſtus eſt, qui ex una parte eſt in Eccleſia, in Euchariſtia, & ex alia, in Cœlo: & Maria non dedit eſſe, aluit, & nutrivit carnem Chriſti in Euchariſtia contentam? Indubitabile eſt. Etenim jam oſtenditur quomodo fluvius Mariæ, qui ex Deo exivit, & ex fluentibus ſanguinis Chriſti, hodie ad Deum reddit, ſe offerens in Templo, ſed ad iterum fluendum, ut irriget arborem Chriſti: *Ut iterum fluat.* Et ad fœlicitates, bonoſque hominum ſucceſſus. *Apocal. 22.*

7 Ad quid fructus illius arboris, quæ irrigabatur fluentibus illius fluvij, deſerviebant? Dicit textus, quod ad ſalutem omnium, &

ad

ad præservationem ab omni malo: *Ad sanitatem gentium: : : omne maledictam non erit amplius.* Et fructus Christi, Eucharistiæque ad omnium salutem non sunt? Et ad præservandum à maledictione per Evam contracta? Symbolum èxprimit: *Propter nostram salutem descendit de Cœlis.* Et de Maria, & Christo Ecclesia canit: *Qui solvens maledictionem, dedit benedictionem.* Igitur, hoc fuit, quod Marianus fluvius, qui ex ipso Deo egressus est, redditur hodie ab Anna, illum in Templo offerens; sed reddidit ad irrigandum arborem, nempè Christum, eum in utero concipiens, nutriens, & alens, ut ejus fructus hominum salus, & ubi haberent bona naturæ, & gratiæ, &c. *AVE MARIA.*

Beatus Venter, qui te portavit. Lucæ cap. 11.

Caro mea verè est Cibus, &c. Joan. 6.

8 HOdie, magnalia Mariæ, vox Evangelica cèlebrat, & bonos successus hominum. Mariæ magnalia cèlebrat, utì Matris Dei, quia uterum laudat, ubi fuit conceptus: *Beatus venter, qui te portavit.* Hominum successus fœlices narrat, quia videns tot mirabilia in Christo, quibus homines benèfacit, in laudibus uteri Virginei erumpit, utì in oriente tot bonorum, & fœlicitatum. Omnis gloria, & fœlicitas Ephraim (dixit Osseas) à conceptu, à partu, & ab utero, provènit: *Gloria eorum à partu, ab utero, & à conceptu.* Et omnis gloria Mariæ, & hominum fœlicitas ab utero, à conceptu, & partu sunt. Hoc vox Evangelij laudat: *Beatus venter.* Nunc intelligo, cur fœlix ille venter celebratur, quando Beata Anna Mariam in templo offert. Quia in utero teneri, Deo offert pignus melius ad placitum Dei, & ad bonos hominum successus. Ut hoc donum oblatum explicem, enigma formatur.

Osseas 9.

9 In Templo magnifico altare ostenditur, suprà quod sistit canistrium varietate florum plenum, & hac littera ornatum: *Flores apparuerunt in terra nostra*, desumitur ex Canticis. Sistit etiam

Cantic. 2.

UVA. BHSC. BU 08453

etiam vas amplitudinis, & profunditatis magnæ, sed plenum, & cumulatum omni genere fructuum cum omni maturitate, & hac littera ex
Ibi 7. ijsdem Canticis: *Flores fructus parturiunt.* Sistit tandem in altari crater crystallinus pulcherrima polens diafanitate, & hac littera signatus: *Crater tornatilis.* Venter Mariæ est, quæ oblata in Templo hodie ab Anna, est canistrium florum, vas fructibus plenum, & crater crystallinus ad Dei placitum, & hominum fœlicitates, quod ex discursibus constabit.

§. I.

10 PRimum in ænigmate, est super altare canistrium florum, & hæc littera: *Flores apparuerunt in terra nostra.* Venter Virginis Mariæ est in Templo Jerosolimitano oblatus veluti canistrium florum, ad ipsius Dei deliciat. Sed cum flores symbolum spei sint, in illis floribus hominibus promittuntur boni successus per Mariam.

11 Dixit jam sponsus Mariam habere ventrem utì canistrium, lilijs stipatum:
Cantic. 7. *Venter tuus vallatus lilijs.* Omni varietate florum, ait Hieronymus: *Omnium florum genera.* Igitur, cum Anna offert Deo hoc canistrium floribus plenum, complacet in illis ipse Deus.

12 Plura sæcula antea Deus flores quærebat, & desiderabat videre inter homines, ut complacèret ejus amor: *Descendi in hortum, ut viderem si floruisset vinea.* *Cantic. 7.* Aspiciebat Deus in temporum statibus diversis ad fenestras suæ comprehensivę cognitionis: quærebat in horto mundi hujus inter arbores rationales, si flores perfectionis apparebant, quibus complacèret. Discurrit per Patriarchas, & Prophetas, & omnes antiquos; sed quòd non invenit, ait: *Nescivi.* Orta est Maria in hoc horto spatioso hujus mundi, sed ita cumulata floribus virtutum, & perfectionum, quòd à Deo desiderabatur, uti offrenda in altari ad delicias ipsius.

13 Gressum accèlera, & veni ad me sponsa mea, ajebat sponsus, sponsæ dilectæ: *Surge, propera amica mea, & veni.* Ad quid sponse dilecte tantam celeritatę sponsæ? Dicit ipse: *Jam hiems transijt, imber abijt, & recessit.* Jam transivit hiems, quando aquilo plantas combùrit, & flores non erumpebant, ver novum gratiæ adve-

UVA. BHSC. BU 08453

venit, & in ſponſa inveniuntur flores: *Flores apparuerunt in terra noſtra.* Ideò ad domum meam, & ad Aras voco: *Surge, veni,* in conſpectu meo ſiſtere volo, ut in ejus pulchritudine complaceam: *Oſtende mihi faciem tuam.* Audire volo oris ſui ex proximò verba; quia ſi ejus labia lilia pulchra ſunt: *Labia ejus lilia.* Ejus vox dulcis erit: *Sonet vox tua in auribus meis, vox tua dulcis.*

14 Ita deſiderabat Deus Mariam habere in conſpectu ſuo, & in Aris Templi conſecratam. Veluti impatiens vocabat eam anxietate amoris: *Surge, propera, veni.* Suam voluntatem intimabat Mariæ, ut tota in Templo conſecraretur. Eam ſuadebat, *Pſ. 44.* ut vocationi obediret: *Audi filia, inclina aurem tuam.* Ut in oblivionem poneret patres, & conſanguineos: *Obliviſcere populum tuum, & domum patris tui.* Quia Princeps æternitatis ſibi ſoli eam deſiderabat: *Et concupiſcet Rex decòrem tuum.* Hæc deſideria Dei, & intimationes erant Mariæ in illa ætatis teneritudine, quia in illa habebat omnes flores, quos ad ſuam deliciam deſiderabat: *Flores apparuerunt in terra noſtra.*

15 Sic præſentata eſt Maria in Templo Jeruſalem, cum utero Virgineo floribus pulcherrimis cumulato. Et ſi ejus perfectiones fuerunt flores ad delicias Dei, hominibus fuerunt flores, pronoſticum fœlicitatum, nuntiumque omnis boni ſucceſsi, qui ex illo utero florido, & ventre in flore oriundus, erat principium bonorum omnium.

16 Verbum incarnatum fuit principium totius fœlicitatis. Ideò fuit deſideratum à Patriarchis, ſicque experimur in lege gratiæ. Advertite pronoſticum tanti boni in floribus uteri Mariani, quos Anna præſentat in Templo.

17 *Ego flos campi, & lilium convalium,* ajebat incarnatum Verbum. Sed ſcitote, quòd melior ſponſa, Maria, nempè, eſt lilium inter ſpinas: *Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea.* Quia ſi ſum futurus fructus illius ventris, & fructus utì flos, & lilium amaritudine plenum, uterus ille plenus lilijs eſſe debet, ut mihi eſſe tribuat: *Vallatus lilijs,* & cum flos, liliumque inter amaritudinem, & ſpinas, tunc pignus eſt mei, & utì floris, & lilij: *Ego flos, & lilium.* Igitur in præſentatione Ma- *Cantic. 2.*

ria,

UVA. BHSC. BU 08453

ria, & ejus venter fuit plenus lilijs inter amaritudinem, & inter ſpinas.

18 Maria offertur in Templo reſignata vigore gratiæ aſsiſtentis; ſed naturæ amaritudinem patiens, cum vidiſſet addeſſe parentes triſtitia plenos, abſque pignore unico ſuæ dilectionis. In Templo ſunt opera Mariæ mirabilia Angelis; ſed Divina permiſsione, contradictionem ſodalium patitur, magiſtræ, & etiam Sacerdotum. Maria in Templo eſt unica Dei electa, & qua delicias habet; ſed Deus ſe abſcondit, & inter umbras deſolationis dèſinit. Hoc erat perfici flores, & lilia in Templo, ut perfecta fructum cum ſecuritate promitterent, qui ad hominum fœlicitates futurus erat.

19 Virga illa Aaronis, quæ figura Mariæ fuit, ſtatim quòd in Tabernaculo eſt præſentata, ipſa ſola inter omnes plena floribus viſa eſt: *Numer.* 17. *Erùperant flores*, & floribus perfectis: *Fructus ſeterunt: in amigdalas deformati ſunt.* Hoc ſignificare fuit, quòd in Maria, quando in Templo eſt præſentata, perficiendi erant flores virtutum, ut promitteret cum ſecuritate fructum, qui futurus erat ad hominum fœlicitates. Hoc narrat vox Evangelica in utero Mariano: *Beatus venter.* Flores, quos offert Deo in Templo, & hoc ſignificat caniſtrium pulchrum, floribus plenum ſuper Altare in ænigmate, quod Deo oblati ſunt in Maria omnes flores perfectionis, & virtutis, quod èxprimit littera: *Flores apparuerunt in terra noſtra.*

§. II.

20 SEcundum in ænigmate, eſt pretioſum vas magnæ capacitatis ſuper Altare, omni genere fructuum cumulatum, & hæc littera Canticorum: *Flores fructus parturiunt.* Uterus Mariæ eſt in Templo præſentatæ, cum fructibus cumulata inventa eſt. Dixit jam ſponſus uterum Mariæ plenum fructibus eſſe: *Venter tuus ſicut acervus tritici.* Ideò fœlicem laudat vox Evangelica, quia Mariæ major fœlicitas fructus fuerunt, quibus Deo in Templo eſt præſentata: *Beatus venter.* Præſentata eſt Maria cum floribus ad Dei delicias, & nuntium bonorum hominibus. Igitur flores ſtatim fructus fuerunt virtutum Mariæ. Vidiſtis fecunditatem virgæ Aaronis? Flo-

UVA. BHSC. BU 08453

Floribus cumulata eſt, ut in Tabernaculo eſt præſentata; ſed notate, quòd flores ſtatim fructus ipſius virgæ ſunt. *Eruperant flores; in amigdalas deformati ſunt.* Igitur flores illi ventris Mariani in templo præſentati, qui ad Dei delitias fuerunt, fructus virtutum ſtiterunt, & fœcunditas ſpiritus ipſius dicat ipſamet.

21 Scitote me eſſe Matrem, (ait) ſed ſolum amoris, & ſpei: *Ego Mater pulchræ dilectionis, & ſanctę ſpei.* Loquitur de præſentatione in templo. Non enim eſt Mater Dei in actu, ſed in ſpe; quia ejus uterus floribus polebat: *Vallatus lilijs.* Sed ſiſtens Mater Dei futura, eſt actu Mater fructuum virtutum. Pro fructu, habet amorem igneum: *Mater pulchrę dilectionis*, timorem perfectum: *timoris*, cognitionem Dei, & ſui ipſius: *agnitionis*, & omnes virtutes in actu. Hi fructus virtutum flores ſpei erant, ut Deum haberet fructum: *Sanctæ ſpei.* Fructus erant ſpiritus Mariæ. Ipſa dicat ultimatè.

Eccleſi. 24.

22 *Ego quaſi vitis fructificavi ſuavitatem odoris:* Videte fructus ſpiritus parvulæ Mariam: *Fructificavi;* ſed fructus ipſi, veluti flores ſunt ad Dei delitias: *Suavitatem odoris*; & flores ipſi, qui ſunt Deo delitiæ, hominibus ſunt pignus fœlicitatis, & Mariæ fructus ſui honoris: *Flores mei fructus honoris, & honeſtatis.* Vultis videre mirabile hujus parvulæ Virginis, quæ in templo præſentatur, & illius ventris puriſſimi glorioſum? Igitur per fructus intelligite.

23 Exploratores illi terræ promiſsionis teſtificati ſunt fœcunditatem, fertilitatemque illius per mirabile fructuum: *Ex fructibus cognoſci poteſt.* Pulchrum racemum, fructum vitis adducebant: *Abſciderunt palmitem cum uba ſua.* Nunc ad Mariam. Ait ipſa, quòd ſicut vitis fructum dedit. *Quaſi vitis fructificavi;* igitur eam agnoſcite, cum Deo in Templo præſentatur, per fructus virtutum ſuarum.

24 Notate animoſitatem, qua ſe offert Deo in templo ſancto, veluti victima igne amoris Divini combuſta. Quomodo in primo gradu ſiſtens, ſingulari integritate petit à parentibus benedici, dum ſenes, lachrymis abundabant. Quomodo quindecim gradus aſcendit parvula triũ annonem abſque converſione oculorum ad Patres mæſtitia plenos. Quomodo genuflectens ad Sacerdotis pedes,

&

UVA. BHSC. BU 08453

& Annæ Magiſtræ ſuæ, ab illis petit, ut utì diſcipulam, admittere dignentur, ut ab illis doceatur, & corrigatur. Quomodo virginibus in templo ſiſtentibus deprecatur, ut veluti ancillam habeant, & ipſæ utì Magiſtræ doceant, ei, defectus, ignorantiaſque parcant.

Miſtica Civitat Dei.p.2

25 Videte, quòmodo cum Angelis agit, ut Dei voluntatem ſciant, ad hoc, ut promptè exerceatur. Quomodo in Cœlum evecta, & anima, & corpore ante Sanctiſſimam Trinitatem præſentata, quatuor vota emittere voluit ante illam ſupremam Majeſtatem; & ſolum facere caſtitatis votum permiſſum fuit illi; ſed alia obſervabat majori perfectione omnibus, qui ſervaverunt. Quòmodo expoliatur ſupellectili: manens tantum cum veſte honeſtiſsima, & pauperrima. Sed videte in omnibus fructus mirabiles, in exercitio virtutum: *Erat in ſapientia, & intelligentia ſuper omnes illius ſæculi adoleſcentulas, cunctis admirationi*; dixit

S.Epiph Epiphanius, *Modicæ loquelæ, expeditæ obſervantiæ, mundæ proximitatis, ſine audatia, ſine turbatione, ſine ira, benignè ſalutans, eloquentiam ejus homines mirabantur*; dixit

S. Anſelm. Anſelmus.

26 His fructibus virtutum invitabat Deum, ut in illis paſceretur. Sponſus quærebat in horto ſuo fructus ad delicias: *Deſcendi in hortum meum, ut viderem poma*, & non invenit: *Neſcivi*. Quærebat Deus in Patriarchis fructus virtutum, & non inveniebat, utì deſiderabat: *Neſcivi*.

27 Dum ſponſa vidit ſponſum fructus deſiderantem, & quòd in horto ſuo non invenerat, cum ſeipſam fructibus redundantem vidiſſet; illam invìtat, omnes illi offerens: *Veni dilecte mi, egrediamur in agro. Omnia poma nova, & antiqua ſervavi tibi*. Utì diceret: veni dilecte, ad campũ Sinagogæ egrediamur, & ſi fructus ad tuam deliciam deſideras, quos non inveniſti tot in arboribus, hominibus nempè, ſcito me habere fructus omnium generum, antiquorum, & novorum.

28 Maria eſt hæc ſponſa, quæ cumulata fructibus virtutum omnium Patriarcharum, & omnium, qui in lege gratiæ futuri erant, Deo in templo præſentatur invitans fructibus, ut deſideria adimpleat: *Omnia poma, &c.* Hi fructus ſunt, ubi complàcet Deus, & ut colligat, anxiatur.

29 *Quam pulchra es, & quam* *Cant.7.*

UVA. BHSC. BU 08453

quam decora chariſsima, ait ſponſus, dilectæ; pulchritudo tua, & ſtatura, veluti palma videtur: *Statura tua, aſsimilata eſt palmæ*: fructus tui, ſic mihi placent, quòd aſcenſurus ſum, ut colligam: *Aſcendam ad palmam, & apprehendam fructum ejus.* Ideo eam ad templum duxit, ut proximè haberet fructuum plenitudinem; & illis frueretur, ex eoque ſibi appropriavit illam a præſentatione in templo.

30 Statim, quòd præſentata eſt, fuit elevata ad thronum Beatiſsimæ Trinitatis, undè vox exivit, dicens: *Sponſa noſtra, dilecta noſtra, & ſegregata inter omnes nationes, & creaturas, eris per æternitatem, & omnes nationes Beatam te dicent*; ſic refert V. Maria de Agreda. Sic Deo placuerunt fructus Mariæ, quando in templo eſt præſentata; quia ſe obtulit, utì menſura perfectionibus plena. Ideò vox Evangelij puriſsimum ventrem celebrat: *Beatus venter*, ubi fructus cumulatos vidit ex floribus Mariæ productos, & hæc eſt anima litteræ in ænigmate: *Flores fructus parturiunt.*

Miſtica Ciudad de Dios. part. 2.

¶¶

§. III.

31 TErtium in ænigmate, vas pulchrum cryſtalinum eſt ſupra altare, & hæc littera Canticorum: *Crater tornatilis.* Sic ſponſus laudavit ſponſæ ventrem: *Umbilicus tuus crater tornatilis.* Fuit uterus Mariæ, ubi æterna ſapientia ſuam dexteritatem applicuit, ut eum formaret: *Venter Mariæ tornatilis fuit; quia in eo ſapientia ſe influxit, quæ miſcuit in cratère vinum ſuum*, ait Ildefonſus. Igitur venter ipſe præparatus, utì pretioſum vas ad communicandam hominibus liquorem cœleſtem, eſt, quod vox Evangelij laudat: *Beatus venter.* Vas ipſum, quod propinabit fluenta uberiora: *Omnibus ſitientibus præbet largiter*, ait Honorius. Vas, quod offeret puriorem amorem: *Mundo propinans vinum dilectionis, vinum ſalutis*, dicit Alanus.

Ildephõſus.

Honor.

Alanus de Rupe.

32 Perverſus ille Balthaſar, profanavit ſacra vaſa templi audatia ſacrilega. Abſtulit Menelaus vaſa ſacra è Domo Dei, ipſorum ſanctitatem profanatione maculans; igitur ad redendum honorem Deo, offert Anna Deo in Templo ventrem Mariæ, utì

UVA. BHSC. BU 08453

utì ſacrum, pretioſumque vaſ. Offert, ut ſit contrapoſitum vaſi illo, quod fructum, totam humanam naturam in ruinam detraxit.

33 Audi Jeremias; (ait Deus) ad Domum figuli: deſcende, & quod accidit, nota: *Deſcende in domum figuli.* Deſcendit Propheta, & vidit vas ex terra conſtructum, quod confractum evanuit: *Diſſipatum eſt vas, quod ipſe faciebat manibus ſuis.* Sed advertit quòd ex ipſo luto, aliud vas ſolidum fiebat: *Converſus fecit illud vas, alterum ſicut placuerat in oculis ejus, ut faceret.* Vas illud diſſipatum, figura Evæ primę Matris naturæ humanæ, & ex humo formatæ, quæ ſtatim, quòd è manu Dei egreſſa eſt, fracta, diſſipataque eſt, *inſtabilitatem, & fragilitatem Evæ*, ait Cartagena. Vas ſolidum, Mariæ figura: *Fortitudinem, & ſtabilitatem Mariæ.* Ex ipſo luto, humanæ naturæ fecit Deus vas hoc, quod fractiones alterius reſtauravit: *Ex eadem maſſa luctea, aliud vas confecit, nempè, Beatam Virginem, per quam jactura illius primi caſſus mirum in modum inſtauraretur.* Ait idem.

34 Hoc mirabile vas, hodie præſentatur Deo in templo, veluti vas admirationis, opuſque Divinæ omnipotentiæ: *Vas admirabile, opus excelſi.* Vas ad melius manna ſervandum, quod è Cœlo pluit. Vas ad recipi ſalem, quo aquæ humanæ naturæ, ſunt ſanandæ. Vas ad theſaurizandum divitias Domus Dei, quæ deſervient ad redemptionem totius mundi. Vas auri pretioſiſsimi, lapidibus pretioſiſsimis ſtipatum: *Quaſi vas auri ſolidum, ornatum omni lapide pretioſo.*

35 Sed notandum eſt, quod vas pretioſiſsimum, & cryſtalinum, Deo præſentatur ad fœliciores ſucceſſus hominum. Ait Spiritus Sanctus de hoc vaſe, quod eſt *Crater ternatilis*, globum ſpeculi: *Speculum rotundum*, legit Aben-Eſra. Recordamini quòd ſpiritus ait in ſapientiæ libro: *Speculum ſine macula.* Igitur de Maria loquitur, quæ hodie parva teneritudine præſentatur Deo in templo ſancto: *De illa dicitur ſpeculum ſine macula*, nempè de Maria, dixit Albertus Magnus. Scitis cur Maria eſt ſpeculum? Quia imaginem Æterni Patris repræſentat, ait Janvenſis: *Speculum Dei, in quo refulſit Chriſtus, qui eſt imago Patris.* Igitur jam intelligitur, quomodo venter Mariæ hodie præſentatur tanquam

Cartag. Marial.

Ecclef. 43.

Exod. 17.

4. *Reg.* 2.

Ibi. 12.

Ecclef. 50.

Abē-Eſra.

Sapient. 7.

Albertus Magno.

Veragre.

UVA. BHSC. BU 08453

quam vas cryſtalinum ad ſucceſſus fœlices hominum.

36 Notate quod de Tigri refert D. Ambroſius. Furatis filijs à venatore, Tigris egreditur ardens iracundia contra aggreſſorem, ut vindictam ſumat. Sed quid venator facit ad evitandum periculum? Globum ſpeculi collocat in via; ad quod perveniens Tigris, videnſque in ſpeculo ſpeciem ſui, ſuſpenſa manet, temperat animum, & non progreditur contra aggreſſorē furti; ſicque evadit venator liber ab iracundia Tigris: *Sic pietatis ſuæ ſtudio decepta vindictam amiſit.* Nunc ad allegoriam.

S. Ambroſ.

37 Homo per peccatum aufert à Deo honorem, & gloriam, deſtruitque imaginem ejus, quam per gratiam habebat. Deus in vindictam injuriæ procedere tentat; ſed aſpiciens globum ſpeculi Mariæ, ubi ejus imago repræſentatur; iram ſuſpendit, & gladium juſtitiæ in vaginam reducit, ne exerceat cum peccatore: *Vindictam amiſit.* Ideò Anna præſentat Deo in templo; ut ſiſtens ſemper inconſpectu, iras contra peccatores temperet.

38 Sed amplius. Speculum recipit in ſe ſpecies objectorum, quæ proponuntur, ut experientia docet; igitur Maria, ejuſque venter puriſſimus ſpeculum eſt æqualiter admittens omnes in ſua protectione: *Sicut ſpeculum omnes recipit, & neminem reſpuit, ita Beata Virgo,* ait Erneſtus.

Erneſtus.

39 Adhuc per amplius Maria eſt vas cryſtalinum veluti ſpeculum ad ſavendum homines. Speculum deſervit ad notandum maculas faciei, & veſtis improportionem, ornatuſque; ideò Salomon poſuit ſpecula ad ingreſſum templi, ut in illa miniſtri templi, & altaris minimas maculas adverterent; igitur Maria ſe offert ſpeculum, ubi cum omni proprietate virtutes repræſentantur, ubi defectus animarum notantur. Ibi omnes habent regulam ſuarum operationum ad proportionem ſtatus cujuslibet. Sic Annæ præſentat Mariam Deo, utì vas cryſtalinum, in cujus ventre puriſsimo illud èxprimit, Dei placitum replens, & illius vaſis diſsipati humanæ naturæ fractionem deſtruens. Hæc eſt anima vaſis illius, quod videtur in ænigmate, & litteræ, quæ inſcripta eſt: *Crater tornàtilis*, & quod cèlebrat vox Evangelij laudans puriſsimum ventrem;

UVA. BHSC. BU 08453

trem: *Beatus venter, &c.*

40 Hæc oblatio eſt, quæ Deo offertur ſuper aras in Mariam ætate tenera trium annorum. Pulcherrimos flores fragrantijs redundantes ipſi Deo, & ſpem tribuentes hominibus ad fœlicitatem eorum. Hi flores apparent in terreno ſterili naturæ humanæ irrigatione gratiæ formati: *Flores apparuerunt in terra noſtra.* Fructus cumulati in plenitudine virtutum ſuarum, & perfectionum, quibus ſpacioſiſsimam replevit menſuram: *Flores fructus parturiunt*, & vas cryſtalinum, ubi imago Dei repræſentatur, & ubi ipſe Deus placatur, iramque contra peccatores tèmperat. Ubi homo imperfectiones notat, & perfectiones, quas imitari debet: *Crater tornàtilis.* Hæc oblatio eſt naturæ humanæ, ut mereatur à Deo ad gratiam reſtitui, & gloriam mereri, &c.

ORATIO DUODECIMA

DE INCARNATIONE VERBI DIVINI.

Ecce concipies:: & vocabitur Altiſsimi filius.
Lucæ capit. 1.

[1] DIes fœlix mortalibus Adæ filijs pervènit. Dies in quo nuntiavit in terra Cœlum notitiam hominibus utiliorem. In quo nuntius cœleſtis magni Regis currens, vel volans, maximam mercedem, quam potuit ideare ſapientia Divina, & efficere omni potentia, Dei voluntatem èxprimit. Quædam miſsio, quę è Cœlo in terram facta eſt; ut homines à ſervitute liberarentur: *Miſſus eſt Angelus à Deo in Civitatem Galilęæ.*

2 Recordamini portenti illius, quod Deus operatus eſt, quando Populus ſub

UVA. BHSC. BU 08453

ſub oppreſsione in Ægypto detinebatur. Deus Moyſi manifeſtatus fuit in rubo illo plus myſterioſum, quam
Exod.3 narratum: *Apparuit Dominus de medio rubi.* Alij dicunt fuiſſe Angelum: *Apparuit Angelus.* Si Deus, quomodo Angelus? Angelus eſt, qui nuntiat, nuntius, & miſsionarius: *Angelus*, ſed gerit Dei vices, qui deſcendit ad liberandum populum electum: *Deſcendi, ut liberem Populum meum.* Hoc totum fuit figura fœlicitatis, quam celebramus, & myſterij, quod ſupplice fide veneramus.

3 Scitote, quòd à mundi principio, à primo illo peccato primi Parentis, homines patiebantur ſervitutem tyrannicam in peccati dominio, & culpæ vinculis, obſcuriorem noctem inter delicti umbras. Plura ſæcula tranſierunt ſub hac ſervitute.

4 Quinque mille centum, & nonaginta novem anni, poſt mundi creationem: duo mille, nongenti, & quinquagiuta ſeptem poſt univerſale diluvium: duo mille, & quindecim poſt Abrahæ nativitatem: mille, quingenti, & decem poſt egreſſum Populi ex Ægypto: mille, & triginta duo poſt unctionem David in Regem: ſexaginta quinque hebdomades: centum, & nonaginta quatuor Olympiades. Omnes hi anni, ſæculi, & ætates, integrantes quinquies mille, centum, & nonaginta novem à mundi creatione tranſierunt, dum homines ſub peccati ſervitute, & culpæ catenis vixerunt. Omne, deſiderare libertatem, &, Redemptorem, erat: *Quando veniet deſideratus*: omne, clamores redemptorem vocando: *Utinam dirumperes Cœlos, & deſcenderes!* Omne, durationem noctis illius perquirere: *Cuſtos, quid de nocte?* Sic cucurrêre centenaria, & milliaria, in quibus mundus paſſus eſt ſervitutem tyrannicam, in ſpe vivẽtibus hominibus, aſcendentibuſque clamoribus uſque ad Cœlum, quibus à Deo remedium petebant.

Iſaias. 64.

5 Adimpleti ſunt quinquies mille, centum, & nonaginta, & novem annni; & in die vigeſima quinta Martij, die Jovis in ultima diei luce, & prima noctis umbra, deſcendit è Cœlo Angelus, Dei nuntius, Deus Divini Conſiſtorij legatus in Civitatem Nazareth, diſtricti Galileæ Virgini Mariæ, quæ filia Joachim, & Annæ erat, & Joſephi ſponſa; erat Vir-

UVA. BHSC. BU 08453

go purissima plus omnibus virginibus, ipsisque Angelis; ætatis annorum quatuordecim, sex mensurum, & dierum decem, & septem. Domicilium habebat in domo humili, vestis illius pauper, ex lana, & humili arte fabricatas; solaque sistebat in cubiculo altissima contemplatione absorta.

6 Eam salutavit Angelus utì plenam gratiæ: *Ave gratia plena.* Turbata est ipsa, utì humilis, elogium audiens: Angelus dedit illi securitatem, voluntatem Dei significans, quod ipsius Mater eligebatur: *Ecce concipies, & vocabitur altissimi filius.* Intellexit Virgo legationem; Divino incensa est amore, & affecto corde oppressione dilectionis divinæ, guttæ sanguinis purissimæ ex corde fluxerunt, in locum, ubi conceptio fit, & in eo instanti manibus junctis, capite, quæ inclinato, Divinæ voluntati se conformans, dedit assensum: *Ecce ancilla Domini fiat mihi secundum Verbum tuum*, & in instanti illius *fiat* corpus perfectissimum efformatum est ex illo sanguine purissimo, anima fuit creata, unitaque corpori, & Divinitati in persona Divini Verbi; in ipso instanti Deus factus homo manens, & homo Deus, reparator, & Redemptor in utero Virginis, & Virgo Maria vera Dei Mater. O Altissime Deus! quomodo misericordiæ tuæ patefiunt? Sed si infirmitas tam à longinquo provenit, cur tot moras in donatione remedij?

7 Paulum audiamus: *Quando venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum*, ait, quod Pater filium suum misit, cum plenitudo temporis advenit. Sed quando venit illa plenitudo? Venerabilis Mariæ Historiatrix Maria de Agreda respondebit: *Llegò la plenitud de el tiempo*, (ait) *que hasta entonces, aunque lleno de profecìas, y promesas, estava muy vacìo; porque le faltava el lleno de Maria Santissima, y estando ella en el mundo, no se debìa dilatar la redempcion humana.* Dicit enim hæc venerabilis Mater, quod *plenitudo temporis advenit, quod usque bene quamvis prophetijs, & promissionibus plenum erat, vacuum maximè; erat; quid illi deficiebat plenitudo Mariæ Sanctissimum, & illa in mundo existens, non debebat differre redemptio humana.* Igitur Maria fuit, quæ desiderijs, Dei plenitudinem dedit, & per quam mundus lu-

Galat. 4

Mystic. Civit. Dei, t. 2.

UVA. BHSC. BU 08453

lucratus est Redemptorem. Hoc textu declarabo.

Psalm. 28. 8 *Dilectus quemadmodum filius unicornium*, ait David; de Verbo Incarnato hæc prophetia intelligitur. Unicornis tantæ fortitudinis est, quantę à dexteritate venatorum non potest capi, jacula, & laqueos frustrans. Ante oculos illius Virgo sistitur, ad cujus pulchritudinem liberè subjicitur. Fortitudo Dei, sicut unicornis est: *Cujus fortitudo similis est Rhinocerotis*; & non potens ad-

Numer. 23.

duci in mundum per suspiria desideria, & per merita omnium Patriarcharum, & Prophetarum, reduxit se ad thalamum Mariæ: *Fortissimus spiritus Deus, velut unicornius, incomprehensibilis, & invictæ virtutis Virginis tractus est odore uteri, ex eo tantum comprehendi potuit*, ait Rupertus. Igitur intelligite jam quando venit plenitudo temporis, & per quem; quando fuit Maria, ubi plenitudo gratiæ fuit.

Rupert. in num. 23.

Ecce concipies:: vocabitur Altissimi filius. Luc. c. 1.

9 NEscio, undè discursus incipiat in tam mirabili assumpto. Si ut admirabilem considero, non attingo. Si ut tenerum, sentire ignoro. Veluti mirabile, Dei omnipotentiam èxprimit. Ut teneritudine affectum, Dei misericordiam explicat erga homines. Cum enim hæc attributa sint ita superna, sicut infinita, ab intelligentia humana præcisè abstrahunt. Ideam mysterij ad assumptum invenire intendo. Incarnatio Verbi Divini in materno utero mysteriosa est, & benefica. Secundum quod est in se, & respicit omnipotentiam, mysterium est. Secundum ordinem ad genus humanum, beneficium est; sic intelligo Evangelium: *Concipies:: vocabitur Altissimi filius*: ecce Incarnationem mirabilem Dei: *Virtus Altissimi obumbrabit tibi*: ecce executio Divinæ omnipotentiæ in efficientia mysterij. *Ipse enim salvum, faciet populum suum.* Ecce beneficium. Igitur, habemus Divini Verbi Incarnationem utì beneficium, & utì mysterium; quòd ænigmatè declarabitur.

10 Nubs pulchra ostenditur, quæ in interiori servat thesaurum pretiosum, quin visui permittatur comprehensio illius, & hæc littera ex

UVA. BHSC. BU 08453

Job 12. Job desumpta: *Nubes latibulum ejus.* Ex alia parte nubs illa disolvi videtur raudalibus, quibus terram irrigat, & hæc littera ex Psalmo deprompta: *Expandit nubem in protectionem.* Hoc est mysterij ænigma, & ad discursus transeamus.

Psalm. 104.

§. I.

11 PRimum in ænigmate est nubs pulchra, in centro pretiosum servans thesaurum, quin visus comprehendat, & hæc littera: *Nubes latibulum ejus.* Nubs Maria est, in cujus utero Incarnatio Verbi Divini operata est, in duarum naturarum, nempè Divinæ, & humanæ unione; sed tam mirabili modo, quod mansit absconditum sub illa nube. Sic nuntius Cœli legatus dixit: *Concipies*, quod Virgo illa, & si Adæ filia in natura, non in transgressione conceptura erat; ecce hominem conceptum illud. *Filius altissimi vocabitur*, ecce Deum. Et hoc mysterium est, quod celatur sub illa nube purissima, arcanum, mirabile, & occultum limitatæ intelligentiæ.

12 Mysterium Incarnationis profundius inter omnia est. *Comprehende en epilogo à el mismo Dios, y la mayor maravilla de la Divina omnipotencia*, ait V. Maria de Agreda, *quod epilogat ipsum Deum, & majus miraculum Divinæ omnipotentiæ. Est* (ait Hieronymus) *quod ignorat ratio, mens non concipit humana, pavet Cœlum, stupet terra, creatura etiam cœlestis miratur: hoc totum est quod per Gabrielem Mariæ promittitur, & per Spiritum Sanctum adimpletur.* Est (ait Ambrosius) ubi discursus, voxque obmutescunt: *Mens deficit, vox silet, non mea tantum, sed Angelorum.* Est (ait Bernardus) *Abyssus imperscrutabilis est, in quo hauriam non est mihi.* Ænigma sacrum magis ad venerationem, quam ad discursum, dixit Cirilus Alexandrinus: *Ænigma sacratissimum, quod potius summa veneratione suspiciendum, quam humanæ judicij trutinæ subjiciendum.*

Mistica Civitat Dei. p. 2

Hieron.

Ambros

Bernar.

Ciril. Alexãdrin.

13 Hoc est (ait Paulus) mysterium absconditum sæculis, & generationibus: *Mysterium, quod absconditum fuit à sæculis, & generationibus*, nempè Christi, *quod est Christus.* Verum est quòd antiqui Patriarchæ, & Prophetæ fidem habuerunt adventus Mesiæ: sed mirabilem modum Incarnationis, illi

Coloss. 1.

UVA. BHSC. BU 08453

illi non intellexerunt: *Abſconditum fuit, &c.* tantum in lege gratiæ revelatum eſt: *Nunc autem manifeſtatum eſt.* Ait Paulus.

14 Myſterium Trinitatis reconditum eſt multum; ſed rationi naturali locum præbet, ut aliquo modo percipiatur, (ait Cartagena) ſed Incarnationis Myſteriũ nullum veſtigium in rebus creatis habet.

15 Non dubitavit Iſaias narrare Myſterium Trinitatis in illo triſagio Seraphim: *Iſaias. 6.* *Sanctus, Sanctus, Sanctus*; ſed dubitavit de narrativa *Iſaias. 53.* Incarnationis: *Generationem ejus quis enarrabit?* Evangeliſta tantum ait, Verbum aſſumpſiſſe carnem, *Verbum caro factum eſt*: Paulus, quod abreviatum eſt: *Joan. 1.* *Verbum abbreviatum fecit Dominus ſuper terram.* Igitur major gloria mihi eſt; Ignorantiam myſterij confiteri, cum Juſtiniano dico: *Juſtin.* *Non pudet me fateri hujus unitionis ignorantiam habere, immo gloriabor potius.* Contentiſsimus aliquo lumine, quod percipiatur per nubem Mariæ, ubi tantum myſterium abſconditur.

16 Sed non minoris difficultatis intelligentia invenit. Vidit Joannes librum myſterioſum ſignatum, ita difficilem ad apertionem, ut ploraſſet Evangeliſta: *Ego flebam multum, quia nemo poterat aperire librum,* liber ille eſt Maria, ait Albertus Magnus: *Hic eſt liber, quem vidit Joannes ſignatus ſigillis ſeptem.* Maria eſt, ubi Myſterium Incarnationis abſconditur: *Hic eſt liber novus, in quo inenarrabili modo Dei Verbum ſcriptum eſt*; ait Damaſcenus. *Apocalypſi. 5.* *Albertus Magnus.* *Damaſcen.*

17 Eja legatus Dei, cui Trinitas dedit hujus myſterij notitiam, aliquid hujus arcani nobis dicito; raſgum hujus portenti, & guttam tanti occeani narra. Sed quid dicam (ait Gabriel) ſolum dico, quòd filius, quem Maria concipit, filius Dei vocandus eſt: *Vocabitur Altiſſimi filius*, quòd magnus futurus eſt: *Hic erit magnus.* Sed quomodo ita fiet, ſi Paulus prædicat humilem, & ad viliora demiſſum? *Semetipſum exinanivit formam ſervi accipiens*; ſi abbreviatum confitetur, quem Cœli non comprehendunt: *Verbum abbreviatum?* Si fides docet nos, Deum non poſſe incrementum accipere in ſe ipſo, quia magnitudinem infinitam poſsidet ab æterno; Quomodo enim ſi eſt Deus, qui ſe naturæ humanæ univit, dicis, quòd erit mag- *Philip. 2.*

UVA. BHSC. BU 08453

nus? *Hic erit magnus.* Ipse Gabriel dicit, & non aliud asserit, nisi quod accepit à Divino Consistorio. Igitur hoc mysterium est, quod in centro illius mirabilis nubis celatur, Deum exinaniri, & abbreviari in Incarnatione, in quo magnitudinem fundat.

18 Somnium notate hujus veritatis figura. Statuam illam variis metalibus constructam vidit Nabucho. Vidit, quòd parvus lapis abscisus è monte absque manus impulsu: *Abscisus est lapis de monte sine manibus*, qui statuam tangens in favillam convertit: *Percussit statuam in pedibus, & redacta est in favillam*, quo facto, lapis crevit in altitudinem montis magnæ celsitudinis, & corporeitatis: *Factus est mons magnus, & ad implevit universam terram.* Notate mysterium somnij. Statua illa, totus mundus rationalis erat, quatuor compositus Imperijs, Caldeo, Persico, Greco, & Romano; ubi Diabolus suum habebat imperium, cui ipsa imperia subijciebantur. Lapis ille parvus, fuit Verbum Divinum, quod absque manu visibili actionis humanæ è monte Trinitatis abscisum est, usque ad naturam humanam, usque ad vestem humanitatis, quam in ventre Mariæ induit, absque manu concursus virilis. Tetigit Verbum Divinum per exinanitionem statuam mundi, & Diaboli imperium, & ad favillam reduxit: *Redacta est quasi in favillam.* Cognitionem Dei, & mysteriorum supernorum stabilivit, Ecclesiam fundavit, cognitionem sui omnibus præbuit, & omnium adorationem lucratus fuit, sicque per mysterium incarnandi, & per se exinaniri, pervênit ad cognitionem Dei in toto orbe: *Factus est mons, &c.* Hoc in mysterio est mirabile, quod in Ventre Mariæ fit, & sub illa pulchra nube celatur.

Daniel. 2.

19 Sed amplius notate: *Hic erit magnus.* Erit magnus hic, quod est Verbum, & Filius æterni Patris: *Filius Altissimi.* Sed quòmodo hæc magnitudo erit? Per uterum Marianum, ubi incarnatio fit. Ad textum debeniamus: *Abscisus est lapis sine manibus.* Lapis est Verbum, manus, quibus mysterium operatur, omnipotentia Patris est: *Virtus Altissimi*, & amor Spiritus Sancti: *Spiritus Sanctus superveniet in te*; sed lapis ille erit solus, qui videatur corpore indutus, non verò manus.

20 Scitote (ait Maria) quod

UVA. BHSC. BU 08453

quod habeo ſponſum, Verbum Divinum, nempè humanæ naturæ, unitum in utero meo: *En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum.* Cartuſianus legit: *In carne mundiſſima, quam ex me aſſumpſit*; igitur de Verbo Incarnato in utero ſuo loquitur Virgo. Sed ſi habet abſconditum in carne, & ventre, quomodo eum oſtendit, & ſi concommitatur manibus Patris, & Spiritus Sancti, cur ſolum Verbum oſtendit? *En ipſe.* Sed cum ſit myſterium, illud notate. Paries ventris Mariani, ubi oſtendit, diafanus eſt: *Non abs re, ſi parietem diafanum, illam nuncupemus*, ait Gyſlerius: *Sicut cryſtalus ante ſolem poſita*, ait Vicentius Ferrer. Nunc conſiderate; ſol ſecundum Auguſtinum, imago eſt Patris, radius, imago Filij, & calor ſolis, imago Spiritus Sancti: *Imago Patris eſt ſol, radius Filij, calor Spiritus Sancti*, in cryſtalo enim, nec videtur ſol, nec calor; ſed radius tantum videtur. Igitur videte in utero Mariano Verbum Divinum, veluti radium: *En ipſe ſtat*, ſed videte ſine manibus Patris, & Spiritus Sancti, licèt illis concommitetur: *Lapis ſine manibus.*

Cantic. 2.

Gyſler. in Cant.

21 Adhuc magis attendite. In cryſtalo videtur cum incremento, ſivè in quantitate, ſivè in numero, quod in eo continetur, ſicut in globo cryſtalino videtis; igitur in utero Mariano haber Verbum Divinum incrementum: *Hic erit magnus.* Notatis, quod myſterium, eſt myſterium hoc? Ad conſiderandum reddite: *Hic erit magnus.* Si enim ad hominis eſſe deſcendit: *Semetipſum exinanivit*, quomodo *erit magnus*? Quia hoc myſterium fit in Maria.

22 *Abſciſus eſt lapis ſine manibus*, aſcendit lapis ad magnitudinem totius orbis: *Factus eſt mons magnus.* Undè magnitudo talis, lapidi advênit? Lapis deſcendit, terminus deſcenſus, fuit infimum ſtatuæ: *Percuſit ſtatuam in pedibus.* Igitur, illud deſcendere lapidis, vinculare magnitudinem fuit: *Factus eſt mons magnus*, & illud exinaniri Verbum, fuit incrementum acquirere: *Hic erit magnus.* Maria in ejus æſtimatione fuit inter creaturas humilior, dum ab Angelo ſibi fuit propoſita dignitas Matris Dei, qua ſuper omnes creaturas collocabatur, exinanivit ſe, & utì ancillam ſe exhibuit: *Ecce ancilla.* Abſciſus eſt lapis, nempè Verbum Divinum de

UVA. BHSC. BU 08453

de Monte Trinitatis, descendit omnes Angelicos Choros, & usque ad infimum exintimationis Mariæ, & ex hoc descendere Dei, magnitudinem lucratus est homo Deus.

23 Constat ex quarto Regum umbram illius lineæ in horologio Achaz ascédisse decem gradibus, quos descenderat in spatio diei progressa solis: *Reduxit umbram per lineas, quibus jam descenderat retrorsum decem gradibus.* Etenim umbra descenderat: *Descenderat*, & iterum ad superiorem partem ascendit. Ut umbra decem gradus descenderet, tot gradus sol ascendere debuit. Etenim solem descendere, fuit umbram ascendere in horologio. Notate, quòd, ut umbra fiat in horologio, sol debet tangere lineam, & signa horologij. Nunc ad mysterium.

4. *Regũ cap.* 20.

24 Homo est Dei umbra, veluti ejus imago: *Ad imaginem Dei factus est homo.* Sol Dei descendit novem Choros Angelicos, & usque ad decimum hominis, & ad infimum ventris Mariani, potentia Patris fecit umbram, humanitatem formans: *Virtus altissimi obumbrabit tibi.* Radius Verbi Divini unitus fuit horologio Virginis thalami lineæ humanitatis, & cum sol Divini Verbi esset inferior decem gradibus, ascendit umbra hominis decem gradibus: *Reduxit umbram decem gradibus.* Ascendit homo ab esse inferiori Angelorum ad esse Dei, & suprà omnes Angelicos Choros. Hoc est mysterium magnificiendi homo Deus, se humilians Deus, usque ad uterum Mariæ, & tangens infimum, ascendere ad supremum magnitudinis: *Abscisus est lapis de monte, percussit statuam in pedibus, factus est mons magnus.* Ideò Gabriel dixit Mariæ Filium concipiendum: *Futurum esse magnum: hic erit magnus.* Hoc est mysterium, quod in centro nubis illius absconditur ænigmatis: unio Verbi Divini naturæ humanæ in ventre Virginis Mariæ, tam mirabili operatione Divinæ omnipotentiæ, quòd ab intelligentia hominis abstrahit, sicut èxprimit littera: *Nubes latibulum ejus.*

§. II.

25 SEcundò ostenditur in ænigmate illam nubem pulchram dilatari, & copiosum roremdiffundere, quo terram fœ-

UVA. BHSC. BU 08453

fœcundat, & hæc littera ex Job desumpta: *Expandit nubem in protectionem.* Maria est nubs, ubi incarnatio fuit facta ad beneficientiam filiorum Adæ. Sic Angelus legatus dixit: *Ipse enim salvum faciet populum suum.* Hoc mysterium Incarnationis Verbi originatum fuit ex viscеribus Divini amoris: *Joann. 3.* *Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret.* Fuit enim hominum beneficium, totiusque Trinitatis ostensio maxima. Audite, quòd dicit Venerabilis Maria de Agreda in reflexione Virginis Mariæ, ipsa legatione Angelica.

Mystic. Civit. Dei, 2. part.

26 *Ponderò esta gran Señora, que de su respuesta estava pendiente el desempeño de la Beatissima Trinidad, el cumplimiento de sus Profecias, el abrir las Puertas del Paraìso, la victoria, y triunfo del Infierno, la redempcion de todo el linage humano, la satisfaccion, y recompensa de la Divina Justicia, la fundacion de la nueva Ley de Gracia, la gloria de los hombres, y el gozo de los Angeles.* Ait enim: *Quòd magna Domina ponderavit, quòd ex ejus responsione pendebat Sanctissimæ Trinitatis repignoratio, adimpletio Prophetiarum, apertio Paradysi, victoria, & triumphus de inferno, redemptio generis humani, satisfactio, & recompensatio Divinæ Justitiæ, fundatio novæ Legis Gratiæ, gloria hominum, & gaudium Angelorum.* Hæc omnia bona adduxit in mundum Incarnatio Divini Verbi in viscеribus Virginis Mariæ. Fuit majus donorum à Deo, & radix omnium: *Nulla fuit major gratia* (ait Augustinus) *quam quòd Deus fieret homo, & homo Deus.* *August.* Sed magnitudinem bonorum habuit mundus mediatrice Maria, ubi factum fuit mysterium, & undè tot fluenta fluxerunt participata. Ideò Maria hodie veneratur maximo cultu, quando per illam mundus habuit tale beneficium.

27 Diem vigesimam quintam Martij Romani celebrabant festum Hilarium, quia ipso die incipiebat sol ostendi, umbras noctis minuens, & augens diei lucem: *A die vigesima quinta Martij celebrabatur exordium lætitiæ, quo primo tempore sol diem longiorem nocte protendit*, dixit Macrobius. *Macrobius lib. 1. capit. 21.* Sed celebrabatur in cultum magnę Matris: *Celebrabatur in cultum Matris Deorum*, dixit Rosinus. *Rosin.*

Su-

UVA. BHSC. BU 08453

Superſtitioſi, illi cultus fuerunt, ſed veluti figura apparent cultus exhibiti Mariæ hodie, quando ſol juſtitiæ incipit ſe oſtendere, ad tenebras noctis culpæ evertendum, & diem fœlicem gratiæ efformandum in Eccleſia; ſed Mariæ, utì pulchræ nubi, ſolique, per quam mundus tantum accipit bonum.

Pſ. 18. 28 *In ſole poſuit Tabernaculum ſuum*, ait David. Maria eſt ſol iſte: *Maria eſt ſol, in quo poſuit Rex Tabernaculum ſuum*, ait Ildefonſus. Sed quòd inde communicaturus veluti ſponſus: *Ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo.* Veluti ſponſus animæ, non verò veluti maritus, quia ſi in hoc amor minuitur, in illo nunquam: *Ut magnitudinem ſui amoris inſinuet*, ait Bernardus. Igitur ſi Verbum Divinum in Virginis utero incarnatum eſt, ex ipſo thalamo ſe èxhibet, veluti ſponſus animarum, amore conſtanti, & abſque diminutione.

Ildefon. Serm. 1. *de Aſſumpt.*

S. Bernard.

29 Nunc ſalutationem Angeli intelligo: *Ave gratia plena.* Plenam gratia appellat, quia cum in ejus utero carnem ſumpturum erat Verbum Divinum ad hominum beneficium, & inde communicaturam erat animabus affluentia amoris, inde participaturum erat hominibus tot bonorum abundantiam.

30 Supremi Artificis, & Divini Mercatoris Navem appellat Mariam Spiritus Sanctus: *Facta eſt quaſi navis inſtitoris*, quia aſſumens carnem in Maria Verbum, Maria fuit Navis, qua tranſfretavit Deus in mundo theſauros ad hominum beneficium: *Hæc Navis onerabatur mercimonijs humanæ ſalutis in gratiarum plenitudine* (ait Ricardus) *unde gratia plena.* Indubitabile eſt Mariam eſſe Navem gratijs plenam, & bonis, quæ Deus communicavit mundo media Verbi incarnatione in utero ſuo.

Prover. 31.

Ricard. à S. Laurent.

31 Scitis privilegium illius Navis Athenæ, quæ dum ad inſulam Delphi navigabat, & reducebatur, mortis ſententia non exercebatur in homine magis criminoſo? Hoc fuit (ait Areſius) *quia Theſeus in ea navigaverat.* Hoc privilegium habent homines per Mariam, in qua Divinus navigavit Theſeus ab æternitatis portu ad terram: à morte liberari, etiam ſi maximè peccatores, & cum Navis ipſa myſtica vadit, venitque continuo è hominibus ad

Areſius

Deum,

UVA. BHSC. BU 08453

Deum, & è Deo ad homines ſuæ interceſsionis mercatura, & ſuorum meritorum mercimonijs, homines ſemper lucrantur beneficium tam maximum.

32 Igitur per incarnationem homo majorem lucratur fœlicitatem, & mediante Maria. Ex Maria, veluti ex nave, egrediuntur merces ad intereſſe hominis: ex Maria, veluti ex nube, fluunt pluviæ ad fœcunditatem animarum: ex Maria, veluti ex thalamo, procedit Deus veluti ſponſus, ut animabus uniatur, & per Mariam homo habet fœlicitatem ſuam.

33 Ait Spiritus Sanctus, Deum creaſſe hominem veluti imaginem; & quòd fecundo convertit in ipſum: *Deus creavit hominem, ſecundum imaginem fecit illum, & iterum convertit illum in ipſum.* Hoc factum eſt, poſtquam homo deformavit imaginem illam, Deus per Incarnationem reformavit eam. Hæc major fœlicitas, beneficiumque homini factum, magis unitum eſſe principio, à quo eſſe accepit; & cum ſepararetur voluntariè offenſa Creatoris, reuniri per Incarnationem.

Eccleſiaſt. 17

34 Ad hanc fœlicitatem hominis ſignificandum, pinxerunt antiqui manum è Cœlo egredientem circulo imperfecto, & in circulo Imaginem Virginis, quæ circulum uniebat, & perficiebat. Manus divina Omnipotentia eſt: circulus non unitus formatus eſt ex Deo, & homine, quia infinitè diſtant; & per peccatum homo à Deo eſt ſeparatus. Virgo illa eſt Maria, quæ circulum, & unionem perfecit hominis cum Deo media Incarnatione Verbi; reſtituit imaginem ad primum eſſe, Deus ſe homini uniens in utero ejus. Dixit Jeremias, quòd fœmina circundatura erat virum: *Fœmina circùndabit virum.* Hoc fuit circulum perficere hominem ad Deum reddere, imaginemque perficere: *Imago Dei ad eum, qui eſt imago venit, & quærit imago eum, qui eſt ad ſimilitudinem ſui, ut iterum ſignet, ut iterum conformet, quia amiſiſti, quod accepiſti,* ait Ambroſius. Et cum per Mariam totum hoc factum eſt, per ipſam circulus fuit perfectus, & homo reunitus Deo: *Fœmina circùndabit Virum.*

Jerem. 31.

Ambroſ.

35 Erenim indubitabile eſt tot beneficia fuiſſe per Mariam, in cujus puriſsimo utero diffuſa ſunt tot fluenta, ut diſſolveretur in homi-

UVA. BHSC. BU 08453

minum beneficio. Hoc est Mysterium Incarnationis Divini Verbi secundum indicem mirabilium ejus; cum abbreviatus esset Deus, & humiliatus, magnitudinem sui ipsius lucraretur: *Hic erit magnus.* Hoc beneficium mortalibus; nobis adducere lucem, ut tenebras dissolveret, & clarissimum diem efformaret; hominem cum Deo unire; imaginem Dei in homine deformatam reformare, & redemptionem à captivitate culpæ adducere: *Ipse enim salvum faciet, &c.* Sed hoc per medium Mariæ dependenter ex *fiat* suorum labiorum, & ex consensu suæ voluntatis.

S. Bern. hom. 4. super miss.

38 Eja Domina nostra, ex parte Dei bonum offertur nobis: ne moreris, quia ex tuo velle lucrum speramus: legatus cœlestis expectat resolutionẽ tuam: *Expectat Angelus responsum*, ait Bernardus. Homines expectant: *Expectamus, & nos.* Universum pretium nostræ libertatis tibi offertur, quo è servitute liberabimur: *Offertur tibi pretium salutis nostræ, statim liberabimur, si consentis.* Omnes Patriarchæ antiqui, ab Adamo usque ad ultimum postulant à te: *Hoc supplicat à te, flebilis Adam cum sobole sua exul de Paradiso: hoc Abraham, hoc David: cæteri Sancti Patres: Hoc totus mundus provolutus suis gemitibus expectat.* Ex labijs tuis pendet miserabilium consolatio, captivorum redemptio, damnatorum libertas, & salus filiorum Adæ, qui ejusdem naturę secum sumus: *Ex ore tuo pendet consolatio miserorum, redemptio captivorum, liberatio damnatorum, salus universorum filiorum Adam generis tui.* Responde Domina, quòd expectat Cœlum, terra, inferni, & ipse Deus: *Responde Verbum, quod terra, quod inferni, quod expectant, & superi; ipse quoque omnium Rex, & Dominus, quantum concupiscit decorem tuum, tantum desiderat, & responsionis assensum.* Hoc continuò petebas gemitibus tuis Deo; jam tibi offertur: *Hoc est, quod petebas, quod gemebas, quod diebus, ac noctibus orando suspirabas.* Ne timeas, crede legato cœlesti, & admittere dignitatem tibi oblatam ad hominum beneficium: *Quid trepidas? Crede, confitere, & suscipe.* Sic dulciter exclamabat Virgini, Bernardus.

39 Hoc est bonum à Cœ-

UVA: BHSC. BV 08453

Cœlo mundo communicatum per Mariam in Incarnatione Verbi Divini, in ejus viſceribus puriſsimis. Celatum fuit hoc myſterium in centro pulcherrimæ illius nubis abſtractum ab humana intelligentia, quod nubs ſymboli ſignificat, & èxprimit littera: *Nubes latibulum ejus.* Nubs illa expandit thesauros ſuos ad beneficium mortalium, ſicut littera aſſerit: *Expandit nubem in protectionem.* Sit ex nobis conſtans gratìtudo, & retributio, ut Dei imaginem reformatam ſervemus per Verbi Incarnationem vita gratiæ, &c.

ORATIO TERTIADECIMA,

ET SECUNDA,

DE INCARNATIONE VERBI DIVINI.

Ave gratia plena:::: Inveniſti gratiam apud Deum. Lucæ cap. 1.

1 PElagus immenſum magnaliũ, mare inſondabile mirabiliũ, *Non plus ultrà* Divini amoris, exhibitio maxima Divinæ miſericordiæ, mons inacceſsibilis operum mirabilium omnipotentiæ, inventio glorioſior Divinæ Sapientiæ, pignus pretioſius Divini amoris, & dignitas Matris melioris, proponitur intellectus ad diſcurſus, ut vocibus lingua explicat. Sed conſiderans tantum montem hujus aſſumpti, invenior abſque facultate ad intelligentiam, & abſque vocibus ad narrationem. Sic Damianus in ſimili occaſione confitebatur: verba non inveniebat ad tanti myſterij ponderationem: *Quia nova, & inaudita ſunt, quæ tractanda ſuſcipimus, nulla invenimus ver-*

UVA. BHSC. BV 08453

verba quibus ad hæc dignè exprimenda ſufficere valeamus, ait. Elevatio aſſumpti, illud è vocum juriſdictione abſtrahit: *Tollit facultatem ſermonis materia ſingularis*: Quomodo invenietur lingua, quæ ſufficiens ſit ad narrandum, neque intellectus, qui non maneat ſuſpenſus in ſola conſideratione, quòd creator originem habiturus eſt ex creatura, quòd creator omnium ab opere ipſius factus ſit, & quòd in utero coarctato Virginis concipitur, qui non comprehenditur in ſpatioſa mundi ſphæra: *Quæ enim lingua explicari ſufficiat, vel quæ ratio humana non obſtupeſcat, cum cogitari cœperit, quia creator oritur ex creatura, factor fit ex factura, quòd in Virginea puellæ vulua concipitur, qui vaſtiſsima totius mundi amplitudine non tenetur*, Damianus concludit.

Pet. Damianus, Serm. 2. de Nativit.

2 Quis tantum intelliget portentum! Et quæ voces poterunt ſignificare maximum Divini amoris prodigium, undè dignoſcitur maximus Dei amor erga homines! *Sic Deus dilexit mundum, ut filium ſuum unigenitum daret.* Sed nequaquam obmuteſcam in myſterio, ubi omnes creaturæ fieri linguas debent? *Non tacebo, & non requieſcam*, cum Iſaìa exclamo, uſque ad narrationem tam mirabilis myſterij, & ſi non vocibus rethoricis, ſaltem fervida anxietate, quæ diffundatur uſque ad labiorum poſsibilitatem.

Joan. 3.

Iſaiæ 62.

3 Hodie igitur in perſona Divini Verbi cèlebrat Deus ſponſalia cum natura humana in thalamo Ventris Mariani: *Verbum ſponſus, caro ſponſa, Virginitatis uterus thalamus*, ait Juſtinianus. Hodie ſatisfacit miſericordia Divina deſiderijs repetitis, quibus Patriarchæ antiqui libertatem captivitatis petebant: *Veni ad liberandum nos.* Hodie ſilentium imponit vocibus, quibus à Cœlo, terraque remedium exigebant: *Rorate Cœli deſuper, & nubes pluant juſtum, aperiatur terra, & germinet ſalvatorem.* Hodie Divina Omnipotentia opera ſuæ efficacitatis exaltat, repingit ſapientia imaginem ſuæ intelligentiæ, & amor Divinus reædificat in utero Mariano illam primam pulchritudinem, quæ obſcurata, & deformata eſt per habitum venenoſum antiqui ſerpentis.

Laur. Juſtin. lib. de Caſto cõnub. capit. 9.

2 Tota Trinitas ad formationem primi hominis con-

UVA. BHSC. BU 08453

Geneſ. 1. convenit: *Faciamus hominem.* Voluit in lucem educere opus, quod factoris fuiſſet imago: *Ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram*, quę umbra fuiſſet authoris: *Ad umbram noſtram*, alij legunt. Eum poſuit in Paradiſo, quem ornaverat omni genere herbarum, florum, plantarumque, quia talem habitationem, exigebat imago, & umbra ipſius Dei. Sed homo appetens æqualitatem Dei evanuit halitu venenoſo ſerpentis. Voluntatem ſuam ſubjecit promiſsis facilibus: *Eritis ſicut Dij*, fuit halitus monſtrui ìuvidi: *Vidit quod eſſet bonum*, præcipitium hominis fuit. In unico inſtanti viſa eſt imago Dei deformata, ædificium in ruinam, umbra diſsipata, & ſpoliata illis donis, quibus artifex ſuppremus ornaverat: *Cum cognoviſſent ſe eſſe nudos.*

Apud Cartag. tom. 1. *hom.* 12 *fol.* 194

6 O Artifex ſuperne, quod opus mirabile tuæ omnipotentiæ male lucratum eſt! O infœlicitas naturæ humanæ! Quod ex errore in homine primo, omnis manſit, ſicut maculata, captiva in indigna ſervitute! Sed quæ fœlicitas! Quæ hominum fortuna! Hodie Trinitas reddit ad imaginis ſuæ reſtaurationem. Hodie reædificat mirabili artificio illud primum ædificium, quod corruit. Hodie dexteritate repingit linteum illud, quod obſcuratum fuit: *O fœlix culpa! quæ talem, ac tantum meruit habere redemptorem*, canit Eccleſia.

In Angelica Sabbat. Sancti.

7 Paranimphus deſcendit de Cœlis Dei legatus: *Miſſus eſt Angelus à Deo.* Nuntium ad Paradiſum Virginis adducit: *Ad Virginem.* Felix notitia ejus eſt mundo. Totam Trinitatem velle hominem formare novum in Paradiſo Mariano: *Ecce concipies*, ait quod Pater æternus brachium ſuæ potentiæ educet, lineas mittens ad reformandum umbram ipſius: *Virtus Altiſſimi obumbrabit tibi*, quod Verbum Divinum uniendum in propria perſona ad imaginis reimpreſſionem: *Vocabitur Altiſſimi Filius*, & quod Divinus amor Ventrem Mariæ fœcundabit, diſponens materiam uſque ad formationem, & perfectionem operis: *Spiritus Sanctus ſuperveniet in te.* Fœlix notitia, Nuntium lætitiæ, opus omnipotentiæ, idæa mirabilis ſapientiæ Divinæ, amoris exceſſus quo fractio naturæ ſolidatur per hoc portentum gratiæ, &c.

AVE MARIA.

UVA. BHSC. BU 08453

Ave gratia plena : : : : Invenisti gratiam, &c.
Lucæ cap. 1.

8 DEUS fuit totus rigidus, severusq; cũ hominibus in umbris antiquę Legis Unico defectu primi hominis è Paradiso exulavit, ingressum prohibens gladio igneo. Per ignem comburentem se dignosci voluit in Deuteronomio, tonitrua explicans, & fulgura èxhibens, Populo se ostendit, quando in duritie petræ legem dedit. Severitate, majestateque magna se ostendit Isaiæ in throno judicis, & in parietis albo scripsit propria manu rigorem justitiæ contra Balthasarem. Sed quàm suavem in Lege Gratiæ habemus! Manifestatus est benignè ad nostram libertatem: *Apparuit benignitas Salvatoris nostri.* Ad Fontes misericordiæ invîtat nos: *Venite ad me omnes*, ut àllevet pondus, quo opprimimur: *Ego reficiam Vos.* In humeros nostros suave jugum legis imponit: *Jugum meum suave est*; nobis se offert idæa mansuetudinis: *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.* Cur ita mutatus Deus in conditione cum hominibus? Hoc mysterium in ænigmate significabo.

Genes. 3

Deuter. 4.

9 Sit orbis superior, alterque inferior, & terrestris. In Cęlesti residet sedens quidam majestate magna, statêram bilancem in manu habens, & hæc littera ex Apocalypsi: *In manu sua habet stateram.* Lanx una usque ad orbem terrestrem descendit ignem, & fulgura adversus habitatores terræ, & hæc littera ex Psalmo: *Justitia Dei in terra oblivionis.* Lanx altera onerata ramis frondosis olivæ sistit elevata in Orbe Cœlesti, & hæc littera ex David: *In Cœlo misericordia Domini.* Intuitu personæ sedentis ostenditur flos pulcherrimus, qui licèt parvus, pollet varietate colorum, & tali consonantia ornatus, quod complacens in illo majestas illa sedens, se ostendit illi benigna, & cèlebrat hac Canticorum littera: *Quam pulchra es.* Flos hic collocatur in lance illa elevata, ubi tanto pòndere illud afficit, quod facit descendere usque ad orbem terrestrem, & elevare illud,

Apocal. 5.

Ps. 87.

Ps. 35.

Cantic. 4.

UVA. BHSC. BU 08453

illud, quod inferius ſiſtebat, uſque ad Cœleſtem, in qua motione bilancis ſtatêræ, hæc littera Pſalmi deſcribitur: *Inclinavit Cœlos, & deſcendit.* Hoc ęnigma eſt, & ſic intelligitur.

Pſ. 17.

10 Illa perſona majeſtate ſedens, Deus eſt in throno gloriæ ſuæ, in cujus manu, & poteſtate ſtatêram habet duplici lance, miſericordiæ, nempè, & juſtitiæ. In Lege antiqua propter hominum peccata, quæ fuerunt multa in tantum, quòd corruptio fuit univerſalis: *Omnis caro corrùperat viam ſuam*, Deus provocatus ad iram, lancem juſtitiæ in terra habebat, flagella cum hominibus exercens propter oblivionem Legis Divinæ, hoc èxprimit littera: *Juſtitia Dei in terra oblivionis.* Lanx miſericordiæ in orbe Cœleſti ſiſtebat, ut ſignificat littera: *In Cœlo miſericordia Domini*; quia homines indiſpoſiti erant, ut in orbe terreſtri miſericordia exerceretur. Deficiebat creatura, quæ pòndere meritorum lancem miſericordiæ in terram traheret.

Geneſ. 6

11 Deus creavit Mariam, veluti florem, inter ſpinas humanæ naturæ: *Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea.* Dotata egreſſa eſt varietate colorum omnium perfectionum, virtutum, & donorum, quæ omnia collocarunt eam ſuper omnes Patriarchas, & Prophetas, & elevaverunt ſuper omnes Choros Angelorum gratiæ totius plenitudine. Sic eam ſalutavit Angelus: *Ave gratia plena.* Dei voluntatem adimplevit hæc pura creatura: *Inveniſti gratiam apud Deum*, & Deus ejus pulchritudinem laudavit, veluti complacens, ut exprimit littera: *Quam pulchra es.* Mariam collocavit Deus in lance miſericordiæ, ut deſcenderet, & cum hominibus exerceretur. Propoſitum fuit Mariæ in ea Verbum Divinum carnem aſſumpturum: *Ecce concipies*; ſed ipſa Virgo ornata humilitate perfectiſsima, ſe ipſam conſideraus, & dignitatis magnitudinem, ſuam indignitatem profitens, ſe uſque ad terram inclinavit: *Ecce ancilla Domini*, & voluntati Divinæ ſe ſubijciens, in hac ſubmiſsione deſcendere fecit, uſque ad terram lancem miſericordiæ, & ipſum Deum, ut in viſceribus ſuis fieret homo. Hoc ſignificat littera: *Inclinavit Cœlos, & deſcendit.* Undè aſſumptum reducitur ad hoc, quod Maria maximè Deo placuit pleni-

Cantic. 2.

UVA. BHSC. BU 08453

tudine gratiæ, & perfectionis, & quòd inclinatione sui ipsius pondere humilitatis maximè Deum ad viscera sua traxit, eum misericordem faciens.

§. I.

12 PRimum in ænigmate, est pulcherrimus flos, quamvis parvus, illustratus tamen omni colorum varietate, qui majestatis sedentis voluntati placebant, quo ejus pulchritudinem hoc elogio laudavit: *Quam pulchra es!* Flos est symbolum Mariæ, in qua Divina omnipotentia copulavit tot perfectiones, & gratias, quibus omnes puras creaturas excedens, desideria Dei replevit. Ideò inter omnes creaturas eam veluti florem laudat Divinus sponsus: *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea.*

13 Quamvis Deus contra homines iratus erat propter eorum peccata, uti misericordia cum illis desiderabat, pacem faciens, ut suavis ostenderetur. Aspiciebat Deus merita viventium in orbe terrestri, ut si in aliquo placeretur, & sua desideria adimpleret, ut ad exercitium misericordiæ deveniret; sed desideria ejus suspensa manserunt, quia perfectiones, quas desiderabat, non inveniebat.

14 Ad hortum suum descendisse, ait sponsus: *Descendi in hortum meum.* Desiderabat videre, si plantæ, & hervæ, flores, & fructus habebant: *Ut inspicerem si floruisset vinea, & germinassent mala punica.* Sed suspensa desideria mansère, quia non invenit: *Nescivi.* Discurrit Deus sua visione per hortum legis antiquæ, arbores rationales, homines, nempè, scrutans, desiderans invenire in illis perfectiones, quas quærebat: *Ut inspicerem, &c.* Contemplavit Noè, Abrahã, Isaac, Jacob, Josephum, Moysem, & David, consideravit Saram, Rebeccam, Rachelem, Abigailem, Esther, & Judith, & in omnibus non invenit perfectiones, quæ anxietates quietarent: *Nescivi.* Manere desideria Dei in centro cordis sui, & lanx misericordiæ in orbe Cœlesti, justitia sua flagella in orbe terrestri exercens. Cantic. 6.

15 Transivit frigida hiems, & influxus explicans Divinus sol in horto rationalium arborum, profecerunt aliqui flores, plantæque in sanctitate, & applicans sol Divinus influxus suę bonitatis, & omnipotentiæ, in

UVA. BHSC. BU 08453

in Maria produxit florem, ubi in unum convenerunt omnes colores, qui maximam formavêre pulchritudinem, arborem, ubi omnes fructus maturiores ad inventi sunt. Copulavit Deus in Maria, omnes perfectiones, & fructus sanctitatis, quibus excelluit omnibus, & desideria Dei adimplevit.

16 Ut satisfaceret anxietati Argentinorum, Ceusis delineavit effigiem Junônis tanta dexteritate, quòd retractans in copia meliores perfectiones mulierum majoris pulchritudinis, perfecit in linteo pulchritudinem ita excellentem, ut sicut omnibus excelluit, desideria omnium adimpleverit, & omnibus placuisset.

17 Sol Justitiæ Deus applicuit totam efficaciam suæ activitatis huic hortui humanæ naturæ, ut produceretur flos, & planta, quæ suis desiderijs satisfaceret, & egressa est Maria ita cumulata perfectionibus, ut super excelluerit omnes creaturas corporales, & spirituales. Supremus Artifex exhibuit totum suæ dexteritatis, & omnium colorum thesaurum, ut pulchritudinem singularem depingeret, & in Maria perfecit imaginem ita decôram, ut suâ plenitudine omnes sanctitates compendiarit: *Gratia plena*, & satisfecerit anxietatibus, & desiderijs Dei: *invenisti gratiam apud Deum.*

18 Hac plenitudine perfectionum, videbat Maria Divinam inclinare misericordiam erga homines. Instantijs non interruptis remedium mundi petebat, clamores Patriarcharum progenitorum imitans. Merita illorum proponebat, sed cum Deus in illis non invenerat plenitudinem, quam desiderabat, Maria ex ore Divini sponsi audiebat illud *nescivi*. Supplex repetebat illa deprecationes, Deum orans, ut iterum hortum sunm inspiceret, usque quo proprias perfectiones obtulit, inquibus complacere poterat.

19 Cum vidisset sponsa Canticorum sponsum non inveniisse flores, & fructus, quos desiderabat, & in horto suo quærebat, in capite sequenti eum vocat: *Veni dilecte mi, egrediamur in agro. Manè surgamus ad vineas, videamus si floruit & vinea, si flores fructus parturiunt, si floruerunt mala punica.* Ibi ostendam tibi, quod thesaurizo in pectore meo: *Ibi dabo tibi ubera mea.* Nihil interst, quod Cantic. 7.

UVA. BHSC. BU 08453

non inveniſſes flores, nec fructus in horto, & arboribus, hinc habes, quod deſideras, quia ſervo tibi omnes fructus antiquos, & novos, ut ſint ſatis deſiderio tuo: *Omnia poma nova, & vetera ſervavi tibi dilecte mi.*

20 Non invenit Deus in omnibus arboribus, quæ hortum Eccleſiæ replerunt, nec flores, nec fructus meritorum, quæ deſiderabat, ſed Maria recopilavit omnia merita, omneſque flores, & fructus antiquæ legis, & gratiæ ad ſatisfactionem Dei: *Omnia poma nova, & antiqua*, nunc Bernardus: *Quidquid ſinguli habuerunt ſancti, tu ſola poſſediſti.* Habuit ex antiquis fructibus cultum Abelis, obſervantiam Noè, obedientiam Abrahæ, & Iſaac, liberalitatem Jacob, patientiam Jobi, caſtitatem Joſeph, Moyſis manſuetudinem, charitatem David, prudentiam Abigail, modeſtiam Ruth, Rachelis pulchritudinem, Sunamitidis virginitatem, fœcunditatem Liæ, Jaelis fortitudinem, & magnanimitatem Judith: *Omnia poma vetera.* Habuit fructus Eccleſiæ novæ: puritatem Agnetis, fortitudinem Poloniæ, Agathæ conſtantiam, ſapientiam Catharinæ, Cœciliæ modeſtiam, zelum Urſulæ, ſimplicitatem Virginum, Confeſſorum perſeverantiam, fortitudinem Martyrum, Apoſtolorum charitatem, & omnium perfectiones: *Omnia poma nova.* Omne habuit cum exceſſu ad omnes, ait D. Thomas: *Rationabiliter credimus, quòd præomnibus Sanctis majora privilegia gratiæ acceperit.*

Bernardus Ser. 4. ſuper Salve.

D. Tho. 3. part. quæſt. 27. art. 1.

21 Omnem hanc plenitudinem perfectionum obtulit Maria Deo, in quibus Divina voluntas complacuit: *Inveniſti gratiam apud Deũ.* Reſpexit, & iterum reſpexit Mariam Conſiſtorium Divinum ex omni parte: *Revertere ſunamitis, & intueamur te*, ſuas perfectiones laudavit ſuprà omnes aliorum: *Multæ filiæ congregaverunt divitias, tu ſupergreſſa es univerſas*, & decrevit Mariam interponi cum omni plenitudine gratiæ, ut rigores Divinæ Juſtitiæ temperaret.

Cantic.

Prov. 31.

22 Author naturæ poſuit ſignum Virginis inter ſignum Leonis, & Libræ, ut impediret conjunctionem duorum. Ratio eſt, quia cum ſignum Leonis rigidum ſit, & pollens incendijs, & ſignum Libræ pondus juſtitiæ; ſi jungerentur, in ſubluna-

ris

UVA. BHSC. BU 08453

ribus deſtructionem efficerent. Sic Deus Mariam conſtituit inter rigores ſui, & lancem juſtitiæ, plenitudine perfectionum Mariæ allectus.

23 Joannes ait, ſe vidiſſe Mariam veluti ſignum medians inter Solis ardores: *Signum magnum apparuit in Cœlo, mulier amicta Sole, & in utero habens.* Inter Solis rigidum influxum, nec exerceretur. Vel dicam, quòd ſi Sol ſiſtens in ſigno Leonis, terram ſuo calore combùrit, & ad ſignum Virginis tranſiens, influxum rigidum temperat, & ſuavis influit; Sol Juſtitiæ voluit temperare ſuum influxum rigidum in ſigno Mariæ: *Signum magnum, &c.* Ideo Trinitas tota decrevit eam eligere ad dignitatem Matris, & ſponſæ Dei, & quòd Mater viventium foret, quia cum ſatisfecit deſiderijs Dei plenitudine gratiæ, & perfectionum, & meritis proprijs præponderavit demeritis omnium, electa fuit, utì melior ad hanc dignitatem.

Apocalypſi 12

24 Dum Eleazarus pergeret, ſponſam Iſac quærens, invenit Rebeccam; quæ pulchritudine nitens, in vaſe aquam portabat. Petivit ab ea aquam ad ſitim extinguendam: *Pauxillum aquæ mihi ad bibendum præbe de hydria tua.* Rebecca obtulit aquam liberalis, & pia: *Bibe Domine mi*, etiam ſi neceſſe habes (ait) camelis tuis tribuam: *Et camelis tuis hauriam aquam.* Eleazarus dixit: Hæc Virgo aquas habet mihi, & camelis; ideò eã præparavit Cœlum, ut Iſac eſſet ſponſa: *Ipſa eſt, quam præparaſti ſervo tuo Iſac.* Sic placuit Deo plenitudo Mariæ, ita ut affectum traheret: *Inveniſti gratiam apud Deum*, ait Angelus legatus. Plena erat ex omni parte gratijs: *Ave gratia plena.* Eò Conſiſtorium Sacrum elegit eam, quia vidit veluti florem omnibus coloribus ornatum, & ipſi omni pulchritudine amictum, quare ab ipſo laudata fuit, ut exprimit littera: *Quam pulchra es!*

Gen. 24

§. II.

25 SEcundum in ænigmate, eſt flos illud collocatus in lance miſericordiæ, ſiſtente in orbe cœleſti, inclinavit uſque ad terram, & hæc littera Pſalmi: *Inclinavit Cœlos, & deſcendit.* Eſt flos ille Maria, quæ plenitudine gratiæ, qua placuit Deo undequaque, & pondere ſuarum perfectionũ miſericordiam

UVA. BHSC. BU 08453

usque ad terram inclinavit.

26 Deus decrevit pacem cum hominibus facere, sanctitate, & perfectione Mariæ placatus, se naturæ humanæ uniens. Aliquæ nationes confœderationem pacis sub hac forma celebrarunt. Quilibet discordium feriebatur indigito pollice manus, & unitis digitis, sanguis cujuslibet cum sanguine alterius miscebatur; sicque firmata manebat pax.

27 Deus voluit pacem cum hominibus stabilire, se uniens naturæ ipsorum, non exteriori vinculo, sed utramque naturam, Divinam, nempè, & humanam in persona Divina uniens. Igitur cum Maria unica creatura fuit, quæ habuit plenitudinem perfectionis, & quæ Deo placuit adæquatè, decrevit Mariam esse, ubi hanc desponsionem duplicis naturę celebraretur, & ubi Deus homo conciperetur. Decretum suum per Angelum legatum manifestavit: *Ecce concipies, & vocabitur Altissimi filius.* Eja Domina, quid dicis? Considera, quod si Serpens ad ruinam humani generis expectavit assensum Evæ; restauratio debet contraponi, & consensum à te exigit Deus: *Ut nostræ perditioni conveniens nostræ reparationi principium responderet*, dixit Chrysologus. Omnes à te expectamus verbum, à quo nostra pendet libertas: *Expectemus & nos, ò Domina Verbum miserationis; ecce offertur tibi pretium salutis nostræ; statim liberabimus, si consentis*, ait Bernardus. Eja Virgo responde proposito, quia expectat Angelus consensum tuum Deus pulsat in ostio ad remedium, & omnes Adæ filij, qui captivi invenimur, tuum consensum postulamus: *Responde jam Virgo Sacra* (ait Augustinus) *assensum tuum Angelus præstolatur, Deus in porta est, sæculum omne captivum, tuum deprecatur assensum.* Considera, quòd sicut sponsus pulsabat ad ostium dilectæ instantijs amoris: *Aperi mihi soror mea*, ipse Deus vocat te desiderans, ut ingressum tribuas.

Chrysolog.

S. Bern.

Augusk. serm. de Nativ.

28 Consideravit Maria dignitatem sibi propositam. Contemplavit se puram creaturam esse, quin plenitudinè donorum, quibus Deus ditaverat, inspiceret; & se esse ipsum nihil judicavit: *Considerabat se ex parte sua, non ex parte donorum Dei; & sic agnoscebat*

Carthag. tom. 1. in hoc Myster.

UVA. BHSC. BU 08453

cebat ex se ipsa nihil esse; ait Cartagena. Sic (ait Maria) quòd electa sum ad Matrem Dei, quòd, ipsum nihil sum, & discedere non possum à Divina voluntate; igitur nihilitatem meam profiteor exinaniens me, & Divinæ voluntati subjiciens me: *Ecce ancilla Domini.* Pulvis sum, talem dignitatem non mereor; sed divinum beneplacitum in me fiat: *Fiat mihi secundum Verbum tuum.*

29 Nunc Domina tantum humiliaris, dum Divinum Consistorium sic favet te? Dic Domina. *Ecce plena gratia, quæ gratiam invènit apud Deum: ecce apud fœminas benedicta: ecce Regina Angelorum: Domina mundi, futuram Matrem Dei, mulierem fortem:* ait Bernardus. Sed non ait nisi: *Ecce ancilla*, quod fuit summè se humiliari: *Quæ est ista humilitas sublimis, quæ honori cedere nescit, insolescere gloria non novit; Mater Dei eligitur, & ancillam se nominat*, concludit Bernardus.

S. Bern. serm. 4. super missus est.

30 Eja ergo, Mariam relinquamus, quia humilitas corona suarum perfectionum esset, & cujusque alterius virtutis, & excellentiæ perfectior. Hæc humiliatione, qua usque ad pulverem tetigit in terram adduxit lancem misericordiæ, mundum ea replens: *Misericordia Domini plena est terra.* Plenitudine omnium perfectionum Deo placuit, sed hac humiliatione ultimam manum perfectionis posuit, qua Deum traxit ad viscera sua, ut humanæ uniretur naturæ: *Etiam si placuit ex humilitate, tamen ex humilitate concepit*, dixit Bernardus. O *quantum meruisti!* (exclamat Ansbertus) O *quantum Beata humilitas in Sacra Virgine voluisti! quid meruisti, nisi ut Deum, homini conjungeres, & Verbum carni unires?*

Psalm. 23.

S. Bern.

Ansbertus lib. 2. super Apocal.

31 Ambitio æqualitatis cum Deo, fuit primum peccatum, quo totus corruit orbis: *Eritis sicut Dij.* Eva præsumpsit elevationem fictam: *Vidit, quòd esset bonum.* Nunc, quòd Deus obtulit Mariæ veram dignitatem Matris Dei, & sponsæ ipsius, indignam se esse protestatur, & ancillam esse profitetur absque præsumptione: *Ecce ancilla.* Sed in hac cognitione, humiliatione que sui ipsius, primam illam culpam satisfecit, & ipsum Deum in utero concepit. Dexteritas fuit, qua Deum velati vi, traxit ad uterum suum.

For-

UVA. BHSC. BU 08453

32 Formatio mirabilis Margaritæ notetur. Super aquas concha elevatur, & cœlis ostendens pulchritudinem pectoris sui, illis complacet; & Cœlum rorem descendens, concham fœcundat; sed ut unio concipiatur, descendit concha in profundo maris, & in hac humiliatione formatur, & generatur pretiosior unio. Deus vult sibi thronum, & habitaculum vacuitate præsumptionis ornatum. Ideò Mariæ ventrem elegit; quia ex omni parte vacuum elatione respexit.

33 Quod Altare esset vacuum in interiori, præcepit Deus in Exodo, ut cultus sibi in illo tribuendus ipsi gratus foret: *Non solidum, sed innane, & concavum intrinsecus facies*, dixit Moysi. Sic Maria altare fecit in sacrificio suæ voluntatis, vacuum omni elatione, se omnimodo humilians. Multum placuit Maria Deo plenitudine aliarum perfectionum, sed excessus humilitatis plenariè rapuit Dei voluntatem.

Exod. 27.

34 Pulchritudinem maximam Judith celebrat Scriptura Sacra; sed ornatus infimus, nempè sandalia rapuit totam animam Holofernis: *Sandalia rapuerunt animam ejus.* Humiliatio Mariæ Deum amore captivavit, ut eum adduceret in uterum.

Judith. 8.

35 *Fecit mihi magna, qui potens est*, ait Maria in suo Cantico; quòd Pater Æternus veluti generans maxima bona fecit in illa: quia fecit concipi ipsiusmet filium. Sed cur tot bonum? Ipsa dicit: *Quia respexit humilitatem ancillæ suæ.* Hæc, sumptum exhibuit, ut talis esset Mater: *Respexit Deus humilitatem Mariæ*, (ait Hugo Victorinus) *cui per humilitatis meritum dedit, ut filium suum in carnem conciperet, & de sua carne verum Deum, & hominem Salvatorem generaret.* Talis fuit vis, & efficacia illius, *Ecce ancilla*, in humiliatione Virginis: quòd Deus, veluti victus, cessit Mariæ. Maria mansit dedita humilitate, & Deus humiliatione Mariæ deditus mansit ad hominem fieri in Mariæ utero vi illius demissionis Virginis.

Hugo Victor. in annotation. ad magnif.

36 *Fortis impegit in fortem, & ambo pariter ceciderunt*, dixit Jeremias. Quòd duo fortes ad invicem pugnaverunt, & uterque cesit in pugna. Fuit omnis fortitudo Dei, quam David dixit: *Dominus fortis,*

Jerem. 48.

Psalm. 23.

UVA. BHSC. BV 08453

tis, & potens Dominus potens in prælio. Fuit omnis fortitudo Mariæ, quam dixit Spiritus Sanctus: *Mulierem fortem.* Utraque fortitudo in bello convenerunt, & utraque devicta manſit: *Ambo pariter ceciderunt,* Maria ex humilitate in ſua cognitione: *Ecce ancilla,* & Deus captus in ventre factus homo: *Verbum caro factum eſt.* Ipſa humiliatio Mariæ fortior jacula fuit, qua vulneratus Deus in corde, cecidit uſque ad eſſe homo in utero ipſius contendentis.

Prov. 31.

37 Sic ipſe Deus dixit in ſponſi vocibus: *Vulneraſti cor meum ſponſa mea.* Me dereliquiſti excordem: *Excordaſti me*, alij legunt. In corde percuſiſti nos: *Percuſiſti nos corde*, legerunt alij. Cor meum extraſiſti: *Abſtuliſti cor meum*, legunt Septuaginta. *Hoc eſt Filium meum*, Cartagena dixit. Uſque cor meum abſtuliſti, nempè Filium meum, vulneraſti me, ait Mariæ Deus. Sagitta vulnerans crinis colli tui fuit: *In uno crine colli tui.* Crinis fuit humilitas Mariæ: *Quid uno crine gracilius, & quid humilitate ſubtilius* (ait Rupertus) *quid crine flexibilius, & quid humilitate contractius?* Hæc humiliatio Mariæ fuit ſagitta, qua pugnavit cum ipſo Deo: *Fortis impegit in fortem*, hac ſagitta vulneravit in corde: *Vulneraſti, &c.* Et ſi Maria ex humilitate manſit dedita, Deus manſit vi illius humiliationis, & ad eſſe hominis devenit in utero ipſius Virginis: *Ambo pariter ceciderunt.* Mariæ junxit ſuæ humiliationi reſignationem cum Divina voluntate. Pronuntiavit Illud: *Fiat mihi ſecundum verbum tuum*, & efficacius fuit illud fiat in unico inſtanti omnibus inſtantijs, & petitionibus, quæ per ſæcula cucurrèrunt.

Cantic. 4. *Alij.* *Septuagint.* *Cartag. in Marial.* *Rupert. lib. 3. in Cantic.*

38 Petrus fatigatus fuit per ſpatium noctis in proijciendo rete in Mari, quin aliquid caperet: *Per totam noctem laborantes, nihil cepimus.* Advènit dies, & projecit rete in nomine Chriſti: *In nomine tuo laxabo rete.* Nunc tot piſces cepit, quot rete trahere non poterat propter pondus. Per totam noctem antiquæ legis, fatigati fuerunt Patriarchæ, & Prophetæ proijcientes clamores, & deprecationes, remedium mundi petentes: hoc ſignificavit luctamen illud Jacob cùm Deo per totam noctem; ſed nihil ceperunt: *Nihil cepimus.* Acceſsit dies ſœlix, & radiare cepit in Maria, utrò

Lucæ 5.

UVA. BHSC. BU 08453

in aurora. Projecit hęc virga Jeſsè lineam in Mari Divinæ bonitatis in unico *fiat* ſui conſenſus, ineſcatione humilitatis in *ecce ancilla*, & in inſtanti cepit, quod per tot ſæcula non potuerunt omnes Patriarchæ, & Prophetæ: cepit totum Deum factum homo in rete ſui uteri puriſsimi, incomprehenſibilem magnitudinem circundans: *Quem Cœli capere non poterant tuo gremio contuliſti.*

39 Hæc fuit excellentia Mariæ. Hæc magnitudo perfectionum illius, quæ replevit beneplacitum Dei, ut rigorem erga homines temperaret. Ideò tantum Deo placuit: *Inveniſti gratiam apud Deum*; quia undequaque plenitudine gratiæ polebat: *Gratia plena*; ideò collocata, veluti flos, in conſpectu Conſiſtorij Divini, laudata fuit de ejus pulchritudine: *Quam pulchra es!* Eo toto pondere ſanctitatis, & meritorum inclinavit uſque ad terram lancem miſericordiæ, & ipſum Deum adduxit: *Inclinavit Cœlos, & deſcendit*; Quia ejus humilitas tanta fuit, quòd ipſi Deo vim fecit, uſque quo cor ipſius abſtulit in Filio, & in ſuis viſceribus conſtituit, indiſolubile vinculum faciens cum humana natura. Totum hoc myſterium exhibitio fuit omnipotentiæ, ſapientiæ Divinæ, & infiniti amoris; ſed Mediatrice Maria, ubi theſauros gratiæ poſuit, & omnis ſanctitatis, perfectioniſque cumulum, ut haberet in Maria gloriam,

&c.

ORATIO

UVA. BHSC. BU 08453

ORATIO QUARTADECIMA,

DE VISITATIONE

B. VIRGINIS MARIÆ

AD ELISABETH.

Exurgens Maria abijt in Montana cum festinatione. Lucæ cap. 1.

HOdie, quòd mysteria multiplicantur, difficilius est ea celebrare: *Quis tanta mysteria condignis laudibus prosequatur?* Dixerunt Patres Concilij Basilienſis. Hodie, quando tot utilitates habuerunt, inaccessibile est tot gaudia declarare: *Quis hæc gaudia sufficienter exponat?* Joannes gaudia exprimit antequam ex carcere uteri materni liber fit: *Joannes nondum natus exuleat.* Elisabeth complacet in Visitatione Mariæ: *Elisabeth adventu Virginis coletatur.* Maria gaudet tot in mysterijs: *Maria gaudet in mysterijs.* Verbum Divinum in ventre virgineo inclusum cognitum fuit à Joanne è materno thalamo: *Clausus in utero Salvator, à suo recognoscitur Præcursore.* Angeli, Cælum, terraque, lætitia adimplentur: *Angeli lætantur, Cœlum, & terra jucundantur.* Et novis laudibus celebratur Trinitas tota: *Tota Trinitas novis laudibus glorificatur.* Hæc mysteria, ex quibus tot gaudia proveniunt, Panegyricis novis celebrari debent: *Hæc gaudiorum magnitudo specialibus est exaltanda præconijs.* Ubi Deus homo factus, in angusto ventris videtur, Maria, currus tãtæ majestatis, Elisabeth sterilis, fœcundata invenitur, & Joannes electus Messiæ Præcursor ab ipso Deo visitatur: *Qua, & Dominum, qui gestatur in utero, & Virginem, quæ portat,*

Concil. Basiliẽ. sect. 43.

&

& ſterilem, quæ concepit,& Præcurſorem, qui viſitatur. Hæc omnia Patrum ſupradicti Concilij ſunt. Tot myſteria intellectu capi non poſſunt.

Prov. 30. 2 *Tria mihi difficilia, & quartum pœnitus ignoro,* dixit Sapientior inter homines Salomon. Quod judicabat impoſsibile ea intelligere: *Impoſsibilia intelligere,* legunt alij. Et quæ fuerunt? Ipſe dicit: *Viam Aquilæ in Cœlum, viam colùbri ſuper petram, viam navis in medio maris, & viam viri in adoleſcentia ſua.* Tot proponuntur hodie myſteria intellectui, Mariam veluti Regiam Aquilam volatum elevantem uſque al Montana Judeæ: *Ecce Mariam, quæ inſtar Regiæ Aquilæ velociſsimè volantis, abijt in Montana cum feſtinatione.* Eliſabetham veluti ſerpentem prudentem duritiem petræ ſterilitatis, pellem antiquam in fœcundæ deſinentẽ: *Ecce Eliſabeth veteranam, prudentiſsimam ſerpentem, quæ per duram, ac ſiccam petram ſterilitatis per tranſiens, quaſi antiquam in fœcunditatis pellem exuens, mira juveneſcit fœcunditate.* Joannem, veluti navem, in mari originalis culpæ, è cujus fluctibus furentibus eum liberavit maris ſtella melior, Maria, veluti theſauratrix Divinę omnipotentiæ: *Ecce infantem Joannem in medio inundantis maris originalis peccati procelloſis fluctibus agitatum, à quibus maris ſtella, nempè Maria, tanquam inſtrumentum Divinæ omnipotentiæ liberavit.* Et hominem Deum in tènera Virgine, veluti in curru, iter faciens in domum Zachariæ, & veluti ſolem, umbras Joannis expellens: *Ecce iter, & viam Chriſti in adoleſcentula Maria, velut in velociſsimo curru, ad Zachariæ domum pergentis, ut velut ſol irradians tenebroſam Joannis mentem illuſtret.* Sic diſcurrit erudi-

Cartag. Mariał. homil.6

tus Cartagena in hoc myſterio.

3 Neſcio, ſi in myſterijs Montis Orèb, Deus meditavit hanc Viſitationem myſterioſam. Moyſi apparuit è medio rubi incorruptæ: *Apparuit ei Dominus de medio Rubi.* Inde vocavit eum: *Vocavit eum de medio Rubi.* Viſitatio Dei fuit populo ſuo, ſicut Joſephus prophetaverat: *Deus viſitabit vos, & aſcendere faciet de terra iſta.* Dixit Joannes per Iſaìam, quòd Deus eum ab ùtero vocavit: *Dominus ab ùtero vocavit me.* Evan-

Exod.3

Geneſ. 50.

Iſaìas 49.

ge-

UVA. BHSC. BU 08453

gelista Joannem missum fuisse à Deo, sicuti fuit Moyses: *Fuit homo missus à Deo.* Joan. 1. Zacharias laudans Deum in suo Cantico, quòd in mysterijs à Deo in sua domo operatis, & in filio suo, Populum visitavit: *Visitavit, & fecit redemptionem plebis suæ. Visitavit nos oriens ex alto.* Hoc fuit Deum hanc visitationem in Oreb meditasse, utì in illa figura legis antiquæ hoc mysterium legis gratiæ, &c.

AVE MARIA.

Exurgens Maria abijt in Montana. Lucæ c. 1.

4 DUplex mysterium hodierna die, erunt objectum discursus. Velocitas, qua Maria procedit in Montana Judeæ; & prodigia, quæ operata fuit in domo Zachariæ, ubi cursum terminavit. Totum hoc ænigmate significabo.

5 Sit currus pulcherrimus è nube formatus, & velocitate se movens impulsu flammarum ignis, quæ per modum pennarum apparent, & hæc littera ex Ezechiele desumpta: *Ubi erat impetus spiritus, illuc gradiebatur.* Ezech. 1. Hic currus cursum terminat in horto variarum plantarum; quarum aliquæ inveteratæ, aliquæ novæ; sed omnes absque frondositate foliorum, & fœcunditate florum, & fructuum, veluti in hieme rigidiore; sed influxu ab illo curru proveniente, omnes sunt renovatæ, & folijs, floribus, & fructibus sunt ornatæ; unde hæc littera ex primo Joannis desumpta legitur: *De plenitudine ejus omnes accipiunt:* Joan. 1. quòd in discursus declarabitur.

§. I.

6 PRimum in ænigmate, est currus ex nube cœlesti constructus, & se cum velocitate movens impulsu alarum ignis, & hæc littera: *Ubi erat impetus spiritus, illuc gradiebatur.* Currus est symbolum Mariæ, ubi Christus fuit, nempè Verbum Divinum homo factus in ejus visceribus purissimis. Motus ille velocissimus, quem fecit Maria è Nazareth, ubi Deum concepit usque ad Montana Judeæ cursu velocissimo. Sic exprimit Evangelista: *Abijt in Montana cum festinatione.*

7 Statim, quòd Maria ditata fuit thesauro Dei homo facti, movit se celeri pres-

UVA. BHSC. BU 08453

Euseb. Emisen hom. de Visitat. Virg.

pressu asperitatem montium transcendens: *Mox ut Angelus ad superna redijt, surgit, ac Montana conscendit,* ait Eusebius Emisenus. Videtur exprimi ab Evangelista: ait enim, quod Angelus discessit à Maria: *Discessit Angelus ab ea*; & statim dicit: *Exurgens Maria abijt in Montana cum festinatione.* Humiliavit se Maria, cum Gabriel Mysterium Incarnationis in suo virgineo thalamo, celebrandum dixit: *Ecce ancilla Domini.* In hac humiliatione exhibuit sui consensum: *Fiat mihi secundum verbum tuum.* Et in ipsomet instanti, Deus homo factus est in utero ejus. Igitur ex ipsa humiliatione, in qua Divinum Verbum concepit, & Angelus discessit, currus ipse mysticus, tuum velocem cursum cœpit, ad Montana abiens: *Discessit Angelus. Exurgens Maria, &c. Mox ut Angelus redit, &c.*

8 Deus fuit inventus humana carne vestitus in visceribus Virginis. Eum misit Pater Æternus, ut liberaret homines à captivitate: *Misit Deus filium suum factum ex muliere, ut eos, qui sub lege erant, redimeret,* ait Paulus. Et veluti, quòd Æternus Pater ipsum filium suadebat in instanti incarnationis, ut statim curreret ad liberandum Joannem: *Contemplor Æternum Patrem* (ait Cartagena) *Unigenitum humana carne indutum his verbis urgère: filij mi discurre, festina, suscita amicum tuum.* Sed quia in Virginei uteri thalamo inveniebatur, volebat Mariam interveniisse, velati currum Majestatis: *Id est in festina subventione Mariæ,* ait Bustos.

Galat. 4

Cartag. lib. 6. hom. 4.

Bustos serm. 4. de nom. Mariæ.

9 Maria vidit se esse plenam thesauris cœlestibus, & desiderijs charitatis incensa fuit ad participare: *Cum filio Dei gravida esset Maria, ac plena ejus Deitate: cupiebat de plenitudine hac alijs impertire,* ait Cartagena. Voces dilecti audiebat, qui suadebat, ut moveretur ad impulsum charitatis: *Surge, propera amica mea, veni.* Verbum in utero inclusum ignis comburens erat: *Deus ignis est.* Sciebat, quod veniebat in mundum, ut combureret, & purificaretur: *Ignem veni mittere in terram,* & igne charitatis ardens Maria per Divinum, qui inclusus continebatur in utero suo, & per proprium, veluti nubs levis effformata Dei vivi currus, tanti incendij impulsu se movit.

Cant. 2.

Deuter. 4.

Luc.

Sig-

UVA. BHSC. BU 08453

10 Signa illius myſtici currus, notate, quem Ezechiel vidit. Ex nube conſtruebatur: *Nubes magna*, ſed igne involuta: *Ignis involvens.* In centro metàllum pretioſum: *De medio ejus quaſi ſpecies electri.* Viventia, à quibus movebatur ignea, & alata: *Similitudo animalium quaſi carbonum ignis ardentium. Pennas per quatuor partes habebant.* Omnes motus tendebant, ubi impetus ignis, quo movebatur, aſpirabat: *Ubi erat impetus ſpiritus, illuc gradiebantur.*

Ezech. 1.

11 Nubes illa, ex qua currus conſtruebatur, Maria eſt cum electro Dei hominis in utero ſuo, qui igne factus venit in mundum propter hominum ſalutem. Tota ipſa nubs virtutibus circùndata eſt, & omnes charitate indutæ, ex cujus flammis pennæ efformantur, quæ agilitate currum illum, nempè Mariam movent ad Montana Judeæ: *In Montana cum feſtinatione*, quia ducebatur impetu charitatis, ut plenitudinem boni, quod continebat, communicaret: *Ubi erat impetus ſpiritus, illuc gradiebatur.*

12 Currum ſibi fecit Rex Salomon: *Ferculum fecit ſibi Rex Salomon.* Fuit ubi filius Dei ſedit, & requievit: *In qua ſe reclinavit filius Dei*, ait Hugo. Currus ille Maria fuit, quæ Divinum Verbum adduxit è Cœlo ad terram, & ad plura alia in terra deduxit: *Ut vera ſella Salomonis detulit eum de Cœlo in mundum, & in mundo de loco ad locum*, dixit Antoninus. Maria fuit, quæ veluti currus detulit Verbum Divinum è Nazareth ad Judæam: *In hac Viſitatione* (ait Cartagena) *in qua Beata Virgo velut ferculum veri Salomonis, Chriſtum Dominum ad Joannem detulit.*

Cant. 3.

Hugo Card. hic.

S. Antonin. hic.

Cartag.

13 Sed textus ait, poſuiſſe in centro ferculi imaginem charitatis, vel ipſam charitatem, tanquam ſymbolum: *Media charitate conſtravit.* Imago illa eſt Deus, qui per excellentiam charitas eſt: *Deus charitas eſt*, ait Joann. Verbum Divinum collocavit ſe in centro Mariæ, veluti in ferculo humanę unitum naturæ. In ventre puriſsimo Virginis fuit unitum vinculo amoris, illique tribuit pœnas ignis, ut cum celeritate moveretur, ubi ignis ille Divinus impellebat.

1. Joan. 4.

14 *Fortis ut mors dilectio*, ajebat ſponſæ dilectus. Sed ait quòd ſagittæ

Cant. 8.

UVA. BHSC. BU 08453

ejus ignis sunt : *Lampades ejus, lampades ignis. Sagittę ejus*: legunt alij. Quòd pennæ ejus erant igneæ : *Alæ ejus, alæ ignis*: Alij legerunt. Igitur si sagittæ sunt, & igneæ, sagittę alis ornantur, ut velocius procedant. Hoc est mysterium currus Mariæ, quod velociter tendit è Nazareth ad Judeæ Montana: *Abijt in Montana cum festinatione.*

15 In utero suo restrinxit se Verbum Divinum cum humana natura forti amoris vinculo : *Fortis, ut mors dilectio.* Mansit in centro Mariano ipsa charitas per essentiam : *Media charitate*, ipse Divinus est ignis : *Deus ignis est*, & ignivit Mariam flammis charitatis, illi tribuens alas igneas, ut veluti currus moveretur : *Alæ ejus, alæ ignis.* Ignea non erant viventia illa, quibus movebatur currus Ezechiel? Textus dicit: *Quasi carbonum ignis ardentium.* Et non ornabantur ex omni parte alis, quibus currus movebatur? Constans est: *Pennas per quatuor partes habebant.* Dixit Propheta, quòd in centro currus illius, qui ex nube construebatur, ignis involvens erat: *Ignis involvens.* Igitur cum in centro portabat tantum ignem, ignea formabantur viventia, à quibus movebatur, & flammæ ejus pennæ erant, quibus motus, potius volatus, quàm gressus, ubi impellebat incendium : *Ubi erat impetus*, &c. Et statim, quòd currus ille fuit visus in terra centrum ignitum, motum suum non exercuit? Propheta asserit : *Rota super terram::: ubi erat impetus, illuc gradiebatur.*

16 Statim, quòd Maria concepit ignem Dei naturæ unitum in visceribus suis, omnes ejus facultates igneæ factæ sunt charitate Dei, & alæ ignis exortæ fuerunt: *Alæ ejus, alæ ignis*, quibus velocissimè movebatur : *Ubi erat impetus*, &c. ad Montana Judeæ. Sed cur currus ipse Divinus ad Montana ascendit? Fortè, quia cum centrum ejus igneum esset, & alæ igneæ, ad regionem superiorem tendit, utì ad centrum ignis. Sed per amplius cogitabam. Motus fuerunt impulsu animæ, & spiritus currus ipsius, nempè Mariæ : *Ubi erat impetus spiritus*, &c. Spiritus Verbi Incarnati, quod continebat in utero spiritus sanitatis erat filijs Adæ; & cum Joannes esset magis propinquus propter officium ad quod destinatus erat à Deo ; & infirmus sistebat dolentia origi-

UVA. BHSC. BU 08453

ginalis maculæ, impulit ignis illius ſpiritus, ut celeriter pergeret ad ſanandum Joannem.

17 Ait Spiritus Sanctus in Eccleſiaſtico, quòd medicina univerſalis in feſtinatione nebulæ ſiſtit: *Medicina omnium in feſtinatione nebulæ.* Abſtineo ab explicane modi, quo nebula in eſſe naturali ſanat induratum terræ; & ad allegoriam tranſeo. Eſt Maria nebula myſtica, quæ, (ut ait Eccleſiaſticus) texit omnem carnem: *Sicut nebula texi omnem carnem;* quia propriam carnem Divino Verbo tribuens; in quo poſuit Pater omnes lãguores humanæ carnis, cum proprietate dicit, quòd texit omnem carnem. Igitur hæc nebula myſtica, quæ nubs cœleſtis fuit formata, fuit, quæ concipiens Divinum Verbum in utero ſuo, & facta ipſius Dei ferculum, motum exhibuit feſtinum è Nazareth ad Montana Judeæ: *Abijt in Montana, &c.* Medicinam univerſalem afferens omnibus Domus Zachariæ: *In feſtinatione nebulæ, medicina omnium.* Nunc Cartagena: *Feſtinante Maria per nebulam ſignificata; quia ſicut nebula Solem tegit, ita ipſa humanæ carnis nebula Solem juſtitiæ cooperuit.* Ita velox fuit hic motus Mariæ, ut admirarentur Cœli, & Cœlicolæ.

Eccleſiaſt. 43

Idē 24.

Cartag. homil. 4

18 *Quæ eſt iſta*, (ajebant) *quæ aſcendit per deſertum, ſicut virgula fumi?* Agilis, veluti exhalatio, vapor, & veluti ſpiritus, procedebat. Motus quem mirabantur, impulſu charitatis exercebatur: *Charitatis fervore*, dixit Cartuſianus; cum enim charitas naturæ ignis ſit, è terrena gravitate abſtrahit, & ágilem reddit, uſque quo reducit materiam in fumum, vaporem, & exhalationem.

19 Sic mota eſt Maria è Nazareth uſque ad Montana Judeæ, ſtatim, quòd Divinum Verbum concepit, aſcendens velociter: *Abijt in Montana cum feſtinatione*, facta ignis, quia in centro ipſum ignem, nempè Deum, ferebat. *Nubes magna, & ignis involvens*, quo charitate ardebat: *Quaſi carbonum ignis ardentium*, ex cujus flammis alæ formabantur: *Pennas per quatuor partes*; quo impulſu aſpirabat motus, ubi erat impetus ignis charitatis: *Ubi erat impetus ſpiritus, illuc gradiebatur*; quod primum in ænigmate eſt.

* * *

UVA. BHSC. BU 08453

§. II.

20 SEcundò est in ænigmate hortus diversis arboribus languentibus, & aridis absque fronde foliorum, florum, & fructuum; sed terminato cursu currus illius ad hortum hunc, omnes arbores ex illo curru participantes influxus, statim sunt plenæ foliis floribus, fructuque, quælibet secum qualitatem participationis; ubi hæc littera ostenditur: *De plenitudine ejus omnes accipiunt.* Vidimus currum illum esse Mariam oneratam thesauro ipsius Dei, qui in centro sui uteri continebatur, & quod impulsu charitatis movebatur. Hortus, domus Zachariæ est, & arbores, qui familiam constituebant, Zacharias ipse, Elisabeth, & Joannes, qui in illius utero sistebat. Omnes arbores aridæ erant, Joannes absque vita gratiæ, & inter umbras originalis peccati; Zacharias, & Elisabeth inter umbras legis antiquæ; sed ingrediens in domo currus Marianus thesauros, quibus onerabatur, jecit; & fluenta, quibus replebatur, effudit, & benedictionibus replevit omnes: *De plenitudine ejus omnes accipiunt.*

21 Illi Angeli, qui pervenerunt in domum Abrahæ benedictionibus replerunt, & fructum uteri Saræ asseruerunt. In domo Loth totam eduxerunt familiam ab incendio Sodomæ. Jacob in domo labam ingressus, benedictionibus replevit. Josephus in domo Putiphar, & incrementa dedit. Intravit Eliseus in domo Viduæ Sareptæ, & omnia vasa repleta sunt; in domo Sunanimitidis, & filium ejus suscitavit. Si enim Astrologi conveniunt, quod si in natali alicujus habet dominium Planeta benevolus, & domus, ubi residet, propria est; nascenti promittuntur successus fœlices; quid dicemus de domo Zachariæ, ubi intravit dominans Sol Justitiæ Christus in domo Mariæ residens? Nisi quòd benedictionibus replevit, & quod fuit pronosticum fœlicitatum?

Gen. 18

Idē 19.

Idē 30.

Idē 39.

4. *Reg.* 4.

22 Arca testamenti visitavit domum Obededon, ubi tribus mensibus permansit, & ait sacer textus, quòd Dominus replevit benedictionibus domum Obededon: *Benedixit Dominus Obededō, & omnem domum ejus.* Habebat Arca intra se virgam, tabulas legis, & urnam mannæ, & virtute, quam continebat tanta se exhibuit liberalitate in illa Visitatione

2. *Reg.* 6.

cum

UVA. BHSC. BU 08453

cum omni domo, & familia.

23 Maria fuit vera Arca Teſtamenti, & in Verbo Divino ſuo in utero contento, veram virgam, meliores tabulas, & Cœleſte Mannà habebat, & tot theſauris intravit in domum Zachariæ, replens benedictionibus omnes illius familiæ, & infantem Joannem ſpeciali privilegio: *Benedixit Obed-edom, &c.* Verbum Divinum ad uterum Marianum deſcendit ſiti ardenti ſalvationis animarum, & ſtatim, quòd Incarnatus eſt, voluit miniſterium hoc principiare, Joannem adhùc in utero materno ſiſtentem liberans è morte peccati originalis: *Sitientiſsimus Salvator mundi ſalvandi animas, ad domum Zachariæ, perrexit, ut à Joanne munus illud exercere inciperet,* ait Cartagena.

Cartag. homil. 4

24 Nunc intelligo cur præcepit Deus Iſaiæ illud imponere nomen filio: *Voca nomen ejus, Accelera, ſpolia, detrahere, feſtina, prædari.* Cujus tribuit rationem: *Quia antequam ſciat puer vocare Patrem ſuum, auferetur fortitudo Damaſci.* Verbum Incarnatum figurabat, quod ſtatim, ac Incarnatum fuit, abſtulit à Diabolo omnem fortitudinem, quam in Joanne habebat, & ſpoliavit originalem culpam hac præda, Joannem ſanctificans, & matrem gratia replendo: *Exultavit infans in utero ejus, & repleta eſt Eliſabeth Spiritu Sancto.*

Iſaì. 8.

25 O peccatum originale! Mare procelloſum, ubi omnes filij Adæ inundantur, cur fugis ex parvo Joanne? Quid tibi àccidit, ut prædam deſeras? Et tu princeps tenebrarum, cur è poſſeſsione recedis? *Quid eſt tibi peccatum originale, quaſi procelloſum mare genus humanum inundans, quod fugiſti? Et tu Satham, quia converſus es retrorſum? Quid eſt, quod Joannes exultavit in utero?* Velut Pſaltes, exclamat Cartagena. Fuerunt (ait) effectus Verbi Incarnati in materno thalamo ſiſtentis, quia ingrediens Virgo in domo Zachariæ, Joannes ex utero ſenſit in thalamo Mariæ Verbum ad eſſe præſens: *A facie Domini, quem infantulus coram ſe Virgineo in thalamo recumbentem præſenſit.* Poſito Verbo in conſpectu Joannis, ſenſit infantulus à proximationem Solis Juſtitiæ, & influxus ſuæ activitatis in igne, quo in ſe liquefiebat.

Cartag.

Pſ. 113.

UVA. BHSC. BU 08453

26 Sponsa dilectum signabat sponsum, quamvis absconditum: *En ipse stat post parietem.* Voces, quibus sponsus loquebatur, audiebat: *En dilectus meus loquitur mihi.* Sic sensit parvulus Joannes Verbum Divinum in Virgineo thalamo absconditum: sed per vocem Mariæ participavit incendia, quibus parvulus ardebat: *Anima mea liquefacta est, ut dilectus loquitur mihi.* Cartagena: *Igne sui amoris flagro, & dulcedine suavitatis ejus liquesco.* Illa plenitudo Divini Verbi diffusa est in Maria, & ex Maria in Joannem, & ex Joanne in parentes, oriens ex fonte Incarnato per tot conductos, fluenta copiosa gratiæ: *De cujus magnificentia tam copiosè, tam magnificè, principaliter in matrem, de matre in Joannem, de Joanne in parentes gratiæ largitas profluebat,* ait Guarricus. Tot bona Deus effudit ex ventre Mariæ in domo Zachariæ: libertatem culpæ in Joanne, quia in conspectu arcæ thesaurum Dei vivi continentis, cecidit ex throno Dagon infernalis, & per Verbum factum homo, proximè in utero Virginis, corruit Idolum Ægypti, quod in anima Præcursoris sedebat. Plenitudinem gratiæ in Zacharia, Elisabeth, in omni domo, & in alijs extra domum. Famulam domus Zachariæ è Dœmone liberavit, & ad viam salutis reduxit. Ad servitutem Dei traxit quandam mulierem extra domum Zachariæ viventem, ut reffert V. Mater Maria de Agreda. Hæc omnia bona effudit Verbum Incarnatũ mediante Virgine Maria: *Salutavit Elisabeth,* veluti salutem in viscera portans: *Salutem asportando,* ait Damascenus. Per Mariam omnia exercuit, tot fundens beneficia.

Cantic. 2.

Guarr. serm. 1. *de S. Joann.*

Mystica Ciudad de Dios, part. 2.

27 *Collum tuum sicut monilia,* ait sponsus sponsæ, quia Maria est per quam majores divitiæ communicantur: *Sicut Turris David collum tuum, sicut Turris Eburnea.* Quia per Mariam proteguntur animæ, & defenduntur à hostilitatibus, & per Mariam Deus hominibus unitur, sicut caput per collum membris, quia per Mariam fluunt favores, & beneficia Dei ad homines, & quia per Mariam Deo fit præsens hominum miseria; & ex Deo venit hominibus misericordia: *Per ipsam nostra devotio Deo præsentatur, & Dei misericordia, & gratia nobis redonata-*

Cantic. 1.

Albert. Magn. lib. 5. *de Laud. B. Virg. cap.* 2.

UVA. BHSC. BU 08453

natur, ait Albertus Magnus.

28 Fons, & origo tot bonorum, quæ fuerunt participata ex curru Mariano in omnibus arboribus hortus, nempè domus Zachariæ, fuit Verbum Divinum humana indutum carne; ſed vox, & Verbum Mariæ Joannes fuit ſanctificatus: *Per vocem Virginis facta eſt ſanctificatio Præcurſoris*, ait Petrus de Ravena. *Vox Mariæ Joannem ad prophetandum movit*, dixit D. Cyrilus, *Mariæ ſalutatio Jeſum ferentis in uterum Joannem movit ad prophetiam.* Deus providit, quòd Maria ſalutaſſet Eliſabeth, ut vox procedens è Verbo, quod, in utero habebat, Joannem ungeret Prophetam: *Ideò Chriſtus fecit Mariam ſalutare Eliſabeth* (ait Chriſoſtomus) *ut ſermo procedens ex utero Matris, ubi habitabat Dominus, deſcenderet ad Joannem, & illum ungeret in Prophetam.*

Petr. de Ravena ſerm. S. Joann.

S. Cyr. lib. de rect. fide.

Chriſoſt. tom. in Luc. capit. 2.

29 In creatione mundi, Deus dicere, fuit producere, quod verbum exprimebat: *Dixit, fiat lux, & facta eſt lux*: idem de alijs operibus tunc productis, ipſumque modum efficatiæ habet Deus: *Ipſe dixit, & facta ſunt.* Hæc fuit efficacia verborum Mariæ in ſalutatione. Salutatio fuit talis: *Dios te ſalve prima, y cariſsima mia, y ſu Divina luz te comunique gracia, y vida*, ait V. Maria de Agreda: *Salvet te Deus prima, & chariſsima mea, & ejus lux Divina communicet te gratiam, & vitam.* In hoc facto (ait ipſa Hiſtoriatrix Virginis) quod Verbum ab octo diebus caro factum, poſitum fuit in utero in forma oran-tis, & juſtificationem Joannis petivit, quam conſecutum fuit à Trinitate Beatiſſima. Sed executa eſt per verba Mariæ, tanquam per inſtrumentum Divinæ omnipotentiæ: *Verba Virginis* (ait Cartagena) *non tantum ſignificativa, ſed etiam effectiva, velut inſtrumentum quoddam, per quod omnipotens, Chriſti virtus operabatur.* Fuit vox Divini Verbi, quod abſcondebatur in utero virgineo, & per organum Mariæ declarata fuit. Vox Dei fuit, de qua dixit Pſaltes, quòd fuit ſuper aquas culpæ, quæ intraverunt ad Joannem uſque ad animam: *Vox Domini ſuper aquas.* Vox, ubi virtus omnipotentiæ ſe oſtendit magnifica faciendo: *Vox Domini in virtute, vox Domini in magnificientia.* Vox, quæ Cedrum

Myſtic. Civit. Dei. p. 2

Cartag. homil. 4

Pſ. 28.

UVA. BHSC. BU 08453

in monte elevari volentem usque ad folium supremum confregit: *Vox Domini confringentis Cedros.* Vox, quæ præcedit flammam comburentem omnes Adæ filios: *Vox Domini intercidentis flammã ignis.* Vox, quæ pervenit ad Joannis animam donis gratiæ desertam: *Vox Domini concutientis desertum.* Vox, quæ Joannem præparavit, ut esset Verbi Præcursor, & illi manifestavit mysteria, & Sacramenta abscondita: *Vox Domini præparantis cervos, & revelabit condensa.* Vox, quæ Joannem fecit vocem Verbi Divini: *Ego vox clamantis in deserto.* Talis fuit vox Mariæ in salutatione, quòd animata virtute omnipotentiæ culpam originalem destruxit in Joannem, eum plenitudine gratiæ replevit, dono ptophetiæ, & alijs; & si vox Verbi fiendus erat Joannes, per vocem Mariæ esse debuit.

30 Philosophia communis est, quòd generatio viventis ex principio vitali fit, & per potentiam assimilativam: *Est origo viventis à vivente à principio vitæ conjuncto in similitudinem naturæ.* Ideò Verbum Divinum fuit generatum filius, non verò Spiritus Sanctus, quamvis fuit idem principium utriusque productionis; quia potentia qua fuit productum, naturalis est; si enim Joannes fiendus erat vox Verbi, fit per vocem, & si Verbum non habet propriam vocem in Virgineo thalamo, fit per vocem Mariæ, quę organum proprium Verbi est, & in domo Zachariæ vox Mariæ habeat privilegia omnipotentis: *Velut instrumentum per quod omnipotens virtus operabatur.*

Ex Philosoph.

31 Sic se exhibuit mysticus hic currus Mariæ, ubi servabantur divitiæ Divinitatis, se movens celerrimè è Nazareth ad Montana Judæ: *Abijt in Montana cum festinatione*, quia impetus amoris Divini, & charitatis, igneis pennis deportavêre: *Ubi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur.* Et in domo Zachariæ, & totius familiæ individuis, gratiæ difundens thesauros: *Exultavit infans in utero ejus*: :: *Elisabeth repleta est Spiritu Sancto*, quia ex plenitudine in Maria contenta, omnes participes fuerunt: *De plenitudine ejus omnes accepimus.* Et in hac Visitatione sicut abundavit plenitudo gratiæ, superabundavit Deo exaltatio gloriæ, &c.

ORATIO

UVA. BHSC. BU 08453

ORATIO QUINTADECIMA
DE EXPECTATIONE
B. VIRGINIS MARIÆ.

Ecce Concipies, & paries : : : : Spiritus Sanctus superveniet in te. Lucæ cap. 1.

1 CElebret Hiſpania myſteria Mariæ, ut ejus honores perpetuo permaneant, cum hoc Regnum Catholicum ſecuritatem à Maria accepiſſet; dum adhùc ipſa Virgo Maria vivebat, quod ſemper ſtituturum Regnum hoc ſub ejus patrocinio, & protectione. Sic manifeſtatur in templo celebrato, & in ſimulacro Civitatis Syracuſæ in Aragoniæ Regno: ubi primùm fuit ædifficata domus, quæ templum Mariæ eſſet ad ejus cultum in toto orbe, poſtquam ipſa orta eſt in mundo. Sicque ſtabilitur per beneficia multiplicia, quæ per Mariam accèpit Regnum hoc.

2 Delirium fuit in habitatoribus Epheſi, qui videntes cultum Dianæ deficere per prædicationem Pauli, à Demetrio ſuaſi, congregati fuerunt, & proclamaverunt Dianam his vocibus: *Magna Diana Epheſiorum*, etiam Deam exiſtimabant univerſalem protectoram, ad terræ fœcunditatem, & divitem faciendam. Ideò ejus ſimulacrum pingebant ſagittis plurimis; ſignificantes, quod per influxus, quibus eos faciebat, corda illorum ſagittabat ad conciliandum amorem omnium erga Deã. Hac exiſtimatione falſæ Deitatis, honores, cultum, & venerationem Dianæ proclamarunt, cum animadverſi ſunt oblivionem illius. Quis dubitabit totum hoc de lirium fuiſſe?

Act. 28.

Apud Cartag. Marial. libr. 7. homil. 1.

3 Sed benè, & zelo religioſo proclamaverunt Patres Concilij Toletani decimi, decem, & ſeptem Epiſco-

UVA. BHSC. BU 08453

copi, cum Sancto Archiepiſcopo Eugenio Tertio, Mariæ honorem anno ſexcenteſimo ſexageſimo. Pelagius, & Eladius hæreſes Galliæ ſuſcitarunt hæreſim, negantem integritatem Virginalem Virginis Mariæ, eam diffundens in Hiſpaniæ Regnis: cum enim vidiſſent illi Sancti Præſules venenum inficiens cultum, veneration em, & fidem tanti myſterij; congregati in Sacro illo Concilio, proclamarunt integritatem Virginis Mariæ, ſtabilientes Feſtivitatem Expectationis virginei partus, octo retroactis diebus ad Nativitatem Incarnati Verbi. Sic in exercitio fuit poſitum anno poſtea immediato per Sanctum Ildefonſum, Eugenij ſucceſſorem; & totum accidit regnante in Hiſpania Receſvintho; & ſic fuit conſtans celebratio hujus myſterij, uſque nunc, hac fide, & devotione correſpondens Regnum hoc Catholicum beneficijs, quibus Maria protegit.

4 Hæc eſt ſolemnitas hujus diei, jam ſine contradictione, venerare, & celebrare ſpem Mariæ ad partum Filij Dei, quem concepit in utero opere Spiritus Sancti. Neſcio ſi ſponſus dilectus hoc myſterium celebrabat in illo elogio, quod de Maria eructavit: *Venter tuus ſicut acervus tritici vallatus lilijs.* Eam contemplabat cum plenitudine grani illius Cœleſtis, nempè Verbi Divini, quod in terra benedicta viſcerum ſuorum cecidit. Sed vallatus lilijs, in quo èxprimit ſpem pariendi.

5 In ſymbolum ſpei, habuerunt Ægyptij lilium. Ideô (ait Pierius) plures Imperatores in monetis ſculpſerê Deam, in cujus manu dextra lilium habebat, cum hac littera: *Spes publica*, ſignificans, quòd in Deitate illa cum lilio ſpes bonorum ſiſtebat. *Pierius lib. 55. capit. de liilijs.*

6 In Maria habemus cum omni proprietate imaginem hanc myrabllem, veluti Vice-Deam, & Matrem omnium viventium, per peniculum Spiritus Sancti delineatam in plenitudine, & fœcunditate ejus Virginei uteri, ubi colligit omnes Cœli theſauros, omnes divitias Dei, omnia bona, & fructus cumulatos hominibus: *Sicut acervus tritici*; ſed vallo liliorum: *Vallatus lilijs*, quia in ſpe tribuendi in lueem fructum uteri ſui, ut hominibus eſſet levamen, multiplicabantur deſideria ardentiora in Maria, pluſquam

UVA. BHSC. BU 08453

quam in omnibus Patriarchis, & Prophetis.

Ps.129 7 *Speravit anima mea in Domino, à custodia matutina, usque ad noctem,* ajebat Psaltes. Hæc spes erat Verbi Incarnati: *Qui est Verbum Patris, & de Virgine nasci dignabatur*, ait Cassiod. Caldea paraphrasis ait, quòd hæc desideria fuerunt ardentiora quàm omnium Patriarcharum, & Prophetarum Legis antiquæ, qui vigiles in nocte illa legis, adventum solis justitiæ expectabant: *Anima mea ardentius desideravit adventum Domini, quàm vigiles nocturni adventum matutinum.* Nunc Cartagena: *Hoc est, quàm Prophetæ, & Sancti Patriarchæ.* Sed omnia hæc desideria superavit Beata Virgo Maria: *Ferventiori desiderio potius Beata Virgo expectabat adventum solis justitiæ.* Ideò non lilium unicum, sed plura ventrem suum fœcundum circùndabant: *Vallatus lilijs*, quia in desiderijs tribuendi in lucem unigenitum Patris, suumque, excelluit omnibus, anxietate, quòd Salvator manifestaretur, & esset origo, & merens gratiam, &c.

Cassiod. Paraphrasis Cald. Cartag. Marial. serm. 1. libr. 7. homil. 1

*

AVE MARIA.

Ecce Concipies, & paries, &c. Lucæ cap. 1.

8 IN ceremonijs, figurisque antiquis delineata sunt mysteria, quæ veneramur. Symbolum mysterij præsentis fuit illud, ubi Hebræi nomen Dei exprimebant. Delineabant illud intra circulum perfectum tribus signis, quibus numerum septimum significamus, nempè: & punctum camers, quod in nostro vulgari latino, est *à*: *Hebræi* (ait Novarinus) *ineffabile nomen Dei circulo claudere consueverunt Tribus Joèl, camers subscribentes.* Tria signa inter se juncta litteram, *m*, formant, qua addito puncto, *à*, significatur Maria. Sic veneratur hoc die, veluti circulum perfectum, ubi totus Deus continetur; sed anxietate, & desiderio tribuendi in lucem prodigium, Apocalypsis videamus.

Noverinus.

9 Vidit Joannes mulierem illam mirabilem: *Signũ magnum*, sole vestiebatur: *Amicta sole.* Uterum fœcundum habebat: *In utero habens.* Tormenta sustinebat propter conceptus expulsionem:

Apocal. 12.

UVA. BHSC. BU 08453

nem: *Cruciabatur, ut pariat*, proprijs desiderijs cruciabatur: *Desiderium pariendi*, ait Cornelius. Maria enim cruciabatur desiderio videndi natum Divinum Verbum, ait Beuxamis. Est enim desiderium (ait D. Thomas) *Motus appetitus in amabile, & in coactio amoris, & differt ab amore, quia desiderium est de bono non habito, sed amor est de bono absolutè.*

Cornel. Alapid. ibi. Beuxamis Armon. Evangel. in 1. Lucæ. D. Th.

10 Si ergo in Maria, in Expectatione partus fuit desiderium, etiam fuit amor: certum est. Quòd spes, & desiderium esset de bono non possesso, affirmat D. Thomas: *De bono non habito*, & colligitur ex Evangelio: *Paries*, & quomodo fuit amor? Boni possessi; quia ipsi Virgini demonstrabat illud *ecce* in utero. Difficile videtur, amare bonum utì possessum, & ipsum bonum desiderare utì expectatum. Sic ipsa Virgo difficile invênit: *Quomodo fiet istud?* Dixit Angelo nuncianti, sed amor Divinus (dixit Angelus) facilè reddet: *Spiritus Sanctus superveniet in te.* Igitur ventri Mariæ, velati circulo, ænigma sculpamus, ubi hoc difficile mysterium exprimatur. Sit enim illud ænigma annuli Salomonis.

11 Aristeus ait, quòd in lapide illius annuli duplex corona colligata sistebat gravata, una ex auro, altera ex spinis, & hæc littera: *Victoria amoris.* Hanc victoriam amoris tres circuli explicabant, ubi eædem litteræ initiales significabant mysterium. In primo circulo duæ primæ litteræ dicebant: *Aurea corona.* In secundo circulo dicebant: *Aspera corona.* Et in tertio dicebant omnes litteræ initiales: *Amoris cognita fortitudo regalium insigniarum colligatio.* Quòd amoris trophæum stetit in unione duplicis illius coronæ: hoc erit ænigma Mariæ in hoc mysterio Expectationis sui partus, quod discursu ostenditur.

§. I.

12 PRima corona in annulo Salomonis, & in ænigmate, est auri, & hæc descriptio: *Aurea corona.* Aurum significat charitatem: *Auri nomine, charitas intelligitur*, ait Pagninus. Hanc coronam elaboravit Maria in *ecce* Evangelij, quia ostendebat illi in circulo uteri sui objectum suæ dilectionis, & cum possidebat bonum totum, quod diligebat, in circulo uteri sui elaborabat auream coronam amoris, cir-

Pagnin.

UVA. BHSC. BU 08453

circuibat auro charitatis bonum, quod posſidebat.

13 Lapides illi onychini, quos Summus Sacerdos portabat in rationali, ſymbolum Incarnati Verbi erant, ait Arnoldus Carnotenſis: *Rectè intelligitur pertinere ad Chriſtum in carne aſſumpta.* Eſſe incluſos lapides illos in circulis auri, ait Textus: *Incluſos auro, atque circùndatos.* Chriſtus in circulo, Deus Incarnatus, circùndatus, ubi, niſi in utero Mariano, inter amoris ardores illius ſphęræ Deificæ? Maria ardebat flammis amoris in bono infinito, quod in utero habebat. Fruebatur toto illo bono, quod diligebat: *Dilectus meus mihi, & ego illi.* Antequam illud poſſideret in ventre puriſsimo, ardebat deſiderio poſsidendi. Voces Prophetarum audiebat, qui adventum firmabant: *Veniet deſideratus cunctis gentibus.* Pſaltem canentem Verbum Divinum advenire velociter ex alto currens: *Exultavit, ut gigas ad currendam viam, à ſummo Cœlo egreſsio ejus,* & has voces conſiderans, anxietate amoroſa vocabat eum: *Similis eſto dilecte mi capreæ, hinnuloque cervorum,* ne tardes; *ſed propera, ne te venturas differ in horas,* utì Poêta cècinit.

Arnold. ibi.

Exod. 39.

Pſ. 18.

Ovid. de remedio amoris.

14 Venit jam dilectus, eum jam in poſſeſsione habet in circulo ſui uteri puriſsimi. Sic oſtendit illud *ecce.* Si enim in deſiderijs poſsidendi amor circuibat, ut ita frueretur, dum illum habet, in circulo charitatis comprehendit, ut perfruatur in poſſeſsione.

15 Circulos efformans, ait ſponſa inveniſſe ſuum deſideratum bonum: *Circuibo Civitatem, quæram, quem diligit anima mea inveni.* Sed ait, quòd eum apprehendit, ubi cum poſſeſsione amor fruatur: *Nec dimittam, donec introducam in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ.* Ut quid ſic apprehenſus in cubiculo genitricis ſuæ? Quia ibi magis tenera eſt dilectio: *Ubi dilectio magis tenera eſt, & blandimenta dulcia,* ait Gyslerius. Cum eum quærebat, anxietate circuibat amor, ut inveniret: *Circuibo*: cum eum pòſsidet, circuit amor habitaculum, ubi ſiſtit, complâcens in fruitione. Poſtulat ne ſuſcitetur: *Ne ſuſcitetis dilectum,* ut ſecurus quieſcat in ſomnij dulcedine.

Cantic. 3.

Gysler. hic.

16 Si enim Maria anxietate ſummi boni circuibat,

UVA. BHSC. BU 08453

bat, ut posſidendo fruerétur, intra viſcera ſua, dum pòsſidet in utero circuit complâcens in tanti boni poſſeſsione. Veluti ſponſa videtur poſtulare: *Ne ſuſcitetis dilectum.* Sinite me, ejus frui amplexibus, ſinite in cubiculo uteri mei, ubi habeo in conſpectu, circuo affectibus, quia ſi abeſt, patitur periculum amor.

17 Heriodotus pònderat emblema ab Ægyptijs depictum. Erat enim amor volans in circulo cum hac littera: *Volando fixus.* Si enim ſiſteret quietus, tepidus eſſet, in circulo volans, quia ſi in directum tenderet, bonum dilectum ab eſſet ab oculis. Sic Maria volans amoris impatientia in circulo ſui uteri; quia *eece* poſſeſſionis totum bonum ſuum demonſtrabat. E centro uteri ſui non abfuit amor illius; in directum non volabat, quia ejus amor non ſuſtinebat abſentiam boni dilecti.

18 Mortuo Chriſto in Cruce, permiſsit militem pectus Divinum rumpere, undè exierunt fluenta ſanguinis, & aquæ: *Unus militum lancea latus ejus aperuit, & exivit ſanguis, & aqua.* O crudelitas impiæ cæcitatis! Sed potius, ò providentia Dei! Illa fluenta medicinæ Eccleſiæ fuerunt: *Exierunt Sacramenta Eccleſiæ*, ait Auguſtinus. Sed ſi Chriſtus tot operatus eſt ſigna ſui amoris, cur hoc non? Etenim extrema ſuæ dilectionis erga homines ſunt. Suſtinère non poterat ab eſſe ab illo, quod diligebat. Aquæ illæ ſymbolum hominum erant: *Aquæ multæ, popali multi.* Amor erga illos ad eſſe hominem reduxit, ut cum illis eſſet: *Sic Deus dilexit mundum, ut filium ſuum daret*; habebat omnes homines in poſſeſsione ſui pèctoris in illis aquis, ibi fruebatur amor poſſeſsionis. Dixit Chriſtus: tormenta multa pati mihi facile eſt, ſed abſentiam hominum ſuſtinere non poſſum, ſint enim in pectore dum vivo: *Tanto amore erga homines flagrabat, ut typicam, & obumbratam figuram fugeret abſentiam*, ait Caſtillo. Ideò (ait Chriſoſtomus) primô exivit aqua, quàm ſanguis ex illo pectore amantiſsimo: *Ex inde aqua fluxit, & ſanguis.* Quia cum anima Chriſti, ubi ſiſtebat vita, deſcenderat ad inferos, prius cadens in terra aqua, minor eſſet abſentia animæ ab hominibus in aquis figuratis: *Congruum erat, ut prius ad ter-*

Auguſt.

Apocal. 17.

Caſtillò de orn. Aaron.

Joann. 19.

UVA. BHSC. BU 08453

terram perveniret, & Christi societatem perfrueretur, ait Castillo.

19 Ideò Maria amore ardens erga Verbum Incarnatum circuibat uterum, ubi *ecce* demonstrabat illud, & proferebat dulci amoris loquela: nunc non cessabo à contemplatione tanti boni, quod possideo, ne perdam ab intuitu, quia si magis est anima, ubi amat, quam ubi animat, sistens bonum dilectum in utero meo vivo, & si absit, vita deficiet, quia anima ibit post dilectum carnem dèferens.

Cantic. 2. 20 *Fulcite me floribus; quia amore langueo*, ajebat Sponsa. Petit flores, ut fortitudinem accipiat, quia vi amoris deficiebat. Sed non ad hoc flores petebat. Ad quid desiderabat? Quia se absque vita considerabat. Ad morem antiquorum se gerebat, qui cadavera ornabant floribus, utì Prudencius cècinit: *Nos tecta fovebimus ossa violijs, & fronde sequenti titulum, & frigida saxa liquido spargemus odore.* Et Hieronymus ad Pamachium: *Cæteri mariti super tumulos conjugum spargunt viola, & rosas, lilia, floresque purpureos.* Ideò sponsa flores petebat, quia mortuam existimabat se. Sed undè hæc mors existimata oriebatur? Dilecti absentia, ait Bernardus: *Sponso more suo decedente, illa languore suo amore se perhibet.* Hoc timet Maria in boni possessi absentia. Ideò dum in possessione habet in utero, ubi *ecce* ostendit, ex amoris affectu coronam auri cònficit, ut in circulo sui uteri pro ænigmate collocetur: *Aurea corona.*

Prudent.

Hieronym. ad Pamachium.

§. II.

21 AMplius in annulo Salomonis, & in ænigmate spei partus Mariæ stabat corona spinarum, & littera hæc: *Aspera corona.* Per spinas significatur pati. Ideò in pœnam peccati Adæ, minavit Deus terram productu-

Genes. 3.

ram spinas: *Spinas, & tribulos germinabit tibi.* Et ad tormentum Christi, cum spinis coronavérunt Hebræi: *Plectentes coronam spineam.*

22 Hanc coronam fabricavit Maria in Expectatione videndi natum Verbum Incarnatum, quod habebat in utero suo. Patiebatur Virgo purissima, dum in utero Deum hominem habebat, ex quo non videbat natum, quia desideria, quæ habebat, ut in lucem communem educeretur, eam crucia-

UVA. BHSC. BU 08453

ciabant : *Cruciabatur , ut pariat: deſiderium pariendi.* Hoc deſiderium ſignificatur in Evangelio in illud *paries* de non eſſe nato.

23 Sed ſi Maria tantum fruebatur ex quo in utero eum poſsidebat, quia multum amabat, cur patiebatur, quia natum non videbat? Contradictio difficilis ad hujus myſterij intelligentiam. Priuſquam ego difficultatem invenirem, eruditus Cartagena invenit : *Quomodo ſi Beata Virgo tanto amore Chriſtum proſequebatur, illudque ſit amantis ingenium, ut velit, numquam à ſe dimoveri dilectum, tamen Deipara ardenter deſiderabat Chriſtum Dominum à viſceribus ſuis ſeparari?* Sed hanc contradictionem amoris operabatur in corde Mariæ ipſa charitas, & amor, quem habebat erga homines ; ita ut magis cruciaretur deſiderio boni communis, quàm gauderet complacentia boni poſſeſsi ſibi: *Mirificè effulget ardentiſsima Mariæ charitas erga homines*, (ait idem) *quod cum alioquin valde utile ſibi eſſet Chriſtum Dominum in uteri ſui tabernaculum eſſe: illumque ſibi mente, & corpore conglutinatum habere, tamen communem utilitatem propriæ anteponens, ardenter cupiebat egreſſum Chriſti ex thalamo ejus Virgineo.*

Cartag. Marial. Serm. lib.7.homil.2.

24 Verum eſt Mariam ardere incendio amoris in poſſeſsione Verbi Incarnati in utero ſuo , ſed hæc dilectio non eſſet ita nobilis, ſi non pateretur ſpinas in deſiderio videndi natum , & mundo datum remedium univerſale , quia deficeret in amore hominum, in quo elevatur amor Dei.

25 *Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento*, ajebat ſponſus ſponſæ. Minus liberalis , vel amans videtur ſponſus cum dilecta ſponſa. Si murenulæ aureæ ſunt , cur non ex ad amantibus , ſmaragdis , alijs vè lapidibus pretioſis erunt extremitates? Et ex argento ait fiendas eſſe , cum ſit inferius auro ? Ex argento erunt , ait ſponſus: *Vermiculatas argento.* Notate myſterium. Aurum , ſignificat amorem erga Deum : *Per aurum, dilectio erga Deum*, ait Caſtillo, argentum, amorem erga proximum : *Per argentum, erga proximum amor denotatur.* Nunc ait Philon ; ſi ornamenta ſunt ex auro, ubi amor ſponſæ erga ſponſum ſignificatur , ſint extremitates ex argento, quia ſi

Cantic. 1.

Caſtillo de ornam. Aaron.

UVA. BHSC. BU 08453

si exprimit dilectionem proximi, non esset perfectus sponsæ amor erga sponsum, si non adesset amor proximorum: *His ornamentis opus est sponsæ, ut dilecta sit, & chara sponso, cui neque amor proximi sine amore sui, neque amor sui sine amor proximi, satis placere potest: utrumque enim sancta anima rectè amet, ut supra dicta ornamenta digna sit accipere.* Philos.

26 Vidimus jam amorem Mariæ, erga Deum homo factum, quem habebat in utero suo, debuit ergo esse cum ornatu amoris erga homines: indubitabile est. Etenim per hunc amorem erga homines desiderabat Deum hominem mundo communicari, ita ardenter, ut dilatione cruciaretur, & in hac spe patetetur maximè.

27 *Si flagellat, occidat semel, & non de pœnis innocentum rideat*, ajebat Job. Postulabat Deum flagellasse, & semel adimere vitam, & nō tantum dilataret expectationem Redemptoris: *Ante Redemptoris adventum pœnam suam electi omnes habuerunt; quia æstuante desiderio incarnationis, ejus mysterium videre cupierunt,* dixit Gregorius. Igitur Job postulabat, ut Deus inspiceret tormentum, quod Patriarchæ patiebantur desiderijs incarnationis, & hæc desideria, ut mundo manifestaretur Redemptor, quo magis cruciabantur, ait Gregorius: *Ille jam veniat, si ipse carne passibili appareat, in cujus se desiderijs mens nostra castigat.* Si enim Patriarchis tantum cruciavit desiderium, & spes, ut manifestaretur mundo Redemptor; quid cruciatus Mariæ fuerit hoc desiderium, & spes, cum omnibus Patriarchis, & Prophetis super excederet: *Licet antiqui illi Patres avidissimè cuperent Verbi Divini temporalem conceptum, & ortum; desideria tamen Beatissimæ Virginis exarserunt, adeo, ut in comparatione eorum, illorum fervor, tepor censeri debeat;* dixit Cartagena. Job. 9. Gregor. lib. 9. Moral. ep. 15. Cartag. lib. 9. hom. 2.

28 Sic elaborabat Maria Coronam spinarum in spe tribuendi in lucem bonum universale hominum, & in desiderijs ferventioribus, quibus mortales suo fruerentur Redemptore, & universali reparatori. Eja Virgo purissima, alleviare tantisper, suspende pati in desiderio, & spe ortus filij tui; quia partus tuus jam est proximus. Intra dies octo habebis

UVA. BHSC. BU 08453

in ulnas, quem ardenter desideras. Attende Domina quod levamen patienti in mare, spei est, approximatio serenitatis.

29 In symbolum spei posuit Alciatus navem inter undas furentes: *Non secus ac navis medio circum æquore venti, quam rapiunt salsis, jamque fatiscit aquis.* Sed propter approximationem Castoris, & Pollucis, securitatem serenitatis promittit. *Quod si Helenæ adveniant lucentia sidera fratres amissos animos spes bona restituit.* Jam enim Domina partus proximus est, quando in serenitatem advenies. Proximè adest Pollux Deus immortalis, & Castor homo mortalis. Pauco tempore transituro, & videbis bonum desideratum, ut sit fœlicitas in mundo. Sed ò paucum tempus, (exclamat Virgo) & quàm mihi longum!

Alciat. emblē.

30 *Modicum, & videbitis me*; ajebat Christus discipulis suis. *O modicum longum!* (exclamat Bernardus) *Pie Domine modicum dicis, quando non videmus te! Longum est multum valde.* Sic videtur, Mariam exclamare in mare suę expectationis, in martyrio sui desiderij, & in Corona spinarum, quàm patiendo texit. O quando te videbo in brachijs meis, & delectabor in tuis unicũ bonum desideratum! Quando ad ubera mea virginea accedes, & nectar dulcissimum dabo tibi, quod é Cœlo participabo! Videtur, Seraphicum Doctorem audire Virginem Mariam in teneritudine horum desideriorum, cum animam in spe summi boni pingebat, anxietate amoris patientem: *Quãdo venies consolator meus, quem specto! O quando videbo gaudium meum, quod desidero! O si satiabor, cum apparuerit gloria ejus, quem esurio! O si inebriabor ab ubertate domus tuæ, ad quam suspiro!* Sic cruciabatur Maria in circulo sui uteri, ubi sistebat Deus homo propter desiderium, quod nasceretur. *Tolle mollam, & molle farinam*, ait Isaias. Molla spei, ait Bernardinus: *Tolle mollam sanctæ spei.* Rota ventris Mariæ, ubi rota Christi est: *Rota in medio rotæ.* Hæc tantum cruciat Virginem in spei *paries*, quod desiderij martirium in pulverem reddit.

Bernar. *Bonav.* *Bernardinus.*

31 *Venter ejus eburneus, distinctus sapphiris*, ajebat sponsus de sponsa. Venter eburneus puritate; sed saphiris plenus. Saphpirus symbolum spei est: *Sapphirus signi-*

Cant. 5. *Alanus.*

UVA. BHSC. BU 08453

nificat ſpem, ait Alanus. Lapis iſte (ait Bercorius) pulveres aureos habet mixtos in venis ſuis, & ſtellam fulgidam: *Aliquando habet quoſdam pulveres aureos intermixtos, ſtellam habet refulgentem.* Maria ſapphirus eſt: *Sapphirus, Maria Virgo eſt,* ait idem. Chriſtus ſtella eſt, ut ipſe dicit in Apocalypſi: *Ego ſum ſtella ſplendida, & matutina.* Chriſtus in Maria, veluti in ſapphiro eſt, veluti hodie veneramur in circulo ſui uteri, & ſui deſiderij; ſed habet ſapphirus ipſe Marianus in venis cordis ſui pulveres aureos, quos molla ſpei in deſiderio univerſalis boni, moleſta eſt: *Diſtinctus ſapphiris.* Sic elaboravit Maria Coronam ſpineam in partus ſui ipſe, in cruciatu ab anxietate, & deſiderio pariendi, proveniente; ut eſſet trophæum in ænigmate: *Paries, aſpera Corona, deſiderium pariendi.*

Bercor.

Apocalypſi 22

§. III.

32 JAm habet Maria duplicem coronam fabricatam, ut in circulo uteri ſui collocetur utraque pro ænigmate. Litteram legamus. Sed qualis eſt? Quæ in Salomonis annulo: *Victoria amoris*, & in quo victoria illa ſterit? Litteris circuli tertij explicatur: *Amoris cognita fortitudo regalium inſignium colligatio.* Stetit victoria in unione duplicis coronæ auri in amore erga filium, quem in circulo uteri oſtendebat, *ecce*; & ſpineæ in *paries* deſiderij videndi eum natum, quo cruciabatur ex amore erga homines. Difficilis viſa eſt Mariæ hæc colligatio, nempè duplicis coronæ elaboratæ affectibus inter ſe oppoſitis: *Quomodo fiet iſtud?* Sed amor facilem reddidit, & victoriam conſequutus fuit: *Spiritus Sanctus ſuperveniet in te.* Duplicem coronam colligavit Maria, quia amor excelluit in *ecce* poſſeſſionis: ſed victorem non ſe videbat, niſi colligaret in *paries* ſpei coronam cruciatus, & ſpinarum.

33 Angelicus Doctor ait, quòd Chriſtus prius recepit corpus ſuum in Euchariſtia, & poſtea dedit diſcipulis in nocte cœnæ: *Primo ipſe corpus ſuum, & ſanguinem ſumpſit, & poſtea diſcipulis ſumendum tradidit.* Quod myſterium eſt, Chriſtum primo ſeipſum communicare? Fortè, quia cum eſſet Magiſter, fuit exemplar, ut diſcipulis ſuaderet ad ſimiliter faciendum. Ita videtur.

D. Tho.

UVA. BHSC. BU 08453

Sed aliud judico ex textu. Nox illa fuit, quando Christi amor majorem elevationem habuit in donis suis: *In finem dilexit eos.* Excelluit, manens cum hominibus per Sacramentum, quando per mortem separabatur: *Sciens quia venit hora, ut transeat.. Accepit panem.* Sed cum hoc adhuc amor non sistebat glorioſus; quia cum hominibus manere, erat sistere cum illis, quos diligebat: *Vobiscum sum usque ad consummationem sæculi.* Et hæc mansio frui erat in possessione, quòd diligebat. Sciebat, quòd nobilior amor est pati: *Charitas patiens est*, dixit Paulus. Sciebat, quòd tormenta passionis distabant, quamvis non multum; videbat in Sacramento compendiata tormenta usque ad Crucem patienda: *Recolitur memoria passionis ejus*, tormentum absentiæ: *Ut transeat*; & Christus dixit, ut fit glorioſius trophęum amoris, colligatur donum manendi cum hominibus, cum pati tormentis, & absentia; in Sacramento uterque amoris exceſſus uniatur, & dum maneo in Sacramento, illud recipio, ut tormenta recipiam, quamvis repræsentata. Sicque colligo spinas patiendi cum auro fruendi: *Primo corpus suum sumpsit.* Sicque amor majorem consecutus est gloriam.

Joann. 13.

34 Hoc trophæum Mariæ fuit in expectatione sui partus; colligare coronam auream in amore erga filium in ventre possessum, & spineam in anxietate, & desiderio videndi eum natum, propter dilectionem, quam habebat erga homines. In possessione demonstrata per ly *ecce* fruebatur ex amore erga filium. In expectatione partus, dum natum non videbat, cruciabatur desiderio, propter amorem erga homines; & cum simul utroque affectu inter se opposito operaretur ex amoris virtute: majus trophæum suæ voluntatis hoc erat.

Matth. 28.

1. Corinth. 13.

35 Solis alis pectoris volabant Seraphim illi, quos Isaias vidit: *Duabus volabant*, motus mysterioſus pennarum duarum, dum alię quiescunt! Exhibitio est Seraphim, & ejus characteristicæ proprietatis. Seraphim interpretatur *amor.* Sedes amoris est cor, & anima: Pectus est, ubi cor, & anima residerent, ait Clemens Alexandrinus: *Pectus est habitaculum cordis, & animæ.* Seraphim volare, solis pectoris alis Crucem formare erat, ut ait Hieronymus de Avibus: *Aves*

Isaias 6

Clemēt. Alexādri.

Hieron.

UVA. BHSC. BU 08453

Aves expansis alis imitantur Crucem. Igitur volatus ille alis pectoris nihil aliud est, nisi Seraphim colligare pati cum amore, ut amor ipsorum esset excellentior: *Ut ergo Seraphim suo muneri satisfaciant, formam affectant patiendi, nisi solum amarent, & pœnas non paterentur, remissum affectum demonstrarent*, ait Castillo. Etenim major excellentia amoris Seraphim, stetit in eo, quòd cum sit cor, ubi amoris affectus exercetur, consisteret Crucifixus in Cruce efformata ex alis ipsorum: *Duabus volabant.*

Castill. de vestibus Aaron.

36 Maria esset amans in exercitio voluntatis sese erga filium, quem habebat in utero; sed si non colligaret pati in desiderio videndi natum propter amorem erga homines, esset tepidus amor. Poterat non pati Maria, si non habuisset tot desideria videndi Filium natum ad remedium hominum; sed esset defectus ex parte amoris, & non ex parte occasionis, quam habebat in Expectatione dilationis boni.

37 Christus in Cruce conquestus est Patri Eterno, & sibi uti Verbo: *Christus in quantum homo ad Patrem, & ad se ipsum, ut ad verbum deferebat querelas pro tanta derelictione*, ait Zerda. Non detulit querelam Spiritui Sancto, quia sistens amor præparatus ad magis, magisque pati, Pater, & ipsum verbum deficiebant illi vita, ad magis, magisque pati: *De amore querelam amittit, cum patiendo erat onoxius, injuria reputaretur amoris*, ait Castillo. Si ergò Maria habens occasionem patiendi in desiderio spei, non pateretur, ne colligaret coronam spineam pœnarum cum corona aurea gaudij, tepiditas amoris esset.

Zerda.

Castill. de vestibus Aaron.

38 Sed ita magnus fuit Mariæ amor, quòd habuit gloriam colligandi simul utramque coronam auream, quam elaboravit in amore erga filium in utero contentum, ubi ostendebat *ecce* possessionis, & spineam, quam elaboravit anxietate, & desiderio videndi natum, & differebat *paries*. Sit enim ænigma sui uteri hoc amoris trophæum: corona ex auro: *Aurea corona*, corona ex spinis: *Aspera corona*, & sit ænigmatis corona hæc littera: *Victoria amoris*. Quia vim suam expressit in duplicis coronæ unione: *Amoris cognita*

UVA. BHSC. BU 08453

fortitudo regalium insigniarum colligatio.

39 Hanc duplicem coronam offert Maria Deo, veluti merita, ut Deum erga homines òbliget. Has offerre debemus in spe gaudij æterni, ut tribuentes cultum Deo, offeramus veluti merita, & terminos peregrinationis nostræ securos habeamus.

40 Deum Mercurium depinxit Alciatus in conspectu plurium viarum: *In trivio mons est lapidum super eminens, & illic trunca Dei effigies, Mercurij est igitur.* In emblemate hic titulus ponitur: *Ad eundum.* *Alciat. emblem.*

Deinde suadet transeuntibus, ut coronas offerant Deo illi, ut ostendat iter securum, & ad terminum perveniant: *Suspende viator serta Deo, rectum, qui tibi monstret iter.* Offeramus Deo coronas, quas Maria offert in mysterio Expectationis partus: Auream amoris erga Deum; spineam in desiderio fruendi illo, & has offerentes victorias in campo spei confecutas, iter securum habeamus, quo perveniamus ad terminum desideratum patriæ.

Ad quam,

&c.

ORATIO SEXTADECIMA,

DE PURIFICATIONE

B. VIRGINIS MARIÆ.

Post quam completi sunt dies purgationis ejus, tulerunt illum in Jerusalem, ut sisterent eum Domino. Lucæ cap. 2.

1 QUam pulchra ostenditur Aurora! Fundens lætitiã venit in viventibus ab infimo vegetabili, usque ad supremum rationale: *Lætantur ubique serpentumque, hominumque genus, volucresque, feræque, quæcumque* *Orpheus*

UVA. BHSC. BU 08453

que colunt altas ſpumoſi marmoris undas. Orpheus cècinit in cythara ſua. Ornata ſplendoribus ſiſtit prodiga cum Cœleſti ſphera, & firmamento terræ: *Rebuſque jam color reddit vultu nitentis ſideris*, canit Eccleſia. In curru lucis victrix triumphat, equitibus ornamenta tribuens ex Cœleſti colore roſeo matice: *Roſeis aurora quadrigijs jam medium æthereo curru trajecerat axem*, canit Ovidius. Solis præcurſora àdvenit, & veluti filia ſolaris lucis explicat gloriam illorum ſplendorum, quibus progreditur ad orbis lætitiam: *Nuntia titannis celeris latèque nitentis.* Hæc attributa ſunt magis in realitate, quàm ponderatione, quibus Aurora celebratur in ſphæra naturæ, quæ ex materia lucis efformatur, ſolem obſequians, dum ille adeſt, veluti thronus ſplendoris ſui ipſius, ut ſit in totius orbis beneficium.

In Hymno temporis. *Ovid.* *Orpheus*

2 Sed majores glorias in ſphęra gratię video hodie: *Quæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi Aurora?* Admiratio ſpirituum Cœleſtium eſt, qui ſub Auroræ metaphora vident Eccleſiæ pulchritudinem: *Intelligitur pulchritudo Eccleſiæ*, ait Lyra. Vi-

Cantic. 7. *Lyra.*

ſa eſt, ut Aurora in dominio lunæ, nocte legis antiquæ, & ante dominium ſolis, in die legis gratiæ: *Aurora inter diem, & noctem.* Admirabatur pulchritudo greſſuum ejus in varietate virtutum: *Continuis, & in gentibus paſsibus in omni virtute.* Aliæ nationes admiratæ ſunt videntes populum Dei in Templo Jeroſolimitano, in hac die concurſum integrantem ſplendentibus luminibus, ut Mariam recipiat, quæ in brachijs ſuis Divinum portabat Verbum: *Dixerunt nationes, quam ſplendida ſunt opera populi hujus*, legit Caldeus. Ideò hodie celebratur Eccleſia attributis Auroræ: *Quaſi Aurora*, quæ tanta luminum varietate conſtruitur, quot aſtra efformant coronam. Eſt enim Aurora, quæ in curru ſplendido, lumina ſpargit: *Roſeis aurora quadrigijs.* Quæ proximitate ſolis, gaudia offert orbi univerſo: *Lætantur ubique*, quæ præcurrens egreditur obſequium præſtans ſoli, dum adeſt emiſpherio: *Nuntia titannis celeris.* Sol enim eſt, qui in ſe ipſo proprium adducit ſplendorem, veluti luminum ipſius filius. Qui ſplendoribus orbem replet: *Ut luceat in firmamento Cœli.*

Ps. 18. *Chald.* *Geneſ. 1.*

UVA. BHSC. BU 08453

Et qui radiorum ſuorum activitate umbras deſtruit: *Diviſit lucem à tenebris.*

3 Maria ſol eſt in Eccleſiæ firmamento, & ſphera gratiæ: *Electa ut ſol.* Sol, quem Deus elegit, ut ipſius eſſet thronus, & thalamus, undè utì ſponſus Eccleſiæ procederet: *In ſole poſſuit Tabernaculum ſuum, & ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo.* Verbum Incarnatum ſplendor eſt veluti filius lucis Marianæ: *Donec egrediatur, ut ſplendor juſtus ejus.* In hac die venit in brachijs Matris ad Templum, ut homines ditet divitijs miſericordiæ ſuæ: *Suſcepimus Deus miſericordiam tuam in medio Templi tui.* Luces Eccleſiæ in hac die diſipant ſuperſtitioſas, quas gentilitas Platoni, Februæ, & Proſerpinæ, ſacrabat: *Hanc conſuetudinem benè mutavit Chriſtiana Religio cum hoc die Feſtivitatis Mariæ*, ait Auguſtinus.

Pſ. 18.

Auguſt.

4 Obſequium fecit Eccleſia Mariæ, veluti ſoli habenti ſplendorem Filij ſui in brachijs, inter noctem legis antiquæ, & dicm Legis Gratiæ: *Inter diem, & noctem.* Jam igitur intelligetur myſterium appellandi Eccleſiam Auroram in ceremonijs hujus diei: *Progreditur quaſi aurora*, quia pulchrior ſplendet: *Pulchritudo Eccleſiæ.* Si enim in ſphera naturæ Aurora eſt, quæ inter finem umbræ noctis, & principium diei, ſiſtit ſplendeſcens luminibus, obviam ſoli egrediens, quæ in brachijs adducit ſplendorem, veluti ſuæ lucis Filium, & in proximitate ipſius ſolis ſtabilitur diſipatio umbræ in orbe; dum finit nox antiquæ legis, & incipit dies Legis Gratiæ, in Templo Jeroſolimæ egreſſa eſt Eccleſia, formata ex Simeone, Anna, alijſque luminibus ornata, ut Mariam recipiat, quæ veluti ſol ſplendidus, thronus, thalamuſque Divini Sponſi, portabat in brachijs Verbum Incarnatum, utì ſplendorem ſuæ lucis Filium, ut tenebras ignorantiæ diſipet, & malitiæ, & ad nos ditandum plenitudine lucis. Hoc obſequium religionis ſit hodie in Lege Gratiæ, &c.

UVA. BHSC. BU 08453

Post quam completi sunt dies, &c. Lucæ cap. 2.

5 CUm magna mysteria in sphęra superiori collocantur, nec comprehenduntur humana intelligentia, nec explicari possunt eloquentia creata. Ideò ipse Deus curavit, ut profundum, & mysteriosum per symbola, & ænigmata significaretur, ut per naturam, & artificium symbolorum, quæ ad sensus pertinent, intelligatur mysteriosum, & invisibile. Hæc veritas constat ex Historia Sacra in utroque Testamento, & sic prophana, & politica mysteria testantur in voluminibus antiquitatis.

6 Mysterium hodiernum elevatum, & profundum est undequaque, quin intelligentia humana cònsequi possit, neque eloquentia narrare. Puritas Mariæ, quæ attingit, veluti sphæram Divinam, inter umbras legis connotantis impuritatem? Supremum Dei dominium in subjectione præsentati in Templo? Hoc est mysteriosum undequaque. Igitur symbolo, & ænigmate explicandum erit.

7 Sit symbolum sol pulcher nube densa coopertus, ubi littera hæc Ecclesiastici inscribitur: *Quasi sol refulgens in medio nebulæ.* Sol iste ornatur manibus plurimis, quæ deserviunt veluti Ara, cuidam victimæ, ubi ostenditur illud Joannis: *Omnia dedit ei Pater in manus.* In conspectu ipsius solis circunstantionati videtur Cygnus, dulci voce proclamans, & egreditur hæc littera: *Vox exultationis.* Hoc symbolum est, quo mysterium significatur. *Eccles. 50.* *Joann. 13.* *Ps. 117.*

§. I.

8 PRimum in symbolo Sol est nube coopertus, & littera hæc: *Quasi Sol refulgens in medio nebulæ.* Ipse Sol seipso vestitur nube ipsa, velùti voluntariè volens, luces cooperire, quia sua virtute nubem èlevat ex vapore humido, & calido, & ad exalationem reductam, ad seipsum trahit, ut suorum splendorum sit velàmen.

9 Est ænigma symbolicum Mariæ, quæ Sol est: *Electa ut Sol*, sub nube densa legis, qua existimaretur impura. Non obligata erat legi purificationis, quia im-

mun-

UVA. BHSC. BU 08453

munda non fuit; sciebat bene, quòd nec conceptus, nec partus puritatem offendebat, & subjecit se voluntariè legi, splendores suos cooperiens nube minoris existimationis: *Sciebat* (ait Ambrosius) *quo ordine conceperat, quo usu pepererat, quis esset, quem genuerat, sed legem communem observans, specificavit purgationis diem.* Exempta fuit Maria à lege, quia Mater Legislatoris supremi: *Singulari privilegio supra legem fuit*, ait Beda. Sed cum habebat imperium virtutum se legi subjecit, veluti comprehensa; ut esset perpetuum mortalium exemplar: quia si humana altitudo superbiæ, difficile invènit humiliari, in humiliatione hujus supremæ Reginæ, facile inveniat desiderare humilitatem: *Pro ostensione humilitatis, & exemplo, legibus subdi non refugit institutis*, prosequitur Beda.

Ambro.

Beda.

10 Ita mirabilis est correlatio viventium cum Luna, quòd ad decrementum illius, in seipsis decrescunt, documenta practica illius Planetæ, imitantes: multum dissonat correspondentia mortalium, mòtibus Lunæ mysticæ, Mariæ nempè, cum in hac, exempla sint, humiliationes summæ, & in mortalibus ita frequentes, sicut antiquæ elevationes superbiæ. Sic exprimitur in tot deordinationibus, quot experientia offert. Fortè invenìtur aliquis, qui contineatur in limite suæ sphæræ? Omnes astra majora esse volunt, alij; quia fortuna favet, & alij, quia injustitia, & vsura augent thesauros ad improportionatos splendores sustinendum. Omnes oblivisCuntur casum Luciferi, & Adami, ruinamque statuæ; cum præcipitium proprium non timeant.

11 O tempora infœlicia, quando solum videtur confusio statuum, & personarum; quia personæ, & status non distinguuntur. Plebejus, & vilis splendores habent; pauper ostentationem divitis; venerationem minorem habet Sacerdos; & tribuuntur adorationes vanitati, & divitiæ, omne est inferni præludium: *Ubi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.* O utinam oculi aperirentur, vt agnosceretur, quòd in humilitate non minuuntur splendores!

12 Cum Maria sit Sol omni splendore decorata: *Electa vt Sol*, in nube purificationis se involvit, legi se subijciens, sed ejus purita-

UVA. BHSC. BU 08453

ritatis lux non fuit diminuta, nec ejus munditiæ ſplendores in umbra dæſtimationis devenerunt: in ſuo ſplendore ſtetit ſemper, adhùc intra denſitatem nubis.

13 Quidam Solem depinxit ſub nube, hac deſcriptione addita: *Fruſtra oppoſitæ*; quia nec minuit, nec retardat nube ſplendores Solis: *Solis integra eſt, etiam interpoſita, quoties intermbila luxit, non eſt ſereno minor, nec tardior*, ait Seneca. Nube tegitur, & cum ſplendoribus manet: *Latet, & lucet*, ut dixit Martialis. Sic puritas Mariæ conſervata eſt in nube legis, cui ſe ſubjecit. Reddam rationem, antequàm textum.

Picinel. *Seneca.* *Martial*

14 Purificatio in Levitico præcepta, non erat cauſa immunditiæ, neque derelinquebat maculam; ſed ſuponebat, & connotabat impuritatem concomitantem generationem, & partum: *Si ſuſcepto ſemine peperit, immunda erit.* Hic eſt modus, quo purificatio nubs fuit ſplendoris, & puritatis, & per hanc cæremoniam exiſtimabatur mulier purificata ab immunditia: *Sic mundabitur à profluvio ſanguinis.* Cum enim in Maria, quamvis generatio, & partus ſupponebatur, fuit Dei; puritas Mariæ privilegia incorruptibilitatis habuit. Ideò nubs purificationis nec obſcuravit, nec minuit ſplendores Mariæ, potius intra ipſam nubem magis eius luces eluxerunt.

Levit. 12.

15 Proprium eſt illud prodigium Oreb, rubus illa, quæ inter flammas conſervabatur vegetior: *Rubus arderet, & non combureretur.* Admiratus Moyſes, voluit illud mirabile videre, eiuſque cauſam perquirere: *Admiratus ſecum dixit: quare non comburatur rubus*, dixit Niſenus. Vidit quòd rubus erat materia combuſtibilis, quòd erat proprium ignis in favillam reducere; ſed cum illud vegetabile abſque offenſione conſervabatur, Moyſi erat admirationis objectum: *Admiratus ſecum.*

Exod. 3. *Niſenus*

16 Figura Mariæ rubus erat: *Mariæ Virginis præfigurata eſt*, ait Eucherius. Ignis legem, quam Deus poſuit populo ſuo: *In dextera ejus lex ignea erit.* Fortè erit lex univerſalis culpæ originalis, cujus incendium Mariam non tètigit? fortè erit; ſed majus habet myſterium. Maria exprimebatur in rubo, utì Dei Mater, ex qua ipſe Deus naſcebatur: *Apparuit Dominus de medio*

Eucher. *Deuter.* 33.

UVA. BHSC. BU 08453

dio rubi, & puritate privilegiata, quam lucrata est tali conceptu, talique partu:

Nisen. *Deitatis, lux assumpta carne, illuxit hominem, eamque omnimodo incorruptam servavit virginitate nullo pacto commutata*, ait Nisenus. Fuit enim lex purificationis, inter cujus flammas visa fuit rubus Mariæ, postquam fuit Mater absque offensione ejus voracitatis, nec macula fumi densi; *Quod rubus non combureretur.*

17 Sed reflectam in textu. Maria non fuit passa in conceptu, & in partu decrementum suæ puritatis; quia concepit, peperitque eamdem puritatem per essentiam. Sic sentiunt Patres. Sed purificatio, si non supponit in realitate immunditiam conceptus, & partus, cur existimanda est pura, si cæremonia ipsa purificationis fundamentum præbet ad existimandum impuritatem? Si ipsa nubs est turbans in existimatione puritatem in realitate? Dicam quòd intelligo, ut melius percipiatur splendor Mariani Solis inter nubem purificationis.

18 Major puritas cognoscitur, vel per majorem recessum ab impuritate, vel per majorem accessum ad puritatem majorem. Hæc est Philosophia in esse naturali, & mystico. Maria suam puritatem in realitate significavit per accessum in conceptu, & in partu, ex quo secuta fuit major distantia ab impuritate. In purificatione majorem habuit accessum ad magis purum, & cum supponeretur distantia ab impuro, & puritas in realitate per conceptum, & partum; in ipsa nube legis purificationis majori puritate ostenditur.

19 Nunc textum consideremus. Prius vidit Moyses Deum esse inter flammas: *Apparuit Dominus in flamma ignis*, postea, quòd è rubo procedebat: *De medio rubi*, & tandem, quòd rubus non comburebatur: *Quod rubus non comburetur.* Deus inter flammas erat subjiciens se legi præsentationis, sed veluti exemptus à jurisdictione ignis, quia incombustibilis ex natura sua; & cum Maria subjiceret se legi purificationis, erat se conformare majori puritati, in ipsa subjectione legis participabat ex privilegio existimationem majoris puritatis ab ipso Deo, qui habet per naturam, & cui Maria conformabatur: *Quod rubus non comburetur.*

20 Sed si prius fuit, quod

UVA. BHSC. BU 08453

quod Deus esset conceptus, & partus Mariæ; & subjcie-re se Maria legi, quàm Deus esset sub lege præsentationis; cur ostenditur Moysi Deus prius in flamma legis, quàm partus, & frnctus Mariæ, & quam Maria in igne legis, ordinem executivum inver-tens?

21 Suppono cum Com-muni Theologia, quòd me-rita prævissa, & in ordine intentivo, fuerunt, quibus Deus tribuit Mariæ in ordi-ne executivo pura privile-gia. Sic dicit Ecclesia de privilegio conceptionis in gratia per merita Christi prævisa: *Ex morte ejusdem Filij sui prævisa, eam ab omni labe præservasti.* Nunc ad difficultatem. Voluit Deus significare Moysi puri-tatem Mariæ inter flammam legis purificationis in rubi illius incorruptione in igne. Hoc privilegium habuit Ma-ria per majorem accessum ad infinitam puritatem, se cum ipso Deo conformans, qui legi præsentationis sub-jecit se, & cum in flammis, ubi Deus videbatur, repræ-sentabatur subditus legi, quam postea in re posituru-rus erat; prius fuit propo-situs Moysi terminus con-formitatis, & accessus Ma-riæ, qui terminus erat Deus homo factus in igne legis prævisus in ordine intenti-vo, cum præsuppositione ad ordinem executivum: *Do-minus in flamma ignis, ru-bus arderet, & non com-bureretur.* Sed ex hoc, gra-vis oritur difficultas.

22 Moysi priùs mani-festatus fuit Deus inter flam-mas legis, quàm Maria in igne ipsius legis, ut per con-formitatem Mariæ, & ac-cessum ad ipsum Deum, in subiectione legis, notare-tur in Maria privilegium incorruptæ inter flammas, & majoris puritatis in nu-be legis. Sic intelligo. Cur ergo ignorat Moyses cau-sam illius incorruptionis, & transit ad sciendam origi-nem privilegij? *Vadam, & videbo, quare non combu-ratur rubus.* Subtilitate Il-defonsi, difficultatem sol-vam.

23 Hic defensor puri-tatis Mariæ ait, quòd hæc Domina fuit duratio æter-na suæ puritatis, quia fuit Dei Mater: *Æternitas vir-ginitatis est, Mater Dei est.* Rationem reddit con-formiter ad philosophiam naturalem. Æternitas est duratio interminabilis, & omnium durationum posses-sio, quin præteritum, præ-sens, vel futurum augeat

vel,

In orat. Officio Concept. Ordinis Minor.

Ildefon. de Virgi nit. cap. 10.

UVA. BHSC. BU 08453

vel minuat: *Est tota simul, & perfecta possessio.* Sic fuit virginitas in Virgine Maria, non minuit conceptus, nec diffamavit partus: *Hanc fœminam Conceptio Virginem reddit, partus Virginem servat, generatio Virginem habet.* Hoc est privilegium æternitatis in puritate absque mutatione temporum, nec contrariorum: *Æternitas virginitatis est*; nunc ex Lucæ, ab Ildefonsi.

24 Moysi manifestavit se Deus, & inter flammas manifestatus est illi, nempè in igne legis præsentationis, cui subjecit se veluti origo incorruptionis Mariæ in existimatione propter subjectionem legi purificationis, ex quo ipsi Deo conformis fuit; sed Moyses non intellexit attributum, quod Mariæ participabat Deus, nec cuius perfectionis erat. Præcepit illi Deus, vt affectibus terrenis nudaretur, vt fieret capax intelligendi: *Solve calceamenta*, nomen proprium expressit: *Ego sum, qui sum*: attributum suæ æternitatis significavit in nomine: *Ideò hoc habet nomen, quia eandem semper sui obtinet qualitatem*, ait Novarinus. Per hoc attributū est indefectibilis Deus per naturam. Voluit significare Moysi, quòd incorruptio, quam habebat inter flammas per naturam, participabatur à Maria ex privilegio; & quod si in igne legis Divinitas non existimabatur affecta impuritate, quia æternitate fruebatur, nec Maria existimari debebat impuritate affecta in lege, quia privilegium æternitatis, & incorruptæ puritatis habebat: *Rubus arderet, & non combureretur: Æternitas virginitatis est.* Sic Maria in igne legis, & in nube Sol puritatis stetit. Hoc est symbolum Solis in nnbe, & quod èxprimit littera: *Quasi Sol refulgens in medio nebulæ.*

Novarin. lib. de Trinitate, cap. 4. apud Cerd.

§. II.

25 SEcundum in ænigmate, est sistere Sol ille pluribus manibus ornatus, quæ veluti Ara victimam habent, & hæc littera ex Ioanne desumpta: *Omnia dedit ei Pater in manus.* Sic Ægyptij Solem depingebant, pluribus manibus, & appellabant, *centimanus*, quia eminentia suæ virtutis producit varietatem rerum in terra, tribuit corporibus cœlestibus lucem, & omnibus viventibus; & cum ex mente Ægyp-

UVA. BHSC. BU 08453

Ægyptiorum manus extensa symbolum liberalitatis sit; ideò videntes solem, ita liberalem in tribuendo sublunaribus, & Cœlestibus, pluribus manibus pinxerunt.

26 Omnibus diebus offert sol mortalibus exemplum mirabile. Totus se èxhibet in tribuendo divitias, quas pòssidet secundum Creatoris voluntatem, quin aliquid ultrà sibi sufficiens retineat. Veluti ministrator operatur, non verò ut proprietarius. Cognoscit accipere ab authore gratiosè divitias, non ut ad vanitatem retineat, vel avaritiam, sed ut fideliter tribuat.

27 Nescio si in temporalium administratione operantur homines ad solis exẽplum. Maxima enim infœlicitas est, non advertere homines Deum tollere, tribuereque res, & divitias temporales: *Esurientes implevit bonis, & divites dimisit inanes.* Utì propria, inspiciunt bona, ut retineant, & non ad tribuendum in obsequium Creatoris. Non est satis illis sufficientia, quia superfluitate excedunt. Omnia flumina ad mare reddunt fluenta, undè acceperunt; sed homines non reddunt ad Deũ in cultu ipsius, & ad pauperes, quòd ab eo recipiunt. Si advertunt aliquando hoc debitum, quod inutile judicant, reddunt, cum pejus reddant. Aquæ manentes corrumpuntur, & divitiæ thesaurizatæ reddúntur spinæ, quæ cor circundant, & semen cœleste suffocant.

28 Hæc veritas omnibus còmvenit, sed potius hominibus Deo consecratis. Abominatio est hos subjicere cor tam indignæ servituti. Tribus Levì non fuit data in terra sors, quia solus Deus, ejus debebat esse possessio, & Deo cor non tribuit, qui habet in thesauro, & nõ vult Deo thesaurum. Mariam în mysterio hodierno inspiciamus. Ex omni parte sol est, & manus. Quod pretiosius habuit, & illi tribuit Deus, Verbum caro factum, nempè, in quo omnes thesauri continebantur: *In quo sunt omnes thesauri*, statim quòd potuit, Deo òbtulit in templo: *Tulèrunt in Jerusalem, ut sisterent eum Domino.* Maria òbtulit Patri Æterno pignus tantæ æstimationis ipsi Deo, quod pretiosius thesauri sui, nempè Deitatem, dedit pro sumptu.

29 Videamus quod Paulus ait ad Hebræos, quod per difficile intellectui judico: *Introivit semèl Christus* Hebr. 9.

UVA. BHSC. BU 08453

tus in ſancta, æterna redemptione inventa. Loquitur de ingreſſu hujus diei præſentationis ſuæ, quia ſi ait, quòd *ſemèl introivit*, ſic ſemèl in brachijs Mariæ introivit. Sic videtur ſignificare Syriacus: *Introivit ſemèl in domum ſanctuarij.* Nunc ad intentum. Venit Verbum Divinum ad quærendum, quod perierat Deo; hominem, ſcilicèt, qui cum omnibus donis fuit perditus in paradiſo: *Venit quærere, & ſalvum facere, quod perierat.* Invenit ipſum hominem parvum, qui unitus fuit verbo cum plenitudine donorum, quæ ei còntulit Divina omnipotentia, & ut faceret ſuum, divinitatem in Verbo dedit, propriam hominis faciens, ut proprium faceret Deus hominem ipſum per naturæ utriuſque unionem.

30 Deus fuit veluti homo ille negotiator Evangelij, qui inventa pretioſa margarita, dedit omnia, ut ſuam faceret: *Dedit omnia ſua, & comparavit eam.* Igitur hic homo parvulus, pro quo Deus omnia dedit, pignus eſt, quod Maria offert Patri Æterno in templo. Notate textum, eum litteraliter conſtruens, & videbitis quòd Deus jam redimerat hominem ipſum, cum in templo introivit, ut præſentaretur: *Introvit, & æterna redemptione inventa.* Quia per unionem fecit redemptionem illius hominis, & fuit æterna, quia dedit Deus theſaurum Deitatis Æternæ: *Æterna redemptione, &c.*

31 Sed adhùc conſiderabo, quia quod Maria òbtulit non ſolum fuit magnum ex eo, quòd Deo tot conſtavit, ſed ex eo, quòd ipſo dono emit multum. Fuit enim pretiũ ab Æterno Patre acceptum pro mundi redemptione: *Introivit, & æterna redemptione inventa.* Sed hæc redemptio non fuit facta per Sanguinem, Crucem, & Mortem Chriſti? Articulus Fidei eſt. In Paulo intelligamus. Fuit redemptio etenim per Sanguinem, & Mortem Chriſti; ſed complementum habuit in Calvario. Sic illi Patres cum Chriſto in Thabor locuti ſunt: *Loquebantur de exceſſu, quem complecturus erat in Jeruſalem.* Et quando fuit initiatum? Hodie, cum à Maria eſt præſentatus in Templo; dicat Paulus: *Introivit ſemèl*; ſed quomodo? *Per proprium ſanguinem*, quem in Circunciſione effudit in brachijs Mariæ,

UVA. BHSC. BU 08453

Epiph. riæ, veluti in Cruce: *Appellabo te Crucem, expansis manibus gestabas Deum*, ait Epiphanius, & ferebatur mortuus in desiderio moriendi: *Agnum tanquam occisum.*

32 Hoc enim ait Paulus, quòd introivit Christus in Mariæ brachijs, ut initiaret redemptionem, quæ complenda erat in Jerusalem. Et quis sumptum exhibuit pretij hujus, quod pro redemptione offertur? Maria. Augustinum audiamus

August. super illud Pauli: *Seipsum obtulit munda victima, felix victima, vera victima, hostia immaculata, non obtulit, quod nos ei dedimus, immo hoc obtulit, quod à nobis accepit. Carnem à nobis accepit, hanc obtulit; sed undè illam acceepit? De utero Virginis Mariæ, ut mundam offerret pro immundis.* Etenim Verbum Divinum obtulit carnem, quam Maria dedit ad redemptionem universi mundi. Igitur oblatio Mariæ in Templo hac die, est hæc.

33 Sed adhùc considerem us, quia offert Maria plusquàm videtur. Originale Græcum ait, quòd hæc redemptio fuit nova: *Nova æterna redemptione inventa.* Difficultatem habet, quia si est redemptio in decreto, ita antiqua est, ut æterna. Si est in executione, nondum advênit redemptio humani generis respectu cujus posset nova appellari hæc. Quod intelligo dicam.

34 Loquitur de redemptione quantum ad decretum manifestatum, & quantum ad executionem. Meum conceptum declaro. Fuit redemptio Angelorum, & hominum; hominum, alia præservativa, ut in Maria; sublevativa alia, ut in cæteris hominibus, & hodie fuit redemptio ipsius Dei, quia Maria redemit cum quinque siclis, ut proprius fieret hominum. Etenim de hac redemptione loquitur Paulus, quam novam, & æternam appellat: *Nova æterna redemptione.* Æterna est, quia Deus redemptus; nova, quia non fuerat manifestum Deum redimendum fore; & quia antiquior redemptio Angelorum, & Mariæ. Jam ergò videatur, quòd Maria offert, non solum Deo, sed hominibus offert ipsum Deum redemptum quinque siclis, sistens Maria plena manibus, in quibus collocatæ sunt omnes divitiæ Cœlestes, quas Deo obtulit, & exhibuit hominibus. Hoc est mysterium solis manibus pleni in æni-

UVA. BHSC. BU 08453

mate, & litteræ ornantis symbolum: *Omnia dedit ei Pater in manus.*

§. III.

35 QUod ultimo invenitur in ænigmate, est in conspectu solis Cygnus vocibus dulcissimis decantans, *Pierius.* & hæc littera: *Vox exultationis.* Phœbo consecravit antiquitas Cygnum, ait Pierius. Cygnus in proximitate mortis sonoris vocibus decantat, veluti gratias referens propter beneficia ac- *Plato.* cepta: *Quasi lætantes Deo gratias agere videantur*, dixit Plato. Significat in symbolo senem Simeonem. Accepit hic in ulnis suis bonum expectatum, Deumhominem, mundi redemptorem, prænuntiatum à Prophetis, & desideratum à Patriarchis. Accepit ex Mariæ brachijs lætitia singulari: *Lætus, & exultans recepit eum in ulnas suas.* Debilitas senis roborata est se veluti aquila renovans: *Senectus fugit, & juvenilis vigor affuit, & fortitudo.* Et rumpens suavibus vocibus, Canticum *nunc dimittis* decantavit, significans parvulum esse mundi salutem: *Quia viderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum.* In gratiarum actione prorrùpit, statim, quòd vidit redemptorem mundi expectatum.

36 Gratiarum actio non aliud est, quàm beneficium confiteri, illud cognoscere, & benefactorem laudare: *Nihil aliud est gratiarum actio, quam quædam laus,* *Bercor.* *quædam confessio, & cognitio perceptorum*, ait Bercorius. Reducitur ad cognitionem beneficij percepti: *Tunc dicimus gratias agere*, (ait Cartagena) *cum in* *Cartag. hic.* *beneficij accepti recognitionem verba aliqua pronuntiamus.* Hæ voces sunt Cygni in ultimo vitæ habitu, quia beneficia cognoscit, fœlicitatem moriendi prænuntiat. Hæc est differentia inter bonos, & malos. Hi, qui vitam transierunt in appetitus delectatione, & oblivione Dei, à quo receperunt post esse, tot beneficia, inter anxietates moriuntur, & afflictiones, veluti præludia æternæ infœlicitatis: *Mors* *Ps. 33.* *peccatorum pessima.* Boni, qui grati Deo in vita fuerunt, in morte lætantur, fœlicitates proprias prænuntiantes: *Pretiosa mors sanctorum ejus.* Tenetur homo cognoscere à quo esse recepit, omnia bona fortunæ,

UVA. BHSC. BU 08453

næ, & dona gratiæ, & gratitudine reſpondère.

37 Oblivionis conquerebatur Deus contra hominem, laudans brutorum gratitudinem: *Cognovit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe Domini ſui, Iſrael autem me non cognovit.* Ex hoc facit argumentum Magnus Gregorius, ut inferat hominum obſtinationem: *Omnia elementa authorem ſuum veniſſe teſtantur.* Cœlum cognovit, & ſtellam ſuam miſsit; mare, & calcari permiſsit pedibus Dei hominis; terra, & tremuit; ſol, & lucem ſuam retraxit; petræ, & ſciſſæ ſunt; abyſi, & mortuos dederunt; ſed homines Creatorem non cognoverunt, magis obſtinati ſiſtentes ſilicibus: *Quæ Dominum omnia inſenſibilia elementa ſenſerunt, adhùc infideliũ Judæorum corda Deũ eſſe minimè cognoſcunt, & duriora ſaxis, ſcindi ad pœnitendũ nolunt.* Sed quid diceret Gregorius, ſi oblivionem Catholicorum in hoc ſæculo videret, ad gratitudinem Deo? Et quæ erunt Dei querelæ ingratitudinis non populi Iſraelitici, ſed Chriſtianiſsimi?

Iſaì. 1.

Homil. 10. *in Evang.*

38 In vocibus Simeonis habent magiſterium, & correctionem. Statim, ac beneficium recepit, nempè redemptorem videre, lætabundus gaudet, narrat, & celebrat authorem ſuum: *Nunc dimittis ſervum tuum in pace.* Beneficium acceptum fuit pax. Sed quæ pax? Non enim ſcimus Simeonem, nec Iſraèlem bella habere. Intelligamus. Simeon habebat bellum cum ipſo Deo ſupplicatione non intermiſſa, remedium, redemptoremque poſtulans. Hoc fuit bellum antiquorum Patriarcharum: *Obſecro Domine mitte, quem miſſurus es,* ajebat Moyſes. Iſaìas clamabat: *Propter Sion non tacebo, & propter Jeruſalem non quieſcam, donec egrediatur, ut ſplendor juſtus ejus.* Deſiderabat David: *Si dedero ſomnum oculis meis, donec inveniam locum Domino.* Omnes pugnabant contra Deum ſupplicationibus, querelis, & deſiderijs, de quo dixit Job: *Nunquid qui contendit cum Deo, tam facile conquieſcit?* Et hoc Simeon continuabat cum expectatione: *Expectabat redemptionem Iſrael.* Acceſsit Maria ad Templum portans redemptorem in brachijs, ſic quieſcit bellum, & facta eſt pax.

Exod. 4

Iſaì. 62.

Pſ. 131.

Job. 39.

39 Jacob luctatus eſt tota nocte cum Angelo, qui

UVA. BHSC. BU 08453

Gen. 32 Deum ſubſtituebat: *Ecce vir luctabatur cum eo uſque mane.* At, cum adveniret aurora veluti thronus ſolis, Angelus petijt, quòd ſuſpenderetur luctamen: *Dimitte me, jam enim aſcendit aurora.* Jacob repræſentavit luctamen omnium Patriarcharum cum Deo in nocte legis antiquæ uſque ad mane Evangelicæ, quæ formata eſt, dum manifeſtatus eſt Sol Divinus factus homo in Mariæ brachijs. Fuit Deus in forma Angeli, qui luctatus fuit, quia in forma Angeli pacis promiſsit venire in Templum: *Veniet ad Templum ſanctum tuum* Malac. 3. *Dominator, quem vos quæritis, & Angelus teſtamenti, quem vos vultis.* Simeon lucratus eſt fœlicitatem videndi, quem deſiderabant tot Patriarchæ, & in manifeſtatione, in Divinis laudibus prorrupit.

40 Habitatores Tebæ habebant ſtatuam Menonis in monte collocatam, quem filium auroræ appellarunt, & tali artificio compoſitam, quod radijs ſolis percuſa ſtatim, quòd in oriente apparet, dulciſsimis vocibus reſonabat, veluti tuba ſonora, quaſi gratias reddeus Soli, qui ſuas communicabat luces. His vocibus excitabantur habitatores vallium ad cognitionem boni illis advenientis in influxu Solis, qui in oriente oſtendebatur.

41 Hoc fecit Simeon, dum luces Solis juſtitiæ vidit in Templo Jeroſolimitano, ſtatim quòd finivit nox antiquæ legis, bellum, & luctamen Patriarcharum, & pax in poſſeſsione lucrata, in gratiarum actionem propter beneficium acceptum: *Nunc dimittis ſervum tuum in pace.* Salutem nuntiat hominibus: *Viderunt oculi mei ſalutare tuum.* Lucem, quæ umbras terminavit: *Lumen ad revelationem gentium.* Hæ ſunt voces hujus Cygni myſtici intuitu Solis Mariani, qui ſplendet purior dum in nube legis purificationis abſconditur, & plenus manibus liberalitatis, quibus hominibus offert Deum, & Deo, hominem Divinitati unitum, veluti pretium univerſalis redemptionis, & ipſum Deum redemptum mundo offert, ut totus ſit hominum per gratiam, & in gloria poſſideant, &c.

(*)

UVA. BHSC. BU 08453

ORATIO DECIMASEPTIMA,

ET SECUNDA,

DE PURIFICATIONE

B. VIRGINIS MARIÆ:

Post quam impleti sunt dies purgationis Mariæ; tulerunt Jesum in Jerusalem. Lucæ cap. 2.

1 MYsterium mirabile, & ex omni parte dignũ nostra gratitudine. Ideò Ambrosius considerans, illud cõparat solemnitatibus majoribus Ecclesiæ: *Si subtiliter à fidelibus, quæ sit hujus diei festivitas perpendatur, eo devotionis affectu, hanc celebrandam suscipient, quo Dominicæ Nativitatis, Circumcisionis, atque Apparitionis solemnia sunt prosecuti, illius est ista solemnitas, cujus illæ, sed nec minor ista, quam illæ.* Si in Nativitate Deus demonstratus fuit naturæ nostræ unitus sui amoris impulsu, hodie sistitur victima oblata Æterno Patri pro hominibus, impulsu suæ charitatis: *Ut sisterent eum Domino.* Si in Circumcisione exhibuit, amorosum ignem in scintillis sanguinis sui ad remedium omnium; hodie exprimit cordis sui desiderium, se movens à Bethlèhem, usque ad Jerusalem, ut se offerat in sacrificium incruentum. Si in Epiphania tribus Regibus ostendit se, qui corda sua cum coronis ante ipsum misserunt, hodie Æterno Patri manifestatur in Templo, ut ad misericordiam suam reducat: *Suscepimus Deus misericordiam tuam in medio Templi tui.*

Ambr. hic.

2 Reflexionem facio in hac littera David. Hodie (ait) susceìpimus misericordiam Dei in Templo suo. Igitur non recepimus misericordiam Dei, nisi in Templo? Ubique Deus est, ubique præsens est, ubique videt, ubique audit, ubique potest, ubique miseretur, ubique parcit, ubique vivificat, ubique justificat, ubique glorificat, ubique coronat. Ubique est, ubique operatur, ubique gubernat, ubique regit, ubique dominatur. Ubique est, ubique tenetur, ubique habetur, ubique videtur. Ubique est, ubique amatur, ubique desideratur, ubique quæritur, ubique invenitur. Ubique est, ubique laudatur, ubique benedicitur, ubique glorificatur. Ubique est, ubique adoratur, ubique colitur, ubique exaltatur. Ubique est, ubique invocatur, ubique exauditur. Ubique est, ubique propitiatur, ubique placatur. Ubique est, ubique timetur, ubique metuitur. Ubique est, ubique cognoscitur, ubique confitetur. Ubique est, ubique sanctificatur, ubique sanctificat. Ubique est, ubique sanctificatur, ubique sanctificat. Ubique est, ubique sanctificatur, ubique sanctificat

ricordiã Dei in Beth-lèhem, cum Deus homo factus, natus est, & cum circunciſus est, & tribus Regibus manifeſtatus? Intelligo difficultatem, dicamque luce eruditi Cartagenæ. Duplex beneficium ſpeciale fecit Deus hominibus, carnem noſtram aſſumens. Primum, elevare naturam, quia ad eſſe deificatam levavit, quod cum natura Angelica non fecit: *Hebr. 2.* *Nuſquam Angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ*, ait Paulus. Secundum, utilitatem, quam habuimus ex quo ſe òbtulit Æterno Patri, ut nos reconciliaret illi. Hæc oblatio in Incarnatione incèpit, & perficienda erat in Ara Crucis; ſed hodie eam proteſtavit publicè, & manifeſtè in Templo. Ideò ait David, quòd hodie ſuſcepimus Dei miſericordiam in Templo: *Ideò ſcitè David dicit: ſuſcepimus, &c.* ait Cartagena. *Cartag. tom. 3. homil. 7*

3 Deus veluti habèbat miſericordiam ſuam abſconditam erga homines, quia contra legem ſuam operabantur: *In Cœlo miſericordia tua*, ait David. Juſtitia impediebat exercitium pietatis: *Juſtitia tua ſicut montes.* Non ſufficiebant ſacrificia, quæ offerebantur, ut Deus placaretur, videntes- *Pſ. 34. Ibi.*

que Maria, & Jeſus, quòd tantum hæc oblatio ſufficiens erat, ut Divinæ miſericordiæ manifeſtarentur, illum in Templo òbtulit, veluti loquens cum Patre Æterno, & dicens: *Sacrificium, & oblationem noluiſti, holocauſtum pro peccato non poſtulaſti: ecce venio.* Si ſacrificia antiquitatis noluiſti, quia tibi non placebant, & pro peccatis mundi ſatis eſſent: *Ecce venio*, hic offero tibi (ait Maria) ſacrificium, quod tua Divina voluntas deſiderat in majori oblatione, quæ præſentare poteſt in conſpectu tuo: *Ecce venio.* Ego, qui Unigenitus tuus ſum, & tibi conſubſtantialis (ait Divinum Verbum Incarnatum) veſtitus mortalitatis veſte, ſum oblatio, victima, & ſacrificium, ut tuæ iræ ſuſpendantur, & ut ad miſericordiam movearis: *Ecce venio.* Nunc (ait David) ſe exhibuit Dei miſericordia: *Suſcepimus, &c.* Chriſtus ſe òbtulit ſacrificium matutinum in tanta parvitate echum faciens ſacrificio veſpertino Crucis: *Aſcendet ſicut virgultum coram eo.* Ideò pacem ſtabilivit inter Deum, & homines: *Nunc dimittis ſervum tuum in pace.* Ideò Eccleſia cèlebrat proceſsionem ſolemnem, lu- *Pſ. 36.* *Iſai. 53*

cer-

UVA. BHSC. BU 08453

cernas offerens, dum Æterno Patri ſuum Filium Incarnatum offert, in ſignum gratitudinis propter donum.

4 Poſtquàm Cęli Chriſtum in Aſcenſione ſuſcepêre, Pater dedit mundo Spiritum Sanctum linguis tanquam ignis: *Apparuerunt diſpertìtæ linguæ, tanquam ignis.* Veluti gratitudo fuit, ex quo mundus illi dedit Filium ſuum humana carne veſtitum. Hodie offert Eccleſia Æterno Patri, cum oblatione Filij ſui, linguas lucis, quæ narrant ejus gratitudinem, quia dedit mundo Filium ſuum unigenitum. Vel dicam, quòd lucernæ offeruntur, ut evaneant cultus ſuperſticioſi Gentilitatis, & in Mariæ pietate invenire cum veritate, quod illuſi exiſtimabant antiqui ſuarum Deitatum.

Actor. 2

5 Offerebant in Kalendis Februarij Matronæ Romanæ in honore Proſerpinæ, quam exiſtimabant Deam ſponſatam Plutone. Hodie offeruntur in honorem Mariæ ſponſæ ipſius Dei. Etiam offerebant in honorem Februæ matris Martis. Hodie offeruntur in honorem Matris Filij validiſſimi. Tandem Romani offerebant luminaria in honorem omnium Deorum Inferni; & hodie offert Eccleſia in honorem Reginæ Angelorum Cœli. Illi adorabant Proſerpinam, ut mererentur gratiam proprij ſponſi. Tribuebant cultum Februæ, ut ab ejus filio Marte victorias conſequerentur. Deos venerabant, qui inferni dicebantur, ut eas ad miſericordiam inclinarent. Hodie Mariam adoramus, ut victoriam ab inimicis conſequamur: *Tu nos ab hoſte protege.* Cultum exhibemus, ut ad miſericordiam deveniat: *Mater Miſericordiæ*, lumina offerimus veluti Matri Gratiæ: *Maria Mater Gratiæ.* Et ut eam inveniamus ſuppliciter ſalutemus.

Ex Eccleſia in Hymn.

AVE MARIA.

Poſt quam impleti ſunt dies, &c. Lucæ cap. 2.

6 HOdie proponit Lucas offrendam, quæ fit Deo in Templo, & thronum, ubi offertur: *Tulerunt eum, ut ſiſterent Domino.* Offrenda eſt Verbum Incarnatum, quod incomprehenſibile eſt: *Quem Cœli càpere non poterant.*

UVA. BHSC. BU 08453

Offerens est Maria, quæ per celsitudinem magnitudinis ejus in majori elevatione montium collocatur: *Fundamenta ejus in montibus altis.* Offrenda replet Dei voluntatem, & offerens tantæ excellentiæ est, quòd offrenda, ejus fructus est: *Hodie sistitur Creatori terræ fructus terræ sublimis, & Deo hostia placabilis*, ait Bernardus. Nescio quomodo mensurabo offrendam, & thronum, ubi offertur, tam limitato discursu.

Bernar. serm. de Purificat.

7 Regula proportionis mathematicæ utar. Ajunt Periti in hac arte, quòd per umbram altitudinis notæ mensuranda est elevatio altitudinis ignotæ: *Ex umbra notæ altitudinis, ignotam altitudinem investigamus.* Hoc fecit Thales unus ex septem sapientibus Greciæ. Obligatum se vidit, ut sciret turris mensuram, quæ propter elevationem inaccessibilis videbatur Artifici magis dextero. Accepit virgam, quam elevatam sistens in fundamento turris, per umbram, quam fecit cum umbra turris proportionata, pervénit ad cognitionem altitudinis ignotæ sibi illius elevati ædificij. Sic investigandum est mysterium hujus diei, per umbram offrendæ, & Mariæ, quæ thronus est, in quo offertur. Significabo idæam in ænigmatis constructione.

Ex Mathematica.

8 Templum magnificum delineatur, in cujus medio videtur thronus ornatus; sed in repræsentatione humilis. Super hunc thronum sistitur offrenda in demõstratione pauperis, & in teneritate parvuli. Super hoc Altare hæc littera legitur Pauli ad Corinthios: *Secundum mensuram regulæ.* In offrenda, hæc littera ad Ephesios videtur: *Mensura plenitudinis Christi.* Et in throno, hæc littera Psalmi ostenditur: *Thronus ejus sicut dies Cœli.* Hæc est ænigma mysterij, quod discurrere intendo.

Corint. 10.

Ephes. 4.

Ps. 88.

§. I.

9 PRimum in ænigmate est offrenda, quæ in throno collocatur cum hac littera: *Mensura plenitudinis Christi*: hæc offrenda Divinæ voluntati placuit: *Deo placabilis hostia virginis manibus offertur in Templo*, ait Bernardus. Hæc hostia per mensuram intelligenda est. Sic littera ænigmatis significat: *Secundum mensuram regulæ.* Sed quomodo mensuranda est altitudo tantæ elevavа-

UVA. BHSC. BU 08453

vationis? Per regulam mathematicæ: *Ex umbra notæ altitudinis*, per umbram. Et quam umbram offrenda illa facit? Paupertatis, humilitatis, & majoris summissionis. Si respicimus secundum carnem assumptam, ostenditur umbra peccatoris: *In similitudinem carnis peccati.* Si ad æstimationem, quam sui ipsius fecit pro pretio suæ redemptionis, tantùm par turturum, aut columbarum: *Par turturum, aut duos pullos columbarum.* Si enim pretium proportionandum est cum re appretiata, solum demonstratur parva sui existimatio. Hæc umbra offrendæ hujus diei est, natura similitudine peccatoris, & summa paupertate ornata. Et hæc replet voluntatem Dei? Etenim: *Deo placabilis.* Sub hac umbra thesaurizatur maxima magnitudo. Videtur similitudo peccati, & in realitate est splendor Æterni Patris, & substantiæ ejus figura: *Splendor Patris, & figura substantiæ ejus.* Cum summa paupertate ostenditur, & in realitate plenus gloria, & divitijs: *Gloria, & divitiæ in domo ejus.* Sub umbra offrendæ illius tèneri infantis carne mortali induti absconditur thesaurus divitiarum majoris æstimationis Divinæ voluntati.

Roman. 8.

Hebr. 1.

Ps. 111.

10 Antiquitas admirata est Syrenum, quia sub figura horribili imago singularis pulchritudinis absondebatur. Montes in quibus absconduntur thesauri, in exteriori ostensione steriles demonstrantur. Et lapis majoris pretiositatis absconditur in cortice deformi silicis. Igitur in asperitate mortalitatis, & umbra paupertatis absconditur in offrenda hodierna thesaurus pretiosior Deo.

11 Sanctuarium à Moyse fabricatum, fuit locus magis Deo gratus ad suam habitationem: *Facies Sanctuarium, & habitabo in medio eorum.* Sed notandum est, quòd ornatus exterior construebatur pellibus ex mortuis animalibus, quæ in parvo pretio æstimabatur: *Operimentum aliud de pellibus arietum.* Et hoc placebat Deo, ut ibi habitaret? Etiam; quia sub illa ostensione continebatur thesaurus divitiarum multarum, argenti, auri, purpuræ, & hyacinthi. Etenim hoc placuit voluntati Divinæ, Sanctuarium, quod sistens in exteriori vestitum pellibus humilibus, & pauperibus, interiora pretiosa habebat: *Habita-*

Exod. 25.

UVA. BHSC. BU 08453

bitabo in medio, &c. Dacianus Imperator mittebat subditis suis virgulas deformes, sed gravatis litteris, ut ejus villicus donaret prælium magnum colligentibus virgulas. Ille Agnus throni repræsentabatur in forma, & figura, debilis: *Tanquam occisam*, & in realitate creditor omni gloriæ inveniebatur: *Dignus est Agnus accipere gloriam*, & victoriam consequebatur: *Vicit Leo.* Sic repræsentatur offrenda, quæ hodie visa est in templo Hierosolymitano, sub specie vilis, & pauperis, sed talem magnitudinem, & divitiam continet, quòd Deus illam desiderans, suam misericordiam retinuit, ut hominibus participaret: *Erit fons patens domui David in oblationem peccatoris, & menstruatæ*, ait Zacharias. Intelligamus hoc. Heriodotus ait, quòd victi Hircani, Parthi, & Sarraceni per Darium, hic abstulit cursum aquarum cujusdam fontis, ne illas Provincias aqua irrigaret. Per hoc eos reduxit ad hoc, quòd pretiosas divitias illi tribuerent propter irrigationem aquarum à fonte prædicto. Nunc Zacharias: *Erit fons patens.* Deus impedivit cursum misericordiæ suæ erga homines: *In Cœlo misericordia tua*, & ut Deus moveatur ad iterum cursum misericordiæ suæ tribuendum, offertur Divinum Verbum humana carne indutum. Ipsa est offrenda, quæ per umbram habet peccati similitudinem; *In similitudinem carnis peccati*; sed abscondit Deitatem: *Verè tu es Deus absconditus.* Omnes victimæ, quæ usque ad hanc fuerunt oblatæ, illi non placuerunt: *Sacrificium, & oblationem noluisti*, & solum in hac, quæ per manus Mariæ offertur pretium fuit inventum, & misericordiam Divinam consequeremur.

Zachar. 13.

12 Ut iræ Esau placarentur, divisit Jacob in turmas pecora, & familiam. Prius pecora præibant, postea servi, deindè Lya cum filijs suis sequebatur; & ultimo loco Rachel, & Joseph filius ejus: *Rachel autem, & Ioseph novissimos.* Hoc fuit dona offerre Esau, Jacob, ut placaretur, & temperaret iracundiam. Et quid fecit Esau? Nec peccora, nec servi, nec Lya, & ejus filij quietavêre; sed adveniens Rachel cum filio suo: *Currens obviam fratri suo, amplexatus est eum, stringensque collum ejus, & osculans.* Æterno Patri non pla-

Genes. 33.

UVA. BHSC. BU 08453

placuerunt antiqua Sacrificia, victimæ, nec legis naturæ, & scriptæ cum omnibus Patriarchis, & Prophetis: *Sacrificium noluisti.* Sed cum pervenit melior Rachel, Maria cum meliori Josepho in brachijs suis, iræ Dei sedatæ sunt, & tali offrenda gratus, pacem cum hominibus fecit: *Post quam oblatus est Christus à Matre sua Deo Patri in ipso templo hodierna die, viso tali Sacrificio, & oblatione, omnis statim cessavit ira, & indignatio, complexusque Deus ipsum hominem, & cum eo pacem innuit*, ait Cartagena, solùm illum præsentando; ideò ait Evangelista, quòd tulerunt, & præsentarent Deo in templo: *Vt sisterent eum Domino*; quia solùm ipsa præsentatio (ait) sufficiens, & superabundans fuit: *Non aliud opus esset ad placandum Deum, quàm illum sistere in oculis ejus.*

Cartag. tom. 3. hom. 6.

13 Hæc est offrenda, quam Virgo Maria Æterno Patri præsentavit hodie: sub forma parvuli Immensum, & Æternum. In ejus brachijs sistens, qui omnia sustinet. In terra victima, qui in Cœlo accipit, & acceptat: Redemptor mundi, hodie redemptus. Inappretiabilis, quinque siclis appretiatus. Verus Jacob cum vestibus Esau peccatoris. Lapis deserti ad fundationem templi. Sacrificium Isaac perfectum. Sitis David satiata. Lamentationes Daniel propter defectum Principis, Ducis, Prophetæ, holocausti, & Sacrificij, jam cessavêre; quia Maria præsentavit omnia in Templo cum plenitudine unius parvuli, qui Deus homo est: *plenitudinis Christi.*

14 Huic offrendæ cedant, quot se obtulerunt Deo, & hominibus. Omnes Sacræ, & prophanæ, quas antiquitas celebrat. Cedat convivium Bitheli, ubi duo, & millia genera piscium donavit, septem millia avium, & quinque mille monetas aureas. Cedat donum Cleopatræ, quæ in potu dedit Marco Antonio Margaritam existimatam in centum, & viginti quinque numos aureos. Cedat Vitulus, quem templo obtulit Antiochus pretiosis monetis ornatus; quod Græci templo Dianæ obtulerunt, quod Matronæ Romanæ obtulerunt Camilo; quod Marti obtulit Sila in vase, proprio sanguine pleno; quod Regina Saba Salomoni; quod Salomon in Templo, Victimæ legis naturalis, & scriptæ.

Ce-

UVA. BHSC. BU 08453

Cedant omnia in conſpectu victimæ Mariæ.

15 Etſi umbra quinque ſiclorum, & paris turturum repræſentat paupertatem, ſi repræſentatio hominis, & carnis peccati exprimunt debilem, divitiæ infinitæ abſconditæ ſunt in illo, & tota Divinitas, & omnis plenitudo donorum: *Menſura plenitudinis Chriſti.*

§. II.

16 SEcundo invenitur in ænigmate thronus, ubi collocatur offrenda, & hæc littera ex Pſalmo deſumpta: *Thronus ejus ſicut dies Cœli.* Maria fuit thronus hic, ubi offrenda Divini Verbi incarnati fuit collocata, currus in quo ad templum fuit deductum, & altare, ubi hæc victima fuit oblata. Hunc thronum maximè elevatum nuntiat Bernardus: *Siſtitur Creatori fructus terræ ſublimis.* Sed quomodo celebrabimus? *Secundum menſuram regulæ*, ait Paulus. Sed quomodo regulandus eſt? Cum maxima mathematicæ: *Ex umbra notæ altitudinis, &c.* Per menſuram umbræ.

17 Lex præcipiebat, quòd mulier concipiens, & pariens, immunda eſſet: *Mulier, ſi ſuſcepto ſemine pepererit, immunda erit.* Lex hæc maculam ſupponit, cum ingreſſum ad templum prohibeat. Certum eſt, quod Maria habuit exemptionem ab hac lege, quia non concepit, ut lex præſcribit: *Si ſuſcepto ſemine*, ſed operatione Spiritus Sancti: *Spiritus Sanctus ſuperveniet in te.* Non fuit fructus Mariæ ad ejus violationem, ubi lex præſcripſit: *Adaperiens vulvam*, fructus fuit ad fœcunditatem, non vero ad corruptionem: *Non videtur convenire Virgini Mariæ, quæ eſt porta clauſa ante partum, poſt partum, & in partu*, ait Seraphicus Doctor. Semper Maria puriſſima fuit, ut à Sanctis Patribus celebratur in orbe.

Levitic. 12.

S. Bonavent.

18 Sanctus Efrem proclamat in Syria, Baſilius, & Nazianzenus in Capadocia, Chryſoſtomus in Antiochia, Methodius in Licia, Thaumaturgus in Ponto, Damaſcenus in Arabia, Eſichius, & Sophronius in Paleſtina, Epiphanius in Cypro, Cyrillus, & Athanaſius in Ægypto, Germanus in Tracia, Hieronymus in Dalmacia, Rupertus, & Albertus in Germania, Anſelmus, & Beda in Anglia, Irenæus, Dioniſius, & Bernardus in Gallia,

Ilde-

UVA. BHSC. BU 08453

Ildefonſus in Hiſpania, Thomas, & Bonaventura in Italia, Cyprianus, & Auguſtinus in Africa. Totum replevêre orbem elogia puritatis Virginis Mariæ à Sanctis proclamata: *In omnem terram exivit ſonus eorum.* Tanta puritas exemptam arguit à lege purificationis, & legi ſubdita fuit? Etiam. Aſſumpſit Filium ſuum, & progreditur ad templum Hieruſalem: *Tulerunt, &c.*

Pſalm. 18.

19 Inſpicite umbram hujus throni Mariæ. Tota eſt obedientia, humilitas, & ſubjectio, quæ ſigna corruptæ, & immundæ ſunt. Quid Domina efficis? Reſpice Virgo, quòd puritatem tuam ab æſtimatione, & cognitione retrahis, & umbræ ipſę offendunt lucem tuam, & occaſionem præbes ad exiſtimationem throni minus puri. Non ita eſt. Potius hæ umbræ magis deſiderabilem ipſi Deo homini faciunt: *Sub umbra illius, quem deſideraveram ſedi.* Hæ nubes thronum majoris excellentiæ efficiunt: *Thronus meus in columna nubis.* Spinæ hæ pulchriorem èxprimunt: *Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea.* Hæ tenebræ Auroram inferunt: *Quaſi Aurora conſurgens.* Tot umbræ explicant ſublimitatem hujus Mariani Throni. Legi ſe ſubjici exiſtimatione immundæ, ſuam magnitudinem elevat.

Cantic. 2.

20 Inter elogia, quæ ſponſus ſponſæ dixit, unum, quo celebravit, hoc fuit: *Capilli tui ſicut greges caprarum, quæ aſcendunt de monte Galaad.* Contradictio videtur. Si aſcenderunt, dicat ad montem Galaad, & non de monte. Sed optimè loquitur Sponſus, ait Ricardus à Sancto Laurentio. Capilli ſunt cogitationes humiles: *Capilli iſti ſunt cogitationes humiles*, & cum practici deſcēſus ſunt ad ima ab elevatione, ait, quòd ex altitudine montis: *De Monte Galaad*, ſed deſcenſus ipſi, aſcenſus, & elevationes ſunt ad æſtimationem ſponſi: *Benè dicitur aſcenderunt, licèt deſcenderent, quia hujus deſcēſus in oculis ſuis, ante oculos Domini erat quidem magnus aſcenſus.* Humilitatis caſus, veluti aquarum ſunt, quòd quantò plus deſcendunt, tantò magis aſcendunt. Cum enim deſcenſus ſponſæ tam humiles erant in cogitationibus ſuis, in æſtimatione ſponſi aſcenſus erant elevati: *Qui aſcenderunt, &c.*

Idem 4.

Ricard. de Sāct. Laur.

21 Maria ſubjicere ſe legi purificationis ad notam im-

UVA. BHSC. BU 08453

immundæ fuit se humiliare: *immunda erit*, sed nota illa magis illustravit Mariam. Mariam appellavit cartam S. Ephrem: *Carta divinissima appellatur*. Theobaldus Imperator loquens de carta dixit, quòd nigredo caractêrum decor illius est: *Nigredinem susçipit, ac decorem*. Splendoribus suis addidit Maria elevationem umbris, quas efformavit in subjectione sui. Passus hujus diei, quamvis videbantur umbræ, quæ eam humiliabant, luces suæ pulchritudini addiderunt, ita, quòd Deo magis gratam fecerunt. Quamvis Judith ita pulchra, ait textus, quod sandaliæ pedum illius Holofernem rapuerunt: *Rapuerunt oculos ejus*. Vestierat se veste vili in cubiculo suo, passus direxit ad liberandum Populum, opinioni minùs puræ se subjiciens, & umbræ hæ addiderunt majorem pulchritudinem suæ personæ humili in pedibus: *Sandalia rapuerunt oculos ejus*.

Judith. 8.

22 Passus hi, quos Maria direxit in templum, & in çxistimatione minoris puritatis adducere videbantur, suæ pulchritudinis augmentum facere; ita, ut Dei raperent affectum: *Sic celebravit in Canticis: quàm pulchri sunt gressus tui filia Principis in calceamentis*. In tertio, & sexto capite eam celebrat per faciei perfectiones: *Quam pulchri oculi tui, genæ, labia tua*, quin gressus calceamenti celebrat, & in capite septimo omnes admirationes sponsi rapiunt gressus? Loquitur sponsus majori experientia, & consideratione. Antea videbat splendores virtutum absque penetratione; nunc jam consideratis, passibus, quia humiliores, elogium majus tribuit, & alias virtutes veluti humilitati inferiores, videt: *Cunctæ virtutes, omnes gratiæ, cuncta dona, quæ Virginem exornant humilitati ejusdem tributa pendebant*, ait Rupertus.

Cantic. 7.

23 Videte Mariam quomodo ex quo in existimatione dehonorari videbatur, à lege exempta dignoscitur, & ab immunditia liberatur. Textum Canticorum advertite, ubi filia Principis appellatur, cum calceamenta celebrat: *Filia Principis*. Romani solebant in calceamentis ponere formam medietatis Lunæ, in quo indicabatur antiquitas, & nobilitas Senatorum, ait Britanicus. Pytagoras dixit, quòd Luna terra cœlestis erat, & Cœlum terrestre; &

vo-

UVA. BHSC. BU 08453

voluerunt Romani ſignificare, tantæ originis eſſe, quantæ ad nobilitatem cœleſtem elevabantur; quod in calceamentis ſignificabant.

24 Mariam expreſsit Cœlum cum Luna in pedibus: *Luna ſub pedibus ejus*, ſed ſimul Stellis coronatam: *In capite ejus corona Stellarum.* Etenim cum defectus Lunæ explicantur in calceamentis, diademata luminum videntur in capite. Hoc eſt magnificare eſſe Reginam in ipſa humiliatione, & a legibus indecoris exemptam. Igitur hoc fuit myſterioſum elogium, quod Sponſus dixit Sponſæ: *Quam pulchri ſunt greſſus tui filia Principis.* Ideò umbræ hæ Mariam conſtituerunt thronum magis elevatum Verbi Divini incarnati, ut Deo eſſet offrenda ex brachijs Mariæ.

Apocal. 12.

Cantic. 6.

25 Eam in Canticis audiamus: *Dum eſſet Rex in accubitu ſuo nardus mea dedit odorem ſuavitatis.* Quod dum ſupremus Rex quieſcebat in brachijs ſuis, exalavit ipſa fragrantias. Sed amplius ait: *Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi inter ubera mea cõmorabitur.* Bernardus cogitat varietatem ſtatuum ipſius Dei, ut Maria exprimit. Prius majeſtate Regis; poſteà expreſsione Amantis, priùs in throno Regio; poſteà inter ubera Sponſæ: *Anteà Rex, modo dilectus; anteà in accubitu Regio; modo inter Sponſæ ubera?* Sed ad hoc Mariæ humilitas obligavit, (ait Rupertus) quod reduxit Deum ad hoc, quod è Regio throno feciſſet thronum ex Maria: *Rex in accubitu eſt Verbum in ſinu Patrit, & dum ita eſſet, nardus humilitatis Mariæ dedit odorem ſuum, cujus odore delectatus deſcendit.*

Cantic. 1.

Rupert.

26 Umbræ ipſæ, quas Maria lucibus proprijs ponit, ſplendorem throni èxprimunt. Videmus Mariam iter facere èBeth-lèhem veluti thronus Dei hominis, ſubdens ſe legi purificationis, ſed ipſa ſubjectio magis eam elevat in puritate: *Collum tuum ſicut monilia.* Greſſus, qui videntur ipſi maculæ, ſuæ pulchritudinis ſunt perfectiones: *Quam pulchri ſunt greſſus tui!* Cum propter populi redemptionem legi ſubjicitur, ejus eſſemptio à lege firmatur: *Non enim pro te hæc lex conſtituta eſt.* Dum in maledictione comprehenſa videtur, per offrendã benedicitur melius, quam Abigail: *Benedicta tu, quæ prohibuiſti me hodie, ne irem in*

Eſther 15.

UVA. BHSC. BU 08453

ſanguinem. Quando videtur ager ſpinis plenus, veluti fructus delicti, Paradyſus deliciarum eſt: *Paradyſum voluptatis.* Et ex umbra legis oſtenditur thronus ipſius Dei lumine plenus: *Ex umbra notæ altitudinis, &c. Thronus ejus ſicut dies Cœli.*

27 Mariam nunc inſpiciamus offerentem Patri Æterno oſtrendam illam divinam ex throno manuum ſuarum ardoribus ſui amantiſsimi cordis. Si petebat Pater in antiqua lege agnum in ſacrificio, illud fuit umbra, & figura; hìc offero Agnum verum, qui illa figura ſignificabatur in Filio tuo Unigenito veſte mortalitatis induto: *Ecce Agnus Dei;* ſi Bacam rufam, hìc offero humanitatem Verbo unitam, ſanguine Circunciſsionis rubricatam. Si donum pulchrum, & ditatum petis, pretioſius in miſericordia te offero: *Deus dives in miſericordia*, & pulchrius inter homines: *ſpecioſus forma præ filijs hominum.* Nos offeramus cum Maria offrendam ipſam, & Deus placatus in illa, mereamur theſauros gratiæ, & hereditatem gloriæ,

Pſalm. 44.

&c.

ORA-

UVA. BHSC. BU 08453

ORATIO DECIMAOCTAVA,

B. VIRGINIS MARIÆ

IN FESTIVITATE

NIVIUM,

TITULO

SALUTIS.

Beatus venter, qui te portavit, &c. Lucæ cap. 11.

1 NUlla efficacitate, quam lucis, denſitas tenebrarum evanùiſſet. Tota ſphæra abyſi occupata erat tenebris: *Tenebræ erant ſuper faciem abyſſi.* Sed poſita à Deo luce in ipſa ſphæra, ſtatim appàruit in terra differentia lucis à tenebris: *Facta eſt lux: diviſit lucem à tenebris.* Solius Mariæ ſplendores umbras gentilitatis in cultu ſuperſtitioſo potuèrunt hac die deſtruere.

Geneſ. 1

2 Romani venerabantur quinta die Auguſti ſuperſtitioſo cultu Deam ſalutis in Monte Quirinali, nec judicetur imaginationem eſſe, ſic ex Macrobio refert Tamajus: *Nonis Auguſti dies iſte ſacer exprimitur in honorem ſalutis Deæ in Monte Quirinali, eam ſanctè, & religiosè coluerunt Romani.* Hæc Dea in forma pulchræ mulieris efformabatur, & inter alias ſuperſtitiones, juxta ſimulacrum collocabatur Ara, & pro expreſsione ſanctitatis, quam venerabant, hæc littera videbatur: *Salus*, ſignificans Deam ſalutis eſſe: *Illam effingebant Romani mulieris forma, penes quam Ara erat hac inſcriptione: Salus.* Omnes hi cultus tenebræ erro-

Martyrol. Hiſpan. mënſe Auguſti.

UVA. BHSC. BU 08453

rum fuerunt, quia Deitas venerata falsa fuit. Splendores enim sanctitatis Mariæ tot umbras destruere ad veram venerationem proposita ipsa Beata Virgine.

3 Ipsa Virgo Maria apparuit Patricio Civi Romano, ejus sponsæ, & Lyberio Pontifici, volens, quòd in Monte Squilino propè Romam sistente, ubi die quinta Augusti è Cœlo signum eventurum, quod nive coopertus videretur. (ut accidit) Templum ædificaretur, ubi cultum, & venerationem tribuerent ipsi Virgini Mariæ: *Ut quem locum nive conspersum viderent, in eo Ecclesiam ædificarent, quæ Mariæ Virginis nomine dedicaretur*, ait Ecclesia. Sic fuit ædificatum, & hodie Sancta Maria Major appellatur. Nix signum mysterioſum fuit, ut Maria in illo Monte venerata, tribuerentur cultus veræ Deæ Salutis.

In Offic. hujus diei.

4 In multis convenit nix cum Maria, & ideò voluit per nivem signare locum, ubi cultus tribueretur: *Benedicta Dei genitrix voluit miraculum Nivis à nobis particulariter festivari propter multam similitudinem, quam ipsa habet cum proprietatibus nivis*, ait Bustos. Una ex proprietatibus nivis est, in terra humorem intromittere ad radices herbarum, & arborum; herbas malas, & pernitioſas debilitare; fovère, & nutrire bonas: *Undè nix herbas malas, & superfluas mortificat, & attenuat; bonas verò nutrit, & in pinguat*, ait Bartholomæus Anglicus.

Bust. in Martal. part. 9. serm. 2.

Anglic.

5 Hæc proprietas est Nivis purissimæ Mariæ in terra animata hominis, attenuare humores pernitioſos, & superfluos, quibus infirmatur; nutrire, & impinguare bonos, quibus salute fruitur. Cum enim hæc proprietas in Maria invenitur, tanta excellentia, & natura nivis significatur, per hoc signum voluit, quod tribueretur cultus veluti Deæ veræ salutis, ut evanerent superstitioſi, quos tribuebant Romani alteri Deæ Salutis ultrà Mariam.

6 Illud Pauli videtur hujus Mysterij delineatio. Apostolus prædicabat in Areopago, y dixit Athenienſibus: *Per omnia quasi superstitiores vos video.* Et in quo consistebat excessus superstitionis ad alias nationes? Dicit ipse: *Videns simulacra vestra, inveni, & Aram, in qua scriptum erat: ignòto Deo.* Inter simulacra, Aram adoratis sub ti-

Act. 17.

UVA. BHSC. BU 08453

tulo Dei ignòti, & cum Deus verus sit, per excellentiam Deus ignòtus, & quem vobis prædico, vos cultum tribùitisDeitati ementitæ: *Quod ergo ignorantes colitis, hoc ergo annuntio vobis.* Verum est, quòd Deus verus est ignòtus per excellentiam, quia intellectus creatus non potest illum comprehendere; sed usurpare attributum hoc ignòti, & ementitæ Deitati cultum tribuatis, major superstitio est: *Quasi superstitiores vos video.*

7 Romani adorabant Deam salutis in monte; sed Deitas ementita erat, quæ venerabatur. Maria est Dea, vel Vice-Dea vera salutis. Ut ergo evanuisset superstitio illius cultus, signans per nivem, & veneraretur Dea Salutis; sed illa, quæ possidet veram sanctitatem. *Quod ignorantes colitis, hoc ergo annuntio vobis.* Hæc sanctitas veneratur hodie, & celebratur in hoc mystico Monte, illos cultus gentilitatis spernens: Maria, nempè, quæ vera Vice-Dea salutis est, & potest illam tribuere hominibus. Ut laudibus celebrem gratia indigeo.

AVE MARIA.

Beatus Venter, &c. Lucæ cap. 11.

8 QUando in Evangelio legimus prodigia à Christo patrata, vocem ea celebrantem audimus: *Extollens vocem*, explicare excellentiam Mariæ: *Beatus venter: Beata ubera.* Portentum à Christo factum fuit, cæcum, mutum, & surdum sanare, & possessum a Dæmone. Ab omni infirmitate fuit sanatus, nempè animæ, & corporis, ad sensuum usum rediens, & à Dæmonis possessione liber sistens. Fuit enim significare per illam vocem, quòd salus illa, Mariæ attribuenda erat: *Innuens, & in Virginem ea referenda*, ait Novarinus. Christus patravit miraculum, sed fuit per Mariam: *Verè sanat nos Christus, sed per Mariam*, ait idem. Significare fuit, quòd si fuit Maria, ubi Verbum carnem assumpsit, Mariæ salus tribuenda erat: *Ut innueret Virgini, à qua carnem sumpserat, sanitatem tribuendam.* Ex quo infero, quòd in Evangelio illa vox Mariam laudat, velati oti-

Novar. libr. 4. umbra Virgin. n. 471.

UVA. BHSC. BU 08453

ginem salutis hominis, veluti hac die celebratur. Si enim ille homo infirmus Evangelij hoc beneficium accepit in utraque salute, corporis, nempè, & animæ, Maria celebrari debet veluti principium salutis corporis, & animæ. Ad hoc explicandum, ænigma efformabo.

9 Sit scutum, in cujus plano ostenditur ex una parte arca, & ex alia parte Civitas pulchra. Suprà arcam hæc littera Pauli legitur: *Aptavit Arcam in salutem.* In linteo muri Civitatis ostenditur hæc littera ex Isaìa: *Dabo in Sion salutem.* Hoc ænigma est, quod in discursus declarabitur.

Hebræ. 11.

Isaì. 46.

§. I.

10 PRimò in ænigmate ostenditur arca, hac littera ornata: *Aptavit Arcam in salutem.* Desumitur ex Paulo ad Hebræos. Loquitur Apostolus de Noè, & Arca, quam fabricavit ex mandato Dei, ut genus humanum salvaretur, & conservaretur in vita corporali mediatrice arca. Sic laudat Evangelium Mariam per vocem illam: *Beatus venter, qui te portavit.* Velùti arcam Verbi Incarnati, & principium salutis corporalis illius hominis cæci, muti, & surdi: *Ut innueret, &c.* Sic à Sanctis Patribus laudatur Virgo Beata: *Maria est Pelagus curationum*, ait Damianus. *Omnes langòres, & morbos sanat Dei Mater*, ait Veronensis. *Maria Christi medici est apotheca*, dicit Ricardus à Sancto Laurentio. Ideò refert Lucas illum hominem petivisse salutem à Christo tanquam à Filio David: *Jesu Filij David miserere mei.* Quia cum Filius Mariæ esset, confidebat per illam sanaturum esse: *Ingeminat nomen Filij David per Virginem Mariam, cujus Filium sub illa stirpe nuncupabat, de cujus Patrocinio confidebat, ut salutem, ac sanitatem haberet*, ait Silveyra. Sed cur venter celebratur, dum laudatur Maria veluti origo salutis? Quia fuit vas, ubi medicina ad salutem infirmorum servata fuit.

Damianus Oration. de dormit. Virgin. Novar. umbra Virgin. lib. 4. n. 745. Ricard. lib. de Laud. Virg. Luc. 18. Silveyr. tom. 4. in Evãgel. lib. 6. capit. 38. numer. 20.

11 Ab Sponso appellatur venter Mariæ vas tornatile: *Venter tuus crater tornatilis.* Vas fuit, ubi obtulit potum ad salutem: *Nempè mundo propinans vinum salutis*, ait Alanus. Sed fuit vas salutis, quia Verbum Divinum in illo carnem assumpsit. Hæc est laus Evangelij: *Qui te porta-*

Cantic. 7.

Alanus.

UVA. BHSC. BU 08453

tavit. Quia inde lucrata est Maria esse salutis originem.

12 Athenienses habuerunt navem laudatam, quam appellarunt salutis indicium, *Pier.45* sivè navem salutis: *Salutis Indicium, Navis Salutis.* Si rationem quærimus, ait Are- *Aresius.* sius, quòd, *quia Theseus in illa navigaverat*; nunc intelligo quòd Damascenus ait *Damascen. Or. 2. de dormit. Virgin.* in persona Mariæ: *Ego quasi Officina medicinæ ægrotantibus, ego Fons perennis curationis.* Quòd est Officina medicinæ infirmis, & origo omnis curationis, quia in ventre Mariæ operatæ sunt medicinæ omnes per Verbum in eo Incarnatum.

13 Non est dubitandum Deum, qui prima causa est, esse principium omnis boni naturæ, & gratiæ, & quod est salutis corporalis. Sed audiamus Psaltem dicentem, quomodo provisus est eam: *Ps. 72.* *Operatus est salutem in medio terræ.* Illud medium ter- *Hieron.* ræ venter Mariæ fuit: *Uterum Virginis, quia carnem de terra, non de Cœlo demissam habuit*, ait Hieronymus. Uterus Mariæ illud medium fuit, ubi veluti in Arca, & Officina omnem pro- *Bernar.* visionem habet: *De utero Virginis ad quem, sicut ad medium, Arcam Dei, rerum causam, negotium sæculorum, respiciunt omnes,* ait Bernardus. Sed omnis illa providentia in utero Mariano conducit ad salutem: *Operatus est salutem in medio terræ.* Fuit operari, manipulare, & disponere omnes medicinas efficaces ad salutem: *Artificium, sicut ædificationem, ut salutem ægros reportet medici*, ait Lorinus. In utero purissimo Virginis manipulavit Deus duo extrema, Divinum, & humanum, Verbum, & carnem, Divinitatem, & humanitatem, mixtionem faciens cum Sanguine Virginis Mariæ, & mansit uterus Officina medicamentorum ad salutem infirmorum: *Operatus est salutem: ego evasi, &c.* *Lorin. in Ps.*

14 Sed difficultas se offert. Deus, ut Ens infinitum continet omnem virtutem creaturarum cum eminentia ad ipsas. Ad quid ergò illa manipulatio, & mixtio (eo modo, quo dici potest) ex Divinitate, & humanitate, ex Verbo, & Sanguine Virginis ad tribuendum salutem infirmis? Sit sola Divinitas medicamentum simplex, & non fiat mixtio, & manipulatio in utero Virginis.

UVA. BHSC. BU 08453

15 Verum est, quòd Deus se solo continet omnem virtutem medicinalem omnium creaturarum superat: *Deus ultionum.* Ad excellenti perfectione; sed ad lucrandum salutem in hominibus majori connaturalitate, providit uniri, & manipulari cum carne, & sanguine in utero Virginis Mariæ.

16 Certum est dari medicamenta, & substantias se solis habentes virtutem ad sanitatem plurium infirmitatum; sed quia habent aliquas qualitates, quibus, vel impeditur exercitium virtutis, vel exceditur ultrà mensuram exigitam, manipulantur, & miscentur alijs substantijs, sicque temperantur, & proportionantur ad lucrum sanitatis. Hæc manipulatio debet esse inter extrema concernentia per virtutem ad eundem finem.

17 Hæc enim fuit providentia Dei in unione sui cum carne, & sanguine Mariæ in ejus purissimo ventre. Continet enim Deus totam virtutem medicinalem carnis, & sanguinis Mariæ; sed cum Deus sit ignis combùrens: *Deus ignis est*, se solo excedit temperamentum, & debilitatem hominis; potiùs ad destruendam deserviret, quam ad sanandum, veluti in lege antiqua fiebat, cum in vindictam totus devenie- bat: *Deus ultionum.* Ad sanandum à morsibus serpentum ipse offerebat se uti medicina, sed in figura serpentis Verbum humanatum figuantis. Ideò fuit unitus carni, & sanguini Mariæ, ubi manipulavit Divinitatem cum illa, ubi est omnis virtus herbarum, plantarum, & aliarum substantiarum, & operatus est salutem in officina omnis medicaminis ad omnium salutem. Igitur ex Deo, & carne, & sanguine Virginis Mariæ factum fuit in ejus utero medicamentum universale, ita ut attribueretur Mariæ tota sanitas, & quod cum non sit sanitas absque Deo, Deus tribuit per Mariam.

18 Nunc intelligo quædam verba Damiani, quæ mysteriosa sunt valdè: *Per ipsam, & in ipsa, & de ipsa totum faciendum decernitur, & sicut sine illo nihil factum est, ita sine illa nihil refertum.* Dicitis communiter, quòd medicina tribuit salutem, si Deus concurrit, & Deo concurrente, dicitis, quòd medicamentum fuit efficax. Ut enim Maria efficax esset ad salutem tribuendam, & ut *Petr. Dam.*

ei

UVA. BHSC. BU 08453

ei attribuatur, Deus concurrit ſubſtantialiter, & fuit vnitus ejús carni, & ſanguini in ejus ventre puriſsimo, nè deficeret ejus virtuti medicinali concurſus Dei. Ut medicamen Mariæ eſſet efficax, & ipſi attribuatur ſanitas. Etenim Deus, veluti prima cauſa ſalutis, & caro, & ſanguis Mariæ, veluti principium, & cauſa ſecunda unitæ ſunt, & facta eſt medicina efficax in Mariano utero.

19 Jeremiam audiamus: *Fœmina circùndabit virum.* Hoc fuit nuntiare unionem Dei carne Mariæ in utero ejus. Sed adhùc ipſum audiamus: *Creavit Dominus novum ſuper terram.* Septuaginta legunt: *Creavit Dominus ſalutem in plantatione nova.* Quòd creavit ſalutem in nova plantatione Dei in ventre Virginis Mariæ.

Capit. 31.

Septuagint.

20 Angelum legatum incarnationis audiamus: *Dominus tecum*, dixit Mariæ in ſalutatione: *Salus tecum*, legit Græcus. Hoc dixit antequam Deus ſubſtantialiter uniretur ipſi in utero: ergo ſalus illa ex parte Mariæ ſtabat. Conſtans eſt; poſteà Deus fuit unitus carni, & ſanguini Mariæ: *Creavit Dominus ſalutem*, ecce ex Divina ſalute, & ex creata, ex Deo, & ſanguine Mariæ facta eſt ſalus in utero ejus, quæ Mariæ attribuitur. Dicat iterùm Damianus: *Per ipſam, &c.*

21 Hoc ſignificatum fuit in miraculo nivis hodie patrato, velle quòd Maria ibi veneraretur, veluti Vice-Dea ſalutis; quia ita ſignificabatur proprietate nivis.

22 David dixit, quòd Deus dat nivem: *Qui dat nivem.* Nivis hæc fuit Maria: *ideſt Beatam Virginem*, ait Buſtos. Dixi jam cum Anglico eſſe proprietatem nivis, herbas malas deſtruere, & bonas nutrire. Etenim proprietas hæc eſt Mariæ, deſtruere humores damnoſos in terra animata hominis, & bonos nutrire, ut ſalutem corporalem habeat. Ideò vox evangelica uterum ejus laudat, veluti originem ſanitatis infirmi illius: *Beatus venter.* Quia ibi Deus manipulavit medicamenta efficacia, & ſervavit veluti in arca, ad ſalutem hominum. Hæc eſt anima ſymboli in ænigmate: *Aptavit Arcam ad ſalutem.*

Pſalm. 147.

Buſtos.

§. II.

23 SEcundum in ſymbolo eſt Civitas pulchra, & in linteo muri ejus hæc littera:

UVA. BHSC. BU 08453

Dabo in Sion ſalutem. Hæc Civitas eſt Maria, ſic eam vidit Joannes: *Vidi Civitatem ſanctam Hieruſalem.* Igitur eſt Civitas ad ſalutem ſpiritualem animarum, quia ipſe Deus in illa fuit collocatus, veluti ſalvator. Sic prædixit Propheta: *Urbs fortitudinis noſtræ Sion Salvator, ponetur in ea murus.* Ideò ibi promittit ſalutem omnibus, ut exprimit littera ſymboli: *Dabo in Sion ſalutem.* Cum enim Chriſtus in miraculo Evangelij talem ſalutem tribuit liberando hominem à Dęmonio: *Cum ejeciſſet Dæmonium,* laudavit Vates illa Mariam: *Beatus venter, Beata ubera* ſalutem animæ, Mariæ attribuere: *Ut innueret, &c.* Non ſolum invenitur in homine portio carnis, ſed etiam animæ, quæ eſt ſpiritus purus. Portio hæc infirmatur humoribus conceptis culpæ.

Iſaias 26.

24 Poſtquam Oſſeas dixit inundationem peccati: *Inundaverunt*, cauſam eſſe dixit infirmitatum hominum: *Propter hoc infirmabitur omnis, qui habitat in ea.* Corpus infirmatur in pœnam peccati, & anima, ut ipſius peccati ſubjectum: *Infirmata eſt virtus mea*, ajebat Pſaltes. De infirmitate animæ intellexit per culpam, ait Doctor Angelicus: *Nam reddit animam infirmam.* Non ſolum tribuit Maria ſalutem corporis, ſed etiam animæ: *Omnem naturam morbo laborantem in ſanitatem reſtituit*, ait Damaſcenus. Ideò Maria habet attributum ſpeciale Matrem miſericordiæ eſſe: *Mater miſericordiæ*, quia cum major miſericordia ſit liberare à majori miſeria, & hæc eſt infirmitas animæ per peccatum, tribuens hanc ſalutem, Mater miſericordiæ appellatur per excellentiam.

Oſſeas 4.

Pſalm. 30.

D. Tho. 1. 2. q. 81. art. 3. Damaſce. orat. 1. de Nativitat. Virg. Ex Eccleſia.

25 Ait Lucas, quòd magnificavit Deus miſericordiam ſuam cum Eliſabeth matre Baptiſtæ: *Magnificavit Dominus miſericordiam ſuam cum illa*; quia per Mariam Verbum in utero continentem, Joannem ab infirmitate animæ ſanavit, & Matrem Spiritu Sancto replevit: *Repleta eſt Spiritu Sancto.* Sed ſi ſanare à culpa medicinam infinitam exigit, & ipſum Deum, qui infirmitatem talem auferat, quomodo Maria, quæ pura creatura eſt, ſalutem animæ tribuit, tollens peccatum? Vates Evangelij dicet. Non ſolum laudat dicens: *Beatus venter, ſed Beata ubera, quæ ſuxiſti.* Fuit in totum Mater Verbi incarnati, & velu-

Lucæ 1.

UVA. BHSC. BU 08453

veluti Mater, de ipso Deo disponit, ut ejus virtute contra peccatum utatur.

26 Psaltes repetit in quodam Psalmo elogia Misericordię per exercitium: *Quoniam in æternum misericordia ejus*, & inter tot, per quæ ait celebrari debet, est unum; quia posuit Solem in potestate diei: *Solem in potestate diei*. Christus fuit Sol ille, quem posuit Deus in potestate Mariæ: *Sol enim justitiæ Christus in potestatem datus est suæ genitricis*, ait Mauritius. Non dixit Malachias, quod nasciturus erat Christus, veluti Sol: *Orietur vobis Sol justitiæ*? Igitur veluti Sol adducturus erat salutem in pennis ejus: *Sanitas in pennis ejus*; quia in duabus alis duplicis naturæ Divinæ, & humanæ, habuit Sol Christus salutem animæ. Igitur omnis hæc salus stetit in potestate Mariæ, veluti in Matre solis ipsius; quia illum concepit, & nutrivit pectoribus suis: *Solem in potestatem diei*: *Beatus venter*, *Beata ubera*.

Psalm. 135.

Maur. serm. 2. coronæ.

Malac. 4.

27 Sed per amplius est proprietas Mariæ tribuere salutem animæ. *Beata ubera, quæ suxisti.* Ubera, quæ nutrierant Christum, laudat; quia in nectare dedit Christo salutem ad sanitatem animarum ab infirmitate peccati.

28 Dixit Idiota, quòd per Mariam refunditur salus hominibus: *Per Mariam salus hominibus refunditur.* Est animæ salus, cujus medicamentum est gratia, & hæc fuit in Maria omni plenitudine, usquequo refusa est hominibus.

Idiot. lib. 6. de contemplat. c. 5.

29 Antequam incarnatio in re posita esset in utero Virginis Mariæ, dixit ei Angelus esse plenam gratiæ: *Ave gratia plena*. Plena stetit sibi; quia habuit quantam comprehendere poterat, sed refudit nobis illam gratiam, ait Bernardus: *Plena sibi, super plena nobis.* Quòd post illam plenitudinem transvertit gratia illa ad sanandum homines: *Super plena nobis.*

Bernar.

30 Notate Mysterium illius velleris Gedeonis. In solo vellere prius ros descendit: *Ros in solo vellere, & in omni terra siccitas.* Postea refusus est per universam terram: *Omnis terra rore madens.* Quod fuit? Bernardus dixit: *Cœlesti rore aream rigaturus, totum vellus prius infundit, pretium universum contulit in Mariam.* Quòd irrigaturus Deus totam naturam humanam,

Judicū, cap. 6.

UVA. BHSC. BU 08453

nam, & ſanaretur ab infirmitate culpæ, totum ſumptum, medicinamque prius conſtituit in Maria, & exindè refuſum eſt, & Chriſto mediante applicatum fuit, & applicatur hominibus infirmis: *Salus hominibus refunditur.*

31 Nunc vocem Evangelij notate: *Beatus venter.* Uterum Mariæ laudat, quia ibi medicamentum manipulatum fuit. Sed amplius: *Beata ubera*, laudat ubera; quia illa manipulatio cocta, & recocta fuit igne charitatis Mariæ, & Chriſto dedit quintam eſſentiam per ubera; ut ſanguis, quem ex Maria accepit fuiſſet pretium applicandum omni naturæ humanæ, ut à culpis ſanaretur.

Matth. 26. 32 *Hic eſt ſanguis meus, qui pro vobis effundetur in remiſſionem peccatorum*, dixit Chriſtus diſcipulis nocte cœnæ. Et ſanguis ille non fuit acceptus ex Maria in ventre, & ex uberibus? Etenim; quia lac eſt ſanguis recoctus, ait Cartagena ex ſententia Ariſtotelis. Igitur illud fuit ſiſtere in Maria totum pretium, & medicamentum animæ, & exinde refundi ad totam humanam naturam mediante Chriſto, *refunditur.*

Cartag. ex Ariſtot.

33 Nunc intelligo, quòd ait Baſilius Seleuciæ: *Maria publicum peccatoribus aperuit valetudinarium*; quòd aperuit hoſpitale publicum infirmis peccato, exhibens in Filio, quem concepit, & nutrivit ſanguine proprio medicamen, & pretium ad ſalutem animarum. Sed quod hoſpitale hoc eſt? Venite mecum ad primum caput Mathæi.

34 Refert genealogiam Chriſti, & procedit ſignans omnes aſcendentes infirmitate primi peccati dolentes per naturalem propagationem. Ideò dicit alteros genuiſſe alteros: *Genuit*, de quolibet rèpetit. Pervenit ad Mariam, & Chriſtum, ubi non eſt *genuit*, quia non fuit propagatio culpæ; ait Mariam: *De qua natus eſt Ieſus.* Notetur quomodo originatus fuit Chriſtus ex Maria? Veluti Jeſus, qui eſt ſalus: *Jeſus, ideſt ſalus.* Igitur ipſa ſalus, Chriſtus nempè originem ex Maria traxit ad congeriem infirmorum per infirmitatem culpæ; quia Maria dedit Chriſto carnem, & ſanguinem, & hic ſtillatus per ubera, ut eſſet pretium, medicamentumque, quo animæ ſanarentur. Hoc fuit hoſpitale, cui dedit medicinam, & Chriſtus

mi-

UVA. BHSC. BU 08453

miniſtravit veluti univerſalis Medicus : *Pro vobis effundetur*. Hæc in Eccleſia manſit in carne , & ſanguine ejus in Euchariſtia.

35 Anima per culpam omnem ſuam pulchritudinem deperdit? Sic plorabat Jeremias : *Quomodo obſcuratum eſt aurum ... denigrata eſt ſuper carbones facies eorum*? Igitur ad ſanandum nos , dereliquit receptam ſanguinis ſui : *Accipite hoc eſt corpus meum*. Nunc eruditus Cartagena : *Recipi ipſe nobis præcepit , cum dixit: Accipite, & alimentum nobis præbuit ſui corporis, ut recuperaret pulchritudinem , quam à Deo in gratia creatus acceperat*. Eſt remedium ad colorem faciei confectio coralis , auri , & margaritæ , vel pulvere , vel pilulis ſumptis. Sic aſſerit ipſe eruditus Scriptor. Igitur hoc tribuit Chriſtus in carne ſua , & ſanguine ad ſanitatem animæ , quæ perdidit pulchritudinem infirmitate peccati ; & totum hoc ex Maria accepit : *De qua natus eſt Jeſus*.

Thren. 4.

Cartag. tom. 1. *libr.* 9. *hom.* 20

36 Hoc ſignificare voluit miraculo nivis ; ſic prævidit Pſaltes : *Nive dealbabuntur in Selmon*. Lorinus : *In quo ij , qui nigrificarunt ſe peccatorum ſordibus , dealbabuntur*. Qui mons ille eſt ? Jam dicit: *Mons in quo beneplacitum eſt Deo habitare in eo*. Maria fuit, ex qua carnem accepit Verbum Divinum : *in corpore , quod accepit de Sancta Maria Chriſtus* , ait Lorinus.

Pſalm. 67.

Lorin.

37 Ideò vox Evangelica ventrem laudat , & ubera Mariæ , quando Chriſtus ſalutem dedit corporalem , & ſpiritualem illi homini infirmo , Mariæ attribuens : *Ut innueret , &c.* Quia in Maria manipulatum fuit medicamentum ; & ex Maria originem traxit omni humanæ naturæ,refundens per pectora in Chriſto , undè diffuſum eſt ad omnes. Hæc eſt anima ſymboli in ænigmate illius Civitatis , & quod littera exprimit : *Dabo in Sion ſalutem*. Quia in meliori Sion , Maria nempè , proviſerat Deus principium ſalutis mundi , ut ſcirent mortales remedium quærere omnis dolentiæ , corporalis , & ſpiritualis , & ſciant gratias reddere Mariæ pro ſalute, quàm accipiunt,elogijs, quæ Deo cedant in gloria,&c.

*** *** ***
*** ***

ORA,

UVA. BHSC. BU 08453

ORATIO DECIMANONA,
DE ASSUMPTIONE
B. VIRGINIS MARIÆ:

Maria optimam partem elegit. Lucæ cap. 10.

QUÆ est ista, quæ per desertum mundi ascendit properãs velut exhalatio ignis ex amaritudinibus mortalitatis, & ex omni varietate specierum sæculi? Sic hæ admirationes resonabant calamo Spiritus Sancti rubricatæ: *Cantic.* 3. *Quæ est ista, quæ ascendit per desertum, sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & universi pulveris pigmentarij?* Voces admirationis Angelorum (ait Albertus Magnus) in Assumptione Mariæ in Cœlum: *Albert. Magn. lib. 12. de laud. B. Virg. cap. 3. Apocal. 12. Vox Cœlestium virtutum stupentium de tam solemni, & admirabili Assumptione generis humani in Beata Virgine.*

2 Est illa mulier, quæ à Dracone minata, pennis induta est, & volavit ad desertum ab infœlicibus spiritibus derelictum. Melior Arca Noè est, quæ transacto diluvio mortalitatis, collocatur in monte sublime æternitatis. *Genes.* 8. Columba candida est, quæ triumphans reddit ad Arcam ipsius Dei, undè egressa est ditata gratijs. *Ibi.* Est fortior Judith, quæ Holoferne devicto, ingreditur glorioſa in Cœlesti Jerusalem. *Judith.* 15. Candidior Nubs est, quæ è mari hujus mundi ascendit ad arcem cœlestem, ut fluat rivulus gratiarum. 3. *Reg.* Est Divina Esther, quæ ascendit ad thronum melioris Assueri, ut accipiat coronam universalis Imperij. *Esther* 2. Cœlestis Bethsabet, ascendens ad Divini Salomonis Solium. 3. *Reg.* 1. Est Abigail prudentissima, quæ progreditur, ut melioris David rigores temperet. 1. *Reg.* 25. Melior Mater veri Sansonis est, quæ ascendit, ut fruatur dulcedine favi *Iudicũ* 14.

Cœ-

UVA. BHSC. BU 08453

Ibi 4. Cæleſtis. Sapientior Debora eſt, quæ ad Cedes aſcendit, ut victoriam contra Diabolum laudet.

3 Maria eſt, quæ veluti ignis exhalatio aſcendit ex charitatis incendijs, quæ accidẽs ſuę mortis fuerunt, & infirmitas, quæ vitam abſtulit, & ex omni univerſitate virtutum ad poſſeſsionem immortalis gloriæ: *Sicut virgula, &c.* Maria eſt, quæ vitam mortalem finiens, aſcendit, veluti aurora, ad diem æternum glorię initiandum: *Cantic.* 7. *Progreditur quaſi aurora conſurgens.* Cum omni plenitudine gratiæ, veluti pulchra Luna conſummata: *Pulchra ut Luna*, & veluti ſplendidus Sol electa: *Electa ut Sol*, ut ſit thronus magnificus ipſius Dei: *In Sole poſſuit Tabernaculum ſuum.* Maria eſt, quæ aſcendit, ut omnibus Civibus Cœleſtibus tribuat plenitudinem gloriæ, quam expectant videre in ſolio gloriæ ſuæ, ut habeant complementum fœlicitatis: *Pſalm.* 141. *Me expectant ſi juſti donec retribuas mihi.*

4 Tempus determinatum à Divina providentia advènit, ut Maria tranſiret è vita mortali ad æternam. Digreſſa eſt à Sancta Eccleſia cum verborum teneritudine melioris filiæ: *Igleſia Santa, y Catholica Madre, y Señora mia, Teſoro verdadero de mi Alma: Tù has ſido el conſuelo unico de mi deſtierro: Tù el refugio, y alivio de mis trabajos: Tù mi recreo, mi alegria, y mi eſperança: Tu me has conſervado en mi carrera: En Tì he vivido peregrina de mi Patria*, ait V. M. Maria de Agreda. Multa alia verba dixit Maria in elogium S. Eccleſiæ, & finivit hoc modo: *Igleſia mia, bonra, y gloria mia, yà te dexo en la vida mortal; mas en la eterna te hallarè gozoſa en aquel sèr donde ſe encierra todo. De allà te mirarè con cariño, y pediré ſiempre tus aumentos, todos tus aciertos, y progreſſos.* Sic finivit Maria cum Eccleſia loquens. *Miſtic. Civit. Dei, p. 3. lib. 8. c. 18. & 19.*

5 Teſtamentum ſuum diſpoſuit deſinens corpus ſuum terræ, Animam Deo, merita Eccleſiæ, duplicem tunicam, & manteolum, quibus utebatur, ut Joannes pauperibus tribueret. Apoſtoli convenerunt Divina diſpoſitione ex diverſis, diſtantibuſque partibus adducti. Digreſſa fuit ab omnibus. Benedictionem petivit à Petro, utì ab Eccleſiæ capite. Chriſtus deſcendit ad cubiculum innumerabili multi-

UVA. BHSC. BU 08453

titudine Civium Cœlestium, à quibus litteræ divinæ fuerunt decantatæ, & cum pervenerunt ad illa verba Canticorum: *Surge propera amica mea, &c.* Se reclinans in pauperi strato dixit: *In manus tuas Domine commendo spiritum meum*, & spiravit.

Cantic. 2.

6 Amoris accidens abstulit vitam, anima ejus sanctissima separans se è corpore Virginali, quia concursus conservans unionem suspensus fuit, & amor consumpsit humidum radicale, ex quo animæ separatio secuta est. Sepultum fuit Corpus Sacratissimum ab Apostolis, innumerabili multitudine Angelorum sociatis, in Valle Josaphat in sepulchro novo. Die tertia reunita fuit anima corpori, & resurrexit gloriosa, & corpore, animaque, fuit elevata ad gloriam, veluti ad coronam consummationis gratiæ, &c.

Optimam partem elegit Maria, &c. Lucæ c. 10.

7 POtentię inveniuntur oppositæ hodie, ut celebrent exaltationem Mariæ ad thronum Gloriæ. Devotio (ajebat Bernardus) non permittit, ut tanta gloria maneat in silentio: *De ejus gloria, nec silere devotio patitur.* Intellectus conceptum suæ elevationis efformare nequit, nec lingua narrare verbum expressivum illius gloriæ: *Nec dignum aliquid sterilis concipere cogitatio, aut inerudita potest locutio parturire.*

Bernar. serm. 4. de Assumpt.

8 Quanto magis aspirat voluntas ad hoc, ut intellectus consideret fœlicitatem Mariæ immensitati gratiæ correspondentē (ajebat Anselmus) tanto sensus deficiunt, & obmutescit lingua: *Immensitatem gratiæ, & gloriæ, & fœlicitatis tuæ considerare cupienti, (ô Virgo) sensus deficit, & lingua fatescit.* Sicut deficiunt comparationes ad explanandum Mariæ merita, & voces ad quantitatem gratiæ exprimendum (ait Ildefonsus) deficit comprehensio gloriæ ipsius: *Sicut est incomparabile, quod gessit, & inefabile quod percepit, ita est incomparabile præmium gloriæ, quod meruit.*

Anselm. de excellent. Virgin. c. 8.

Ildefon. serm. 2. de Assumpt.

9 Eam vidit Joannes veluti Civitatem descendentem,

UVA. BHSC. BU 08453

tem, ut esset thalamus Divini Verbi: *Civitatem Sanctam descendentem de Cœlo, ornatam viro suo.* Et ab Evangelio describitur hodie, ut Castellum: *Intravit Jesus in quoddam Castellum.* Quia, quæ veluti Civitas descendit, ictibus primæ culpæ resistens, fortis, ut Castellum facta fuit, ut in se ipsa Deum homo factum securum redderet. Psaltes laudat Mariam veluti Civitatem elevatam supra excelsos montes gloriæ: *Fundamenta ejus in montibus altis,* quia ejus magnitudo elogijs gloriæ laudatur: *Gloriosa dicta sunt de te Civitas Dei.*

Apocal. 21.

Luc. 10.

Ps. 86.

10 Recordor Ezechielem vidisse quendam mensurantem Civitatem, quæ erat in eminentia montis excelsi: *Ipse mensurabat eam.* Maria erat illa Civitas in Monte excelso gloriæ collocata. Mensurans, Christus erat, quia ipse solus mensurare potest elevationem Mariæ ad tam sublimem gloriam. Per mensuram enim, quam Christus facit de Maria, dimensurus sum exaltationem Virginis ad Cœlos. Hoc ænigmate declarabitur.

Ecechiel 40.

11 Sit Civitas pulchra, ubi plures Cives ostenduntur sub forma stellarum, omnibus delicijs fruentes; sed sistentes ordine superioritatis, & inferioritatis secundum quorumlibet dignitates. In parte superiori omnibus ostenditur Sol tot lucibus affluens, quòt omnibus stellis cõmunicat splendores. Immediatè ad solem ipsum sistitur Lucifer, ita luce plenus, ut omnibus excedat in maxima quantitate. Hoc totum hac littera ornatur: *Hæc est vita æterna.* Stella pulcherrima majoris magnitudinis omnibus videtur, sed illi Luciferi inferior, quæ ingrediens in illa Civitate, per omnes stellas discurrit, & transgreditur, & hæc littera: *In omni populo primatum habui.* Deinde stella illa elevatur usque ad solium, ubi Lucifer collocatus est, ibique manet stella illa, & hæc littera ostenditur: *In parte Dei hæreditas illius.* Ex Lucifero illo juxta solem constituto egreditur hæc littera ex Evangelio desumpta: *Optimam partem elegit Maria.* Hoc est ænigma, & sic declaratur.

Joann. 17.

Eccles. 24.

Ibidem.

12 Civitas est Patria Cœlestis, ubi Deus in Sole illo repręsentatus Regale Soliũ habet. Humanitas Christi per Luciferum illum expres-

UVA. BHSC. BU 08453

preſſata ſolium immediatum ad ipſum Deum habet. Beati, Angeli, nempè, & homines per ſtellas ſignificati diverſos habent thronos ſecundùm cujuslibet dignitatem, omneſque fruuntur lucibus fœlicitatis ex illo Sole Divinitatis. Totum hoc exprimitur per litteram: *Hæc eſt vita æterna.* Maria eſt Stella illa majoris magnitudinis, quæ in illa Civitate ingreditur per omnes alias diſcurrens, & fœlicitate omnium participans, principatum obtinet inter omnes: ſic explicat littera: *In omni populo primatum habui.* Hæc elevata ſuper omnes, in ſolio Filij ſui collocata fuit eadem gloria cum ipſo fruendo, ut exprimit littera: *In parte Dei hæreditas illius.* Sed quia ſolus Chriſtus menſurare poteſt gloriam Mariæ, ex illo Lucifero egreditur littera menſuram explicans: *Optimam partem elegit Maria.* Significans, quòd inter omnes puras creaturas Maria obtinet thronum majorem gloriæ. Ad diſcurſus tranſeamus.

§. I.

13 PRimum in ænigmate ad aſſumptum eſt Stella ſupremæ magnitudinis ingrediens illam Civitatem, & inter omnes diſcurrens ſe ſola participat omnibus lucibus inter omnes diſperſis, principatum inter omnes obtinens, & hæc littera ex Eccleſiaſtico: *In omni populo primatum habui.* Maria eſt Stella illa, quæ in ſua glorioſa Aſſumptione elevata fuit ad Cœleſtem Jeruſalem triumpho magnifico, omnes Cives Cœleſtes Aſſumptionem Reginæ ſuæ celebrantes in illa Curia.

14 Triumphus glorioſior Arcæ teſtamenti fuit ille, quem celebravit Salomon. Vocavit omnes ſtatus, Principes militiæ, Majores, & Capita familiarum, ut adduceretur Arca. Et ubi tulerunt illam? Textus dicit: *Tulerunt Arcam in locum ſuum ad oraculum Templi in Sancta-Sanctorum.* Omnium muſica celebratus eſt: *Cunctis pariter, & tubis, & voce, & cymbalis, & organis, & diverſi generis muſicorum concinentibus.* 2. Paralipo 5. Tunc Templum Dei repletum eſt gloria: *Adimpleverat enim gloria Domini Templum Dei.*

15 Hic triumphus umbra fuit majeſtatis, qua melior Arca Maria elevata fuit ad Templum gloriæ jubilo, & acclamatione Hierarchiarum omnium. Quælibet ef-

for-

UVA. BHSC. BU 08453

formavit chorum ad solemnitatem: *Hodie Beatam Virginem Cœli susceperunt lætando, Angeli gaudendo, Archangeli jubilando, Throni exultando, Dominationes psalendo, Principatus armonicando, Potestates citharizando, Cherubim, & Seraphim hymnizando*, ait Gerardus. Hæc dies fuit in qua Jerusalem Cœlestis omni gloria fuit plena: *Compleverat gloria Domini domum Dei.* Ipse Christus suæ gloriæ habuit complementum: *Non satis glorificatus videbatur mihi, donec tu glorificeris*, ait Gauricus in persona Christi. Angeli fœlicitatem suam auxerunt hac die: *Fœlix dies in qua Virgo Virginum assumitur, paradysus deliciarum, Angelorum gloria ad Regalis solij celsitudinem sublimatur*, ait Hugo. Cœlum totum, ejusque cives nova gloria illustrati fuerunt: *Cœlum ipsum, quod penetrasti, necnon cuncta, quæ in eo sunt nova, & ineffabili gloria decorasti*, dixit Anselmus. Sed ex quo tanta lætitia, & gloria in Civibus Cœlestibus? Per illud, quod littera ænigmatis exprimit: *In omni populo primatum habuit.* Quia Maria fuit principalior Beata omnis puræ creaturæ, in ipsa contenta mirabili modo gloria omnium.

Gerard. in Nativit. Virg.

Gauric.

Hugo Victori.

Anselm.

16 Indubitabile est, quòd gradus gloriæ in beatis correspondent gradibus meriti, & dignitatis, quam habuerunt in Ecclesia Militante, & quòd inter illos est differentia majoris, & minoris gloriæ. Sic expressit Paulus ad Corinthios. Anotomiam corporis Ecclesiæ Militantis facit, dicens, multis membris constare: *Corpus non est unum membrum, sed multa.* Quæ (ait) esse fideles: *Vos estis Corpus Christi, & membra de membro.* Sed quodlibet ab alio distinctum in exercitio, & dignitate: *Quosdam Apostolos, Doctores, Prophetas, Virtutes, &c.* Hæc enim diversitas officiorum habet splendores diversos meritorum, sicut stellæ, & Planetæ firmamenti: *Alia est claritas Solis, alia claritas Lunæ, alia claritas Stellarum.* Et hæc ipsa differentia erit in beatitudine, ait Paulus: *Sicut Stella differt ab Stella in claritate, sic, & resurrectio mortuorum.*

1. Corinth. 12.

Ibi cap. 15.

17 Hæc enim varietas graduum gloriæ, quæ divisa est in omnibus Beatis, fuit unita in Maria, in illa omnes splendores omnium adunati,

UVA. BHSC. BU 08453

ita, ut in omni choro Beatorum principatum obtineret.

18 Mirabile vidit Joannes in Cœlo: *Signum magnum apparuit in Cœlo.* Mulierem, cui Stellæ, Luna, & Sol ornamentum erant: *Mulier amicta Sole, Luna sub pedibus ejus, & in capite ejus corona Stellarum.* Et non est hæc differentia claritatum, quibus Apostolus explicavit merita diversa Ecclesiæ Militantis, & gradus gloriæ Triumphantis? Ex textu constat. Igitur omnis illa varietas gloriæ visa est in Maria unita, fluens hæc pura creatura omni fœlicitate omnium Beatorum. *Apocal. 12.*

19 Sed notate textum. In Cœlo (ait Joannes) vidisse Mariam illa varietate luminum ornatam: *In Cœlo,* quòd, *Draco stetit ante mulierem, & persecutus est eam.* Jam contradictio advertitur. Maria in Cœlo omni varietate splendorum ornata, est esse glorioſam, Beatamque. Maria in bello cum Dracone est esse in via, & in Ecclesia Militante; igitur quomodo adunantur de fatigationes pugnæ cum fœlicitatibus gaudij, & possessione coronæ? Quod intelligo, dicam.

20 Maria Joanni repræsentata est in utroque statu, Viatoris, & Comprehensoris: in statu Viatoris in pugna, & in Ecclesia Militante, cum omni perfectione vitæ activæ operans, & vitæ contemplativæ, hac duplici ala ad omnes status perfectionis volans: *Datæ sunt mulieri duæ alæ Aquilæ magnæ, ut volaret.* In statu Comprehensoris cũ omni claritate, & splendoribus, qui sunt dispersi inter stellas omnium Beatorum, claritate Solis: *Amicta Sole,* claritate Lunæ: *Luna sub pedibus ejus,* & Stellarum: *Corona Stellarum.*

21 Maria in statu Viatoris comprehendit merita omnium Angelorum, & hominum excellentia superioritatis ad omnes, & cum elevata fuit ad statum Comprehensoris, possessionem soliorum, gloriæque omnium sumpsit: *In plenitudine Sanctorum detentio mea,* ait per Ecclesiasticum. Sed cum excelluit omnes usque ad supremum gradum meriti, ad quod potuit pura creatura ascendere, in omnibus, & in qualibet Hierarchiarum *habuit* principatum gloriæ: *In omni populo principatum habui.* *Eccles. 24.*

22 Nunc intelligo mensuram, quam Christus facit in

UVA. BHSC. BU 08453

in Evangelio de gloria Virginis Mariæ. Ait, quòd meliorem partem elegit: *Optimam partem elegit Maria.* Hoc fuit, quia ex quo comprehendit excellentiora omnium in merito, obtinuit omnes gradus gloriæ omnium Comprehensorum, & excelluit omnes. Textu declarabo hoc.

Exod. 25. 23 Ait Exodus, quòd omnes filij Israel dedère, & quilibet pretiosius supelletilium ad formationem Tabernaculi: alius hyacinthum, aurum, alius, alter argentum, & quilibet quod melius habebat proprium, & ex hac varietate efformatum est illud tam mirabile Tabernaculum. In illo Tabernaculo, Maria figurabatur, ait Gregorius Nisenus. Sic eam appellavit Angelus in Apocalypsi, cum in Ecclesia Militante eam consideravit: *Ecce Tabernaculum Dei cum hominibus.* Maria elegit in Ecclesia Militante excellentius perfectionis omnium, & cujuslibet Angelorum, & hominum. Ideò cum ad Ecclesiam Triumphantem ascendit, tributum fuit Mariæ ex omnibus, & quolibet beatorum excellentius gloriæ, & formata est Tabernaculum Beatitudinis suprà omnes: *In omni populo primatũ habuit.*

Nisenus

24 Nonne hoc fuit, in quo sterit primitas, & principatus gloriæ Mariæ, & melior pars omnium Beatorum? Sic videtur; sed dico in aliud majoris excellentiæ elevatio hæc, & principatus Marianæ gloriæ stetit.

25 Dixit S. Ephrem Mariam excedere Choros Beatorum absque comparatione, & quòd corona est omnium: *Nulla comparatione omnibus superis Exercitibus glorioſior præstantissimum orbis terræ miraculum, omnium Sanctorum corona ob fulgorem inassessa.* Eruditus Cartagena ait, quòd comparata gloria Virginis Mariæ gloriæ omnium beatorum simul sumptæ, gloria Mariæ transcendit magna distantia: *Beatitudo Virginis comparata ad beatitudinem omnium quotquot Deo fruuntur in unum acervum collecta, longo perfectionis intervallo transcendit.*

S. Eph. Orat. de laudib. Virgin.

Cartag. Marial, tom. 2. lib. 14. hom. 9.

26 Nunc hoc argumentum sic efformo ratione. Gloria Mariæ excedit omnem Beatorum, in unum consideratam, si gloria Mariæ esset solùm ex excellentiori, quàm fruuntur omnes, & singuli Beatorum, quamvis quemlibet excederet, non tamen omnes unitos.

UVA. BHSC. BU 08453

tos. Quia non posideret majorem gloriam Maria, quam quæ in omnibus inveniebatur: ergo excessus, & principatus gloriæ Mariæ in omnibus Beatis non habetur per gloriam, quam posidet Maria ex omnibus Beatis. Illatio est convincens; quia ad summum, Maria mansisset æquipolens omnibus, non amplius habens, quam ipsi. Undè ergo habet superabundantiam? Dico, quòd ex omnibus, & ex quolibet ex choris Cœlestibus; sed non solum ex beatitudine, quam possident, sed ex majoribus gradibus, quos non habent, & possent habere. Conceptum hunc declaro.

27 Cuicumque ex hierarchijs pertinere debet supremum perfectionis in merito, ad quod pervenire potest quilibet uti pura creatura, & per quod deberetur gradus supremus beatitudinis. Hæc veritas constans est; quia cum infinita non sit, gradum determinatum debet habere mereri, & frui. Nullus Angelorum, hominumque hunc gradum supremum habuit, ad quem pervenire potuit pura creatura in aliqua ex hierarchijs: ergo nec supremum gradum beatitudinis aliqua ex puris creaturis acquisivit. Sola Maria tetigit perfectionem, supremumque gradum merendi, quem potuit creatura pura in omnibus hierarchijs; igitur cum excelluit omnes, & apicem supremum in merito tetigit; supremus gradus præmij datus fuit Mariæ, qui cuilibet hierarchiæ correspondebat. Cum enim nullus alius Beatorum ad possessionem hujus supremi gradus pervenit; ideò gloria Mariæ transcendit gloriam omnium distantia magna: *Longo perfectionis intervallo transcendit.* Ideò corona omnium est: *Omnium Sanctorum corona.* Ideò habet principatum gloriæ in omnibus, & qualibet ex hierarchijs: *In omni populo primatum habuit.* *Eccles.* 24.

28 Audiamus Mariam in Ecclesiastico: *In plenitudine Sanctorum detentio mea,* ait, quòd requiem quæsivit in omnibus hierarchijs: *In omnibus requiem quæsivi;* quia habuit meritum omnium. Sed ait, quòd ejus detentio in plenitudine Sanctorum fuit. Plenitudo numerum, & perfectionem dicit, numerum omnium, & ultimam cujuslibet perfectionem. Igitur cum Maria omnium habuit meritum, supremumque apicem

UVA. BHSC. BU 08453

cem perfectionis, quem quilibet habere potuit, gradum ſupremum glorię habuit correſpondentem, plenitudinemque dedit omnibus, & ſingulis Hierarchijs,& in hac plenitudine requiem habuit: *In plenitudine, &c.* Hoc fuit habere Maria gloriæ principatum in omnibus: *In omni populo primatum habui.* Et hæc eſt menſura, quam Chriſtus facit magnitudinis gloriæ Mariæ Virginis, dum ait meliorem partem elegiſſe: *Optimam partem elegit Maria.*

§. II.

29 SEcundum in ænigmate eſt elevatio illius ſtellæ fulgidæ, & in throno illius fulgentis Luziferi collocatio, ubi hæc littera Eccleſiaſtici legitur: *In parte Dei mei hæreditas illius.* Dixi eſſe Mariam ſtellam in ejus Aſſumptione, quæ prius diſcurrit inter omnes ſtellas inferioris, quia gloriam omnis hierarchiæ poſsidet,principatum omnium obtinens. Nunc oſtenditur Maria elevata ad thronum filij ejus,ad partem gloriæ ipſius Dei ingrediens, ut exprimit littera: *In parte Dei mei hæreditas illius.* Ideò Chriſtus in Evangelio menſurat elevationem hanc tanquam excellentiorem: *Optimam partem elegit Maria*,quia quamvis principatum gloriæ Mariæ melior pars eſt comparativè ad omnes Beatos,elevatio ad thronum filij, & partem gloriæ Dei melior principatu illo eſt.

30 Rationem reddo. Maxima in Philoſophia eſt, *quod infimum ſupremi excedit ſupremum infimi.* Gloria Dei ſuprema eſt ad gloriam omnium, ſupremuſque gradus gloriæ omnium eſt principatus Mariæ inter omnes: ergo infimum gloriæ Dei principatum illum excedit. Si ergo Maria intravit in partem gloriæ Dei, pars ipſa melior eſt, & optimè intelligitur menſura, quam facit Chriſtus de illa elevatione, veluti de meliori parte: *Optimam partem.* Ad illam elevationem in throno filij ſui conſiderandam, tranſeo.

31 Dixi jam cum Alberto Magno admirationes illas Cœleſtium ſpirituum fuiſſe in Mariæ Aſſumptione: *Vox Cœleſtium ſpirituum ſtupentium de tam ſolemni, & admirabili Aſſumptione generis humani in Beata Virgine.* Fuit enim de exaltatione naturæ humanæ ſuper omnes ſpiritus, ait Ber-

UVA. BHSC. BU 08453

Bernar. ſerm.4. de Aſſumpt.

nardus: *Hominis ſola natura ſupra immortales ſpiritus exaltatur in Virgine.* Sed ex quo admiratio illa, cum antea vidiſſent naturam humanam in Chriſto exaltatam? Sic fides docet, exprimiturque à Leone Papa: *Super omnium creaturarum Cœleſtium dignitatem humani generis natura conſcenderet.* Cur ergo admirantur de Aſſumptione Mariæ, & non de elevatione Chriſti? Quia in Chriſto natura humana unita erat perſonæ Divinæ, & cum hæc omnes alias excedit diſtantia infinita, non tanta admiratione viſa fuit. In Maria enim erat perſona creata, & ſic admirari debuit talis elevatio. In Chriſto ſola natura humana habuit exaltationem, in Maria natura, & perſona creata elevatæ fuerunt uſque ad thronum Chriſti, ad partem gloriæ Dei ingrediens: *In parte Dei mei, &c.*

S. Leo ſerm. de Aſcenſ. Chriſti.

32 Arcam Teſtamenti eſſe figuram Mariæ dixi, & quod triumphus, quo in Templum ducebatur, præſignavit glorioſam Aſſumptionem ejus, quando ad Templum gloriæ aſcendit. Sed ubi collocata eſt arca illa figurativa? Textus dicit: *In locum ſuum*, qui locus Sanctorum-Sanctorum fuit: *Ideſt ad oraculum Templi in Sancta-Sanctorum.* Hic locus erat dignior, & ſacratior, & ubi Deus aſsiſtebat, veluti in throno proprio. Igitur hic locus fuit thronus ubi Maria aſcendit, ipſum Chriſti thronum: Ibi collocata fuit myſtica illa arca omnibus gradibus gloriæ, quos habuit in principatu omnium beatorum, ſedet in throno ita elevato, ut ipſius Dei.

Pſ. 44.

33 Pſaltes contemplavit Mariam ad dexteram ſupremi regis, veluti Reginam in ſolio ſui imperij: *Aſtitit Regina à dextris tuis*; ſed pulchritudine, & varietate colorum, & pretioſitatum: *Circundata varietate*, diverſis ornamentis ornata: *Circumamicta, & variegata*, legunt Septuaginta. Varijs expreſsionibus in veſte: *In veſtibus diverſarum figurarum*, Caldeus legit. In veſte ſcutis efformatis: *In ſcutullatis*, ait Hieronymus. Hæc varietas verſionum, eſt major laudatio myſterij. Collocabatur ad dexteram ſupremi Regis varietate figurarum, & ſymbolorum in tot ſcutis, quot exprimebantur præmia. In ſcutis enim inſcribuntur trophæa facinorum. Maria operata eſt perfectius cujuſlibet

UVA. BHSC. BU 08453

libet throni Ecclesiæ Militantis, & triumphantis: gradus supremos gloriæ accepit: & ut omnes Beati eam agnoscerent in throno Dei thropheis, & suprema perfectione omnium, in varia scuta fuerunt gravata splendoribus gloriæ: *Circundata varietate.* Ostendebatur in scuto uno, candor Virginum; in alio, viola Confessorum: in alio, flos rubicundus Martirum, & sic omnium ordinum usque ad supremum sculpta erant trophæa; sed quòdlibet elevatione supremæ excellentiæ ad dexteram supremi regis: *Astitit Regina, &c.* Ueluti in proprio loco: *Ad locum suum, in Sancta Sanctorum.*

34 Ait textus quòd locus, ubi arca collocata est, propius locus illius erat: *Ad locum suum.* Ubi dificultas proponitur. Si locus proprius Dei erat, & Maria figurabatur in arca, quomodo proprius Mariæ thronus Dei? Sed ideò, quia proprius Dei, proprium Mariæ erat ingredi ad partem throni illius.

35 Paulum legamus in Epistola ad Hebreos, ut hoc ius intelligatur. Ait quòd Xptus fruitur throno gloriæ ad dexteram Patris: *Sedet ad dexteram majestatis in excelsis.* Scit Theologus intelligi de Humanitate Christi, quia Divinitas eumdem thronum cum Patre habet absque differentia. Rationem reddit Paulus illius pensionis, & ait quòd excelluit Angelos tantum, quantum hæreditavit ius superius ad illos: *Tanto melior Angelis factus, quanto differentius præ illis nomen hæreditavit. Cui enim dixit Angelorum filius meus es tu, ego hodie genui te.* Qòd fruit Christus dextera Patris in gloria, fuit jure hæreditatis, in esse filij fundatæ, & per hoc ius proprium fuit Christi thronus ille, sic infertur ex Paulo. Igitur affirmat textus, in figura arcæ de Maria, collocatam fuisse in Sancta Sanctorum, ubi thronus Dei sistebat, veluti in proprio loco Mariæ, quia si Mater naturalis ius habet ad bona filij, & Maria sola fuit proprietate omni, Mater Christi, per titulum istum habet ius ad thronum, veluti ejus filius. Sed adhuc magis fundatum, hoc ius invenio.

Hebr. 1.

36 Christus habet pro throno dexteram Patris in gloria: *Sedet ad dexteram hæreditavit, &c.* Hoc ius fundatum est in filiatione: *Filius meus es tu*, quia Pa-

UVA. BHSC. BU 08453

ter tribuit esse, & veluti Filius habuit illud ius ad thronum Dei. Igitur per ipsummet, ius fuit Maria elevata ad thronum Dei, & ad partem gloriæ, veluti ad proprium locum.

37 Per Ecclesiasticum ait ipsam solam perfeciſſe circulum Cœli: *Gyrum Cœli circuivi sola*; sed quomodo? Ait enim, quòd accepit esse ab ipso Deo: *Ego ex ore altissimi prodivi.* Quòd, veluti filia, illud esse accepit: *Primogenita.* Igitur, si à Deo, veluti filia egressa est, dum ad Deum reddit, gyrum perfectum facit, quia devians ad carnem mortalem, ad locum ipsum, unde exivit reddidit, ut ad principium, & originem: *Gyrum Cœli circuivi*, ut frueretur eadem gloria, qua filius. Vt comprehendat majorem felicitatem omnibus alijs Beatis, propter majorem inmediationem, & communicationem ipsius Dei.

Eccle-siastic. 24.

38 Nunc intelligo, quòd ipsa ait ibidem: *Factus est mihi trames abundans, & fluvius apropinquabit ad mare.* Deum feciſſe transitum sui ipsius ad Mariam, & quòd cum ipsa sit fluvius Deo aproximatus, fuit veluti mare. Fuit significare

Ibi.

quòd in Assumptione ad thronum gloriæ, Deus transitum sui ipsius fecit, hoc est ipsius met gloriæ, ut Maria, si non haberet in totum ipsius Dei gloriam, possideret in parte modo peculiari omnibus Beatis super excedenti, gloria Dei participans.

39 In Sponsi persona vocat Ecclesia Sponsam ad gaudia gloriæ, ut exipsa thronum faciat: *Veni electa mea, & ponam in te thronum meum.* Guarricus intelligit hanc vocationem Dei ad Mariam in thronum gloriæ, aitque, quòd expressit majorem excellẽtiam gloriæ Mariæ, eam vocans, ut thronus ipsius esset: *Non potuit signantius, aut elegantius describi prærrogativa gloriæ eius, quam, & thronus Dei regnantis diceretur.* Sed quomodo major gloria Mariæ exprimitur thronus Dei sistens? Dicit ipse: Quia cum thronus personam comprehendit, & majestatem occupãtis. Sistente Maria throno ipsius Dei, ipsa sola inter omnes puras creaturas comprehendit Deũ in gloria modo super excellentiori: *Ut majestate regnantis eo fœlicius, quo familiarius in te contineas, & specialius præ cæteris in-*

Guarr. serm. 1. Assump

com-

UVA. BHSC. BU 08453

comprehensibilem comprehendas.

40 Hoc fuit transire gloria Dei in Mariam: *Factus est mihi trames abundans*, & Maria frui immediate gloria Dei simul cum filio: *Fluvius meus appropinquavit ad mare.* Et hoc fuit Mariam elevari in Assumptione non solum ad principatum omnis Hierarchiæ: *In omni populo primatum habuit.* Sed habere partem in gloria Dei, veluti in propria hæreditate: *In parte Dei hæreditas illius.* Ideo Christus metiens hunc thronum, ait, quòd elegit partem meliorem: *Optimam partem elegit Maria.* Quia excelluit omnes Hierarchias gloriæ in principatu, & hunc principatum in throno Dei, ubi per æternitatem gloriæ regnat, &c.

ORATIO VIGESIMA,

DE ANNUNTIATIONE B. VIRGINIS MARIÆ

TITULO DE LA RIBERA.

Concipies, & paries:: Spiritus Sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Luc. c. 1.

1 JAm non habebit Deus motivum ad illam querelam de populo suo. Deus per Jeremiam conquerebatur suorum malorum populi sui: *Duo mala fecit populus meus.* Aquas purissimas non quærere, unum erat, & fodere cisternas, ubi aquæ puræ non inveniebantur: *Me derelinquerunt fontem aquæ vivæ, foderunt sibi cisternas, quæ continere non valent aquas.* Magna cœcitas populi illius, potuit bene Deus Cœlis præcipere, quòd obstupescerent intuitu tantæ malitiæ: *Obstupescite Cœli super hoc.* Ho-

Gerem. 2.

UVA. BHSC. BV 08453

2 Hodie Dei desideria adimplentur, & spretum illius deletur, quia non quærunrur aquæ in cisternis dissipatis, sed in puteo aquarum viventium, nempè Mariæ: *Puteus aquarum viventium.* In fonte, cujus fluctibus irrigatur hortus Ecclesiæ: *Fons hortorum.* In puteo, non sicut ille, ubi pecudes Rachelis biberunt, difficilis ad modum ut aperiretur ad hauriendas aquas; sed in puteo, qui fons est offerens aquas volentibus sitim cordium satiare: *Erit fons patens*, ait Zacharias; & plusquam fons, Maria fluvius copiosus aquarum viventium est.

Cantic. 4.

Zachar. 13.

3 Hæc est differentia fontis à fluvio. Fons verum est, quòd aquas offert, & effundit in canali, sed non effundit omnes; aquas tribuit, & servat aquas. Fluvius omnes aquas fluentes habet, quia omnes fluunt cursu veloci, ut communicentur. Igitur Maria non solum fons est aquas offerens, etiam est fluvius abundans, qui absque detentione aliquarum omnes fluunt, ut animas, & corpora irrigent. Fons est, quia semper continet aquas gratiarum, & donorum; & est fluvius, quia desinit omnes fluere, absque detentione aliquarum, nec communicentur.

4 Has aquas quærunt fideles in fluvio Mariano, & si ad complacendum Desiderijs Dei sunt, qui vocat ad fluentes aquas suorum donorum: *Omnes sitientes, venite ad aquas*, sunt, ubi fideles plus ditantur.

5 Esdras habuit somnium mysterioſum. Virum videt, qui post destructionem multorum ab ipso factam, alterum vocavit populum pacificum: *Vidi illum hominem vocantem ad se multitudinem aliam pacificam.* Qualis populus ille est? Dicit ille: *Ipsi sibi dederunt consilium, ut proficiscerentur in ulteriorem regionem, ubi numquam inhabitavit genus humanum.* Concordes adinventi sunt ad iter faciendum in desertum. Ibi ducti sunt per semitas fluminis: *Per introitus fluminis Euphraten introjerunt.* Ibi fluctus aquarum provisit ad peregrinandum: *Statuit eis Altissimus venas fluminis usque quo transirent.* Ideo populum illum pacificum vocavit: *Propter hoc vidit multitudinem cum pace.* Videtur expressio illius, quòd

Esdr. l. 4. c. 13.

Joannes

UVA. BHSC. BU 08453

Joannes in Apocalypsi vidit. Mulierem illam, quæ prægnans, Mariam figurabat habentem Verbum Incarnatum in utero, & cui bellum fecit Draco ille horribilis cum sequacibus, quos projecit ad æternam perditionem, & vir ille, qui productus fuit in lucem, vixit inter populum hominum, ubi invenit cultum, adorationem, & fidem, ut quærerent homines Divinam Misericordiam in fluctibus Mariæ, & in fluvio gratiæ, &c.

AVE MARIA.

Concipies, & Paries, &c. Lucæ 1.

6 CUm Maria sit compendium gratiarum, donorum, mysteriorumque, quæ Divina omnipotentia operata fuit in illa: ideo iam Divinæ litteræ, iam Sancti Patres, jamque fidelium devotio laudant varietate denominationum. Sed dum innumerabiles sint, quæ illi tribuantur, adhuc non sufficiunt tot ad ejus excellentiam celebrandam. Hodie veneratur titulo de Ribera, & magis est proprietas, quam devota appellatio, hunc titulum Mariæ tribuere.

7 Duplicem respectum dicunt fluenta rivuli, seu fluminis, & hunc ipsum invenio in fluentibus gratiarum, & excellentiarum Mariæ. Fluenta fluminis dicunt unum respectum ad originem, à qua adveniunt, & rivulum integrant, & alium respectum ad terminum, ad quem fluenta aquarum dirigunt in beneficium terræ, & arborum, herbarumque.

8 Hunc duplicem respectum dicunt fluenta gratiarum rivuli mystici, nempè Mariæ: ad origenem, à qua proveniunt, & ad communicationem ipsorum in hominum beneficium. Vterque exprimitur in Sacro Evangelio, ad cujus assumptam ænigma constituitur.

9 Sit rivulus copiosus, & abundans aquarum fluentium, quæ puræ, & omnibus qualitatibus, quibus constituuntur meliores omnibus, quæ originem habent ex fonte redundante plenitudine inmensa, ubi cujusdam majestatis solium ostenditur, & hac littera Apocalypsis ornatur: *Fluvius aquæ vivæ, procedens de sede Dei.* Aquæ fluvij ipsius præcipites fluant ad irri-

Apocal. 22.

UVA. BHSC. BU 08453

irrigandum omnem diversitatem terræ, & fecundandum ad herbas, plantas, flores, & fructus universos, ubi hæc littera ex Ioanne desumpta videtur: *De plenitudine eius omnes accipiunt*.

10 Maria est Riuulus ille, seu fluvius abundans, cujus aquæ gratiarum originem habent ex fonte immensitatis ipsius Dei, & hoc ex primit littera: *fluvius aquæ vivæ*, est que primus respectus hujus mistici fluvij. Illas aquas communicari omnibus agris in universum, est significare participare Mariam omni abundantia omnibus fluenta gratiarum, ut irrigatione fecundentur. Sic littera exprimitur: *De plenitudine, &c.* qui est secundus respectus Rivuli Mariani.

§. I.

11 PRimum in ænigmate est Rivulus abundans aquis purisimis, originem trahentibus ex fonte immensæ magnitudinis, ubi solum habet Deitas, & hæc littera ex Apocalypsi desumpta: *Fluvius aquæ vivæ procedens de sede Dei.* Maria est fluvius ille abundans, cujus aquæ ex ipso Deo originantur, & est primus respectus, quem dicit mysticus hic fluvius. Hunc respectum exprimit Evangelium, & ordinem, quem Maria dicit ad originem illam Divinam. Angelus laudat Mariam plenam gratia: *Gratia plena*, quia repletur ipso Deo: *Dominus tecum*, & exprimens originem majorum bonorum, ait ille, quòd ex Deo ventura sunt ipsi: *Spiritus Sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi.* Etenim origo gratiarum, & donorum, quæ replent fluvium Mariæ, est fons totius Trinitatis. Sed in hoc, quid excellentiæ, aut novitatis est, cum Deus sit origo omnium rerum ad extra? Dixit Iacobus: *Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est descendens à Patre luminum.* Indubitabile est enim Deum esse principium omnium donorum, & omnis esse creaturarum, sed omnia fluenta, quæ in omnibus dispersa sunt, communicavit, & dedit Mariæ. *Iacob. 1.*

12 In mundi principio divisæ inveniebantur aquæ in superficie terræ diversis in locis, volensque Deus fieri epilogum, centrumque omnium, eas precepit in locum unum congregari: *Congregentur aquæ in locum.* Hic *Geneſ. 2.*

lo-

UVA. BHSC. BU 08453

locus Virgo Maria fuit, & S. Antoninus dixit: *Scilicèt in animam Virginis.* Ideò aquas congregatas appellavit Maria, quòd est Mariæ expressa significatio: *Congregationes aquarum appellavit Maria.* Totum pectus divitiarum Dei prodijt in Mariam omni plenitudine gratiæ, & excellentiæ, in cæteris creaturis per partes, & detentæ, sed in Maria omnium fluctuum ictus.

S. Antonin. 4. p. lib. 15. c. 4. §. 2

13 Hoc considerabat Psaltes, cum inspiciebat omnem cursum Divinæ participationis sub metaphora fluvij impetuosi redundantis in Maria, quam veluti Civitatem videbat: *Fluminis impetus lætificat Civitatem Dei.* Fuit impetus gratiarum, & donorum, quivus ditabit quam Tabernaculum ipsius Dei præparabat: *Sanctificavit Tabernaculum suũ Altissimus.* Sed illa participatio fuit cursu impetuoso illius flavij Divini: *Fluminis impetus*, omnium gratiarum, quibus extra se egrediens fluvius ille Divinus, Civitatem, nempè Mariam inundavit, lætificavit, & fecundavit: *Gratiarum suarum exundanti flumine, undique circumdedit, irrigavit, lætificavit, ait Claudius.*

Ps. 45.

Claud. Rupina serm. 2. de Concep.

14 Fluvius vivarum, & multarum aquarũ egrediens ex throno Dei fuit ostensus Joanni: *Ostendit mihi fluvium aquæ vivæ procedentem de sede Dei, & Agni*: S. Getrudis vidit Choros Angelicos in Cœlo salutationem canentes, & quòd ex throno Trinitatis egrediebantur tria flumina inundantia cor Virginis Mariæ. Hic fluvius fuit Joanni ostensus, qui impetuoso cursu inundavit Mariam communicatione gratiarum, & donorum.

Apocal. 22.

Lib. 4. c. 12.

15 Deus habebat veluti stagnata fluenta sua. Solum guttulis trãsvertebantur ad alias creaturas, quia nulla inveniebatur capax recipiendi omnia fluenta, & cum Maria excelluit omnes creaturas, nempè Angelos, & homines, habuit capacitatem ad recipiendum omnia fluenta. Vel dicemus, quòd cum prima creatura fuit, quæ communicationem donorum, & gratiarum recepit ex illo immenso fonte Deitatis; ideò participavit plenum totum donorum. Christus fuit primus decretatus inter omnia ad extra. Postea prima pura creatura fuit Beata Virgo Maria idæata, & decretata, veluti mater, quæ futura

erat

UVA. BHSC. BU 08453

erat humanitatis, quæ Verbo Divino unienda erat. Igitur hic prodijt totus impetus Divinitatis, quia impetus gratiarum, & donorum in illa capacitate devenit, & in illa dignitate, ad quam erat decretata.

16 Quòd prima pura creatura esset, ipsa dicit per Spiritum Sanctum: *Ego ex ore Altissimi prodivi primogenita ante omnem creaturam.* Et tænte capacitatis, quòd totum Cœlum, terramque comprehendit: *Gyrum Cœli circuivi sola, & profundum abissi penetravi.* Ideò omnia fluenta accepit in impetu fluminis Sanctissimæ Trinitatis: *Fluminis impetus, &c.* Sed notari debet, quòd cum in Deo est plenitudo virtutis, & efficacitas ad diversa communicandum, & in lineis gratiarum distinctis, omnes, quot potuit, participavit Mariæ origo Divinæ Omnipotentiæ.

Eccles. 24.

17 Accessit legatus Cœlestis nempè Angelus, qui eam salutans dixit: *Ave gratia plena.* Igitur si Maria habebat plenitudinem gratiæ, vacuitas non inveniebatur in ea, ubi de novo fluenta advenirent? Sic videtur, quia plenitudo (si cum propietate est) vacuitatem negat. Hoc verum est; sed comparata capacitate ad diversa. Maria plena gratia erat: *Gratia plena.* Sed hæc fluenta limitata erant, & quamvis plenitudinem illorum habebat, quia omnia habebat, capacitas restabat ad alia majora incomparabiliter, nempè ad ipsum Deum in substantia.

18 Plenam esse gratia (ait Angelus) *gratia plena.* Sed adhuc habes vacuitatem (ait Gabriel) ad plus amplius accipere: *Ecce concipies.* Et ipsum Deum, quia Unigenitus Patris humanæ naturæ uniendus est in utero tuo, & qui ex te nasciturus est, vocabitur filius Altissimi: *Vocabitur Altissimi filius.* Hoc fuit habere Mariam capacitatem ad recipere fluenta infinita, quæ comprehendere non potuerunt Cœlorum spatia: *Quem Cœli capere non poterant tuo gremio contulisti.* Igitur Divina omnipotentia effudit in Maria omnia fluenta gratiæ limitatæ, eam plenitudine omnium relinquens: *Gratia plena*, sed habuit capacitatem ad fluenta infinita.

19 Nunc scire desidero, si Maria capacitatem hanc habuit, quia Divina Om-

UVA. BHSC. BU 08453

Omnipotentia tribuit, vel ex se ipsa habuit sphæram ita amplam? Constans veritas est, quòd habuit; quia Altissimus tribuit, ex quo liberè elegit eam ad esse Matrem Dei, & sumptum dignitatis posuit; sed etiam est certum, quòd ad executionem mysterij Maria se disposuit, ex se operans auxilijs gratiæ, ut magis capax esset recipiendi fluenta infinita esse Dei.

20 Mariæ obtulit legatus Cœlestis supremam dignitatem Matris Dei, & sic indigna consideravit se Maria dignitatis, quòd esse ancillam Dei confessa est: *Ecce ancilla Domini.* In propria æstimatione posita fuit in longiori statu respectu dignitatis, & hoc fecit esse capacem recipiendi tot fluenta.

21 Fons Mardocheo repręsentatus fuit in somnio, qui ex parvitate, & limitatione ascendit ad flavium copiosum, & ad redundantiam aquarum: *Fons parvus, qui crevit in fluvium, & in aquas plurimas redundavit.* Suę parvitatis descensus tribuerunt illi spatia tot fluctuum. Fons ille fuit figura Esther, quæ ex humilitate ascendit in thronum. Si enim Esther fiugra fuit Mariæ, fuit significare mysterium ascensus Mariæ ad capacitatem dignitatis Matris Dei ex descensu suæ existimationis. Rationem reddam hujus majoris capacitatis in Maria ex sua majori humiliatione.

Esther 10.

22 Duo extrema infinitatis inter se distantia confiteri debemus. Unum positivum, negativum aliud. Positivum est Deus, ubi omnes perfectiones infinito gradu reperiuntur, & infinito esse, quin intellectus perspicatior finem invenire possit in illo Divino esse, nec divinis perfectionibus. Infinitum negativum ipsum nihil est, & est hoc modo infinitum, quia negat omne, & usque ad infinitum positivum. Ex quo infertur habere hoc infinitum vacuitatem infiniti esse, vacuitatemque, & capacitatem recipiendi quantum habet vacuitatis. Igitur quantum aliqua res magis accesserit huic extremo nihileitatis, magis vacuitatis habebit, & capacitatis. Cum enim Maria in sui æstimatione posita fuit in statu ancillæ, maximè à dignitate Matris Dei, distanti, & ipsi nihileitati proximo, tantum magis vacuitatis habuit, & capacitatis ad recipiendum totum Deũ, & attrahendum Verbum Di-

UVA. BHSC. BU 08453

Divinum ad uterum ſuum, veluti ad centrum, ubi comprehenderetur.

23 Omnes res ad centrum ſuum aſpirant, veluti ad terminum, ubi quieſcant, & quietem habent. Habet enim centrum cujuslibet res vim, & efficaciam, qua ſibi attrahit illam rem, ſicuti omnes res habent inclinationem ad centrum earum, & impulſum cum illa inclinatione. Nihil aliud eſt lapidis impulſus ad deorſum, & ignis ad ſurſum. Igitur tanta vacuitas, capacitaſque fuit in Maria reſpectu Dei, quod veluti centrum Divini Verbi, ad ſe attraxit efficacia.

Cantic. 4. 24 *Vulneraſti cor meum ſponſa mea*, ajebat ſponſus ſponſæ. Quòd cor ſuum eduxerat: *Excordaſti nos*, alij legerunt; quòd filium ſuum rapuerat: *Abſtuliſti filium meum*, alius legit. Amoris querela fuit ab Æterno Patre prolata Mariæ, ſignificans, veluti, quòd vi eduxit Unigenitum, & ad uterum ſuum adduxit. Duplici vice, ait vulneraſſe cor ejus: *Vulneraſti : : : : Vulneraſti.* Duplex vulnus narrat ſponſus amans, ſed duplicem ſagittam ſignat: *In uno oculorum tuorum, & in uno crine colli tui.* Fuit ſignificare, quòd duplici principio fecit vim, vel duplici centro ad extrahendum ex ſuo pectore Verbum Divinum. Unũ, efficacitas viſus ſui, & attentionis unitæ undequaque ſolum, ut ipſi placeret, quin ad alia curam diverteret: *In uno oculorum tuorum.* Aliud fuit extremum ſuæ humilitatis, omnes cogitationes colligens ad minorem ſui ipſius æſtimationem, collum ſuum inclinans uſque ad ancillæ exinanitionem: *In uno crine colli tui.* Igitur hoc fuit centrum, quod adduxit ad ſe omnia fluenta Divini Verbi: *Vulneraſti abſtuliſti filium meum.* Hoc fuit recepiſſe Rivulum Mariæ tot fluenta; ſed ex origine infinita, nempè ex Deo, omnia accepit: *Fluvius aquæ vivæ procedens de throno Dei.* Sic ſignificavit Nuntius Cœleſtis: *Spiritus Sanctus ſuperveniet in te. Virtus Altiſſimi obumbrabit tibi.*

§. II.

25 SEcundum in ænigmate eſt aquas fluvij illius currere præcipites, communicarique omni terræ, illam fœcundans, ut herbas, arbores, flores, & fructus producant, & hæc littera Joannis: *De plenitudine ejus omnes accipiunt.* Eſt alius reſpec-

UVA. BHSC. BU 08453

pectus fluvij, nempè aquas communicare ad fæcunditatem agrorum. Est respectus Mariæ proprietate, communicare fluenta, quæ accepit ex ipso Deo, ut prosint omnibus hominibus. *Concipies*, dixit illi Angelus; sed tantum communicatura erat, quantum acceptura: *Et paries*, quia omnis plenitudo gratiarum, quibus Deus ditavit Mariam, ad hominum beneficium fuit.

26 Ipsa Virgo Maria per Ecclesiasticum ait, quod è paradiso exivit, veluti aquæductus: *Sicut aquæductus exivi de paradiso.* Proprietas aquæducti est recipere aquas, non ut in se retineat, sed ut participet alio loco, quia omne artificium ejus ad hoc tendit. Igitur significans Maria, quòd omnia fluenta, & dona gratiæ, quæ accepit à Divina omnipotentia, ad hominum beneficium fuere, aquæducto comparatur: *Sicut aquæductus, &c.* quia omnia diriguntur ad irrigandum Ecclesiæ hortum: *Aquæductus aquis gratiæ irrigans hortum plantationum, ideſt Ecclesiam*, ait Albertus Magnus. Deus est paradisus omnium perfectionum, & omnis infinitæ excellentiæ, habensque inclinationem, ut participaret illas hominibus, per Mariam, tanquam per aquæductum communicat plenitudinem suæ bonitatis, & misericordiæ.

Eccles. 24.

Albert. Magn. in Lucã 7. & sermon. 3. de Nativit.

27 In Deo stabant hæ aquæ detente, veluti in fonte, origine, & principio omnium bonorum: *Apud te est fons vitæ*, sed propensione ad communicandum, cum enim non esset aquæductus, per quem transirent, desideria Dei suspensa manebant: formata fuit Maria veluti proprior conductus ad hoc, ut Deus communicaret, quas thesaurizabat divitias: *Propterea tanto tempore humano generi fluenta gratiæ defuerunt, quod non dum intercederet is tam desiderabilis aquæductus*, ait Bernardus. Igitur Deus voluit transire per Mariam omnes gratias mundo communicandas.

Ps. 35.

S. Bern. serm. de Nativ. Mariæ.

28 Origo omnium aquarum irrigantium universam terram in principio mundi, fuit quidam fons: *Fons ascendebat de terra irrigans universam superficiem terræ.* Sed quomodo communicabantur? Nonne ex ipso fonte in terram, & plantas? Videtur significare textum: *Irrigans, &c.* Sed littera notanda est: *Irrigans universam superficiem ter-*

Genes. 1

UVA. BHSC. BU 08453

ræ. Verum eſt aquas illas dirigi ad irrigationem univerſæ terræ, ſed non irrigabant immediatè ex fonte. Ex illis fiebat fluvius copioſior, qui originem habebat immediatè ex fonte: *Fluvius egrediebatur de loco voluptatis.* Poſtea ex hoc fluvio dividebantur flumina quatuor, quibus tota terra irrigabatur: *Inde dividitur in quatuor capita.*

29 Fons ille originalis proprium ſymbolum eſt Dei, qui prima origo eſt omnium gratiarum: *Apud te eſt fons vitæ.* Fluvius ille exuberans eſt Maria, quæ immediatè accepit à Deo omnem plenitudinem: *Fluvius egrediebatur, &c.* Sed non retinet intra ſe ipſam, potiusparticipat ſuã omnibus quatuor partibus Univerſi: *Dividitur in quatuor capita*, omnibus participat gratiarum aquas, quia fluenta mittit quatuor partibus ſtatuum hominis: ſtatui vitæ, mortis, purgatorij, & beatitudinis. Quia quatuor partibus terreni Eccleſiæ communicat fluenta, ut producat plantas, flores, fructuſque ſanctitatis, quos dedit, datque in tot Sanctis, Continentibus, Virginibus, Confeſſoribus, Martyribus, Apoſtoliſque: *Inde dividitur, &c.* & hujus myſtici rivuli Mariani plenitudo ordinatur ad intereſſe animarum: *De plenitudine ejus, &c.*

30 Sed notanda ſunt fluenta exuberantia ex fluvio Mariano ad animarum irrigationem. Non ſolum beneficia temporalia,& ſpiritualia; ſed ipſum Deum, quem accepit ex origine illa infinita. Hoc eſt myſterium revelatum ab Angelo. Non ſolum Deum accipies, eum in utero concipiens, ſed mundo participabis: *Et paries.* Hoc eſt eſſe Mariam aquæductum, per quem mundo ſunt participata fluẽta infinita ipſius Dei: *Eſt aquæductus, per quem venit ad nos Chriſtus*, dixit Idiota. Rivulus hic myſticus Mariæ plenus fuit aquis ipſius Dei, ubi agilitate aquæducti hujus, & pretioſitate metallorum præparata fuit natura Divina, ut hominibus communicaretur, non utcumque; ſed ut cuilibet hominum tribuerentur omnia fluenta Divinitatis, abſque diminutione ab illis, quæ Maria accepit. *Idiota de B.M. part. 14 Contẽp. 27.*

31 *Flumen Dei repletum eſt aquis*, ajebat Pſaltes. Flumen illud fuit Beata Maria, ubi effudit Deus fluenta gratiarumque pura creatu- *Pſ. 64.*

UVA. BHSC. BU 08453

tura recipere potuit, sed notandum est esse repletum, quia ipse Deus se effudit in visceribus suis substantialiter. Igitur plenitudo illa non stetit solum in Maria, illud recipere Mariam fluenta Divinitatis, fuit præparare, & disponere, quod futurum erat alimentum hominum: *Parasti cibum illorum.* Fuit præparari in Maria esse Dei, media carne, & sanguine, quæ dedit, & ministravit hæc pura creatura Creatori, ut in cibum se tribueret per Eucharistiam cuilibet hominum: *Parasti cibum illorum.* Ipsa fuit præparatio: *Quoniam ita est præparatio ejus.* Quia dum fluenta Dei communicanda essent hominibus in Sacramento ex carne, & sanguine, hæc præparatio fuit à Maria facta in ejus utero purissimo: *ita est præparatio ejus.* Et ad quid præparatio ipsa? Ut per Eucharistiam omnia fluenta Dei in hominibus effunderentur, nempè in rivulis Ecclesiæ, & plantæ multiplicarentur irrigatione: *Rivos ejus inebria, multiplica genimina ejus,* prosequitur Psaltes. Etenim fluvius Mariæ repletus fuit aquis divinitatis: *Flumen Dei repletum est aquis*, & in Maria præparatæ sunt, ut hominibus communicarentur, & multiplicarentur plantæ, fructusque.

32 Nunc intelligo mysterium Joanni ostensum in Apocalypsi. Fuit fluvius aquarum viventium, procedens ex throno Dei, & Agni: *Ostendit mihi fluvium aquæ vivæ procedentem de sede Dei, & Agni.* Maria erat fluvius ille, qui à Deo accipiebat fluenta omnia; sed ait Joannes, quod arbor mirabilis ostendebatur ex utraque parte fluminis, quæ arbor vitæ erat: *Ex utraque parte fluminis lignum vitæ,* ita fructibus redundans, quod per totum annum habebat: *Afferens fructus per singulos menses.* Lignum illud Christus erat, ait D. Vincentius Ferrer, qui ex una parte in Eucharistia est, & ex alia in Patria Cœlesti. Hoc fuit fructus Mariæ ipsa Deitas, quæ tota effusa fuit in fluvio Mariæ suis fluentibus replens illam: *Flumen Dei repletum est aquis*, ubi præparata sunt, & ex ipsa Virgine redundarunt in utraque Ecclesia, in Militante per Eucharistiam, ubi totus tribuitur Deus, veluti vita: *Pro mundi vita*, omnibusque temporibus: *Per singulos menses.* Et in Triumphante, ubi datur beatis, utì

Apocal. 22.

D. Vincent. ser. Corpor. Christi.

UVA. BHSC. BU 08453

alimentum beatificum. Hoc fuit Maria multiplicare fluenta plantis, & fructibus: *Multiplica genimina, &c.*

33 Accepit Maria à Deo omnia fluenta gratiarum, usque ipsum Deum, hoc asserit Angelus: *Ecce concipies, virtus Altissimi obumbrabit tibi.* Formata fuit fluvius abundans aquis mirabilibus. Hæc est anima ænigmátis, à littera expressata: *Fluvius aquæ vivæ procedens de sede Dei.* Fluenta ipsa non retinuit in se; sed veluti rivulus prodigus gratiarum, in campo Ecclesiæ effudit, & in animabus, ut in plantis, & fructibus abundaret, & ipsum Deum, quem accepit, communicavit. Hoc significavit Angelus, dum dixit: in lucem conceptum educturam esse: *Paries*, & hæc symbolicatio illius fluvi exuberantis, & effundentis aquas in omni parte, ut exprimit littera: *De plenitudine ejus omnes accipiunt.* Perquiramus in hoc fluvio mystico fluenta aquæ vivæ, ut habeamus irrigationem copiosam gratiæ, fructumque cumulatum afferamus ad Gloriam, &c.

*

* * * * * * * * * * * *

*

ORA-

UVA. BHSC. BV 08453

ORATIO VIGESIMAPRIMA,

DE INCARNATIONE VERBI DIVINI, QUANDO IN ALTARI NOVO SS. SACRAMENT.M COLLOCATUR.

Ecce concipies, & paries. Lucæ cap. 1.

Qui manducat hunc panem :::: In me manet. Joann. cap. 6.

1 A Mundi principio ſuam omnipotentiã oſtendit Deus, mirabilia faciens, ut eſſent hominibus beneficia. Illa fuerunt mirabilia in ſphæra naturæ; ſed fuerunt lineamenta, veluti figuræ, portenta gratiæ ſignantes.

2 In primò exitu ſuæ communicationis ad extra, in mundi formatione plantavit paradiſum deliciarum, omni varietate creaturarum, quam potuit Divina omnipotentia ad fines ſuæ providentiæ: *Plantaverat Dominus paradiſum voluptatis à principio.* Hoc opus mirabile fuit, ut primum hominem in eo poneret, habitationem decentiorem ei præparans, veluti creaturæ nobiliori, quam formaturus erat ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam: *Poſſuit eum in paradiſo voluptatis.* In illo paradiſo plantatæ erant omnes herbæ, arboreſque, & omnes flores, & fructus, qui viſui pulchrum objetum conſtruebant. Sed totum hoc ſignum fuit paradiſi, Geneſ. 2

UVA. BHSC. BU 08453

quem in lege gratiæ Deus efformavit.

3 Mariam efformavit delicioſum paradiſum à primo eſſe, quod habuit hæc pura creatura: *Plantaverat paradiſum, id eſt Mariam, in partibus orientis, ſcilicèt gratiæ*, ait Buſtos: quia in primo eſſe, omni varietate gratiarum, donorum, & excellentiæ, ornavit. Hunc paradiſum efformavit, ut in eo collocaret ſecundum Adamum, Deumque, hominem factum Spiritus Sancti operatione: *Quia Deus in ejus utero poſſuit Chriſtum, quem operatione Spiritus Sancti formavit.* Hunc paradiſum efformatum, armavit omni varietate herbarum, florum, arborum, & fructuum, quos in ſphæra gratiæ comprehendebat omnis plenitudo, quam Divina providentia diviſit inter omnes creaturas intellectuales.

Buſtos Marial, part. 9. tom. 1. aſſimil. 1.

4 Ipſam audiamus in Eccleſiaſtico, ubi ſuas deſcribit perfectiones ſub metaphoris florum, & arborum: *In plenitudine Sanctorum detentio mea.* Quia omnes perfectiones, & dona, quæ diviſa in Angelis, & hominibus ſunt, in ipſa, veluti in paradiſo, poſita ſunt. Poſtea tranſit exprimens omnia ſub metaphoris: *Quaſi Cedrus, quaſi Cipreſſus, quaſi Palma, quaſi plantatio Roſæ, quaſi Oliva, quaſi Platanus, quaſi Storax, & Galbanus, & Ungula, & Gutta, quaſi Therebintus, quaſi Vitis.* Hunc paradiſum tanta varietate efformavit Deus in Maria.

Eccleſ. 24.

5 In tanta arborum varietate, arborem vitæ collocavit: *Lignum vitæ in medio paradiſi*, quia poſſuit in Maria arborem, nempè Deum homo factum, utì arborem vitæ, ubi infirmi ſalutem habent, mortui vitam, & lætitiam Angeli: *Maria paradiſus dicitur, in cujus medio poſitum eſt lignum vitæ, cujus folijs ſanantur infirmi, cujus odor vivificavit mortuos, cujus ſapor dulçurat amaros, cujus umbra refrigerat miſeros, cujus aſpectus lætificat Angelos.* Hoc lignum, Divinum Verbum fuit, quod plantatum eſt in paradiſo Mariæ, & arbor vitæ, quæ collocata fuit inter plantatas excellentias.

Auguſt. in 2. Geneſ.

6 Fuit arbor hæc vitæ fructus paradiſi Virginalis Mariæ. Sic Eliſabeth Mater Baptiſtæ appellavit: *Benedictus fructus ventris tui*, & fides firma Matrem Verbi Incarnati appellans Mariam:

Lucæ 1.

UVA. BHSC. BU 08453

riam: *Mater Dei*; igitur arbor ipsa veluti fructus paradisi virginalis, est ipse homo Deus, qui fructus tribuitur in Eucharistia: *Iste est enim fructus ille, quem inquit Joannes: ego sum panis vivus, qui de Cœlo descendit.* Ait Bustos. Fructus melior, quam illius arboris paradisi. Ille occasionem dedit morti totius generis humani, Eucharisticus vitæ totius mundi tribuit: *Pro mundi vita.* Ille paradisi vitam temporalem conservabat: *Ne forte sumat de fructu ligni vitæ, & vivat.* Fructus Mariæ vitam æternam præbet: *Qui manducat hunc panem vivet in æternum.* Hæc mysteria mysteriosè coliegata hodie celebrantur. Cum enim sint mysteriæ gratiæ in Maria executa, & per Mariam, per ipsam habebo auxilium gratiæ, &c.

Bust. ubi sup

***

AVE MARIA.

Ecce concipies, &c. Qui manducat, &c. Lucæ. 1. Joann. 6.

7 IN Paradiso Terrenali plantata fuit arbor vitæ: *Lignum vitæ in medio paradisi.* Si enim fuit Maria, vel Ecclesia paradisus melior, quem Deus plantavit in lege gratiæ, in paradiso Ecclesiæ, & Mariæ posuit Deus arborem vitæ, Divinum nempè, Verbum media Incarnatione. In Terrenali Paradiso plantata fuit arbor, ut homo viveret, & in Maria insertum fuit Verbum Divinum, ut arborem humanæ naturæ vitalicaret. Hoc mysterium ænigmate explicabitur.

8 Sit Arbor frondibus dilatatis, sed siccis, & infructuosis; solumque egressum virgultum in illa arbore, ubi vita viget, & frondositate pollet. In hoc virgulto inseritur virgultum alterius arboris nobilioris, & majoris generositatis, ubi hæc littera Pauli legitur: *Insertus in bonam olivam.* Virgultum insertum multiplicatur in alijs, quæ separata inseruntur in ramis arboris illius, & hæc littera Ezechielis: *Palmites suos extendit.* Supra extremitatem arboris hæc littera ponitur ex Joanne: *Ut vitam habeant, & abundantius ha-*

Romans c. 11.

Ezec. 17.

Ioa. 10.

UVA. BHSC. BU 08453

habeant. Quòd per discursum explicabitur.

§. I.

9 PRimum in ænigmate est virgultum insertum in stolone arboris in qua solum viget vita, & frondositas, dum alij rami ficci sunt, ubi hæc littera Pauli: *Insertus in bonam olivam.* Est Divinum Verbum arbori humanæ naturæ unitum, & insertum ingermine eius, nempè in Maria.

10 Deus posuit hominem in paradiso, ut operaretur, ait textus Geneſis. Gen. 2. Posuit eum, veluti arborem, vita rationali, ut ad vitæ proportionem fructum afferret: *Posui vos, ut fructum* Ioa. 15. *afferatis.* Fructus illius esse debuit, Dei cognitio, & amor creatoris, ultimique finis: *Dilectio est fructus noster*, ait Augustinus. Sed quæ infelicitas! Desideria Dei, & intentio frustranea fuerunt in primo homine, quando expectabat fructus uberiores, & nobiliores ex nobilitate arboris rationalis, respondit homo spinis ingratitudinis, & desiderijs ad esse Divinum lucrandum: *Expectavit, ut faceret uvas, & fecit labruscas.* Isaiæ 5 Perdidit, homo vitam gratiæ, sicciate manens, & absque humore ad afferendum fructum. Ad quid ergo deserviet hæc arbor rationalis, dum sicca, & absque vita est! Non ad aliud nisi ad ignem, ut Ezechieli dixit Deus: *Quid fiet de ligno vitis? Nunquid tolletur de eo lignum, ut fiat opus?* Solum proportionatũ ad ignem iudicavit Deus: *Ecce igni datum est in escam.* Utraque pars igne consumpta est: *Utramque partem ejus consumpsit ignis.* In methaphora hominis loquebatur, qui secatus, & separatus ab ultimo fine, ad aliud deservire nequit, quàm ad ignem, ubi utraque pars, corpus, & anima spolia flammarum esse debent. Nunquid Deus fecit sic cum homine? Minime; sed se ipso voluit hanc arborem rationalem vitalicare. Ezech. 15.

11 Nunc legamus litteram, quæ supra arborem ænigmatis collocatur: *Ut vitam habeant, & abundantius habeant.* Ut superabundanter vitalicaret omnes frondes arboris illius, quæ aridæ inveniebantur. Sed quomodo vitam accepturæ erant? Per ipsum Deum: *Veni ut vitam habeant.* Qui insertus in virgulto illo arboris illius in germine, signatus est: Jeremiam legamus. Crea-

Augus. in Ioan. 85.

UVA. BHSC. BU 08453

Gerem. 31.

12 *Creavit Dominus novum super terram.* Sed quid hoc novum fuit? Ipse dicit: *Fœmina circùndabit virum.* Non percipio novitatem. Legamus septuaginta interpretes: *Creavit salutem in plantatione nova.* Prima plantatio perdita fuit Deo in illa planta rationali hominis, & ut ad vitam, & vigorem restitueret, novam plantationem fecit ex se ipso, se inserens in illa arbore humanæ naturæ: *Creavit salutem in plantatione nova.*

Septua.

Zachar. 3.

13 Zachariam audiamus: *Ecce adducam servum meum orientem.* Filium meum adducam sub forma servi, veluti germen, & virgultum: *Servum meum germen.* Legit Paguinus, adduxit sub forma servi, ait Paulus: *Formam servi accipiens.* Et adduxit uti germen in humana natura inserens.

Philip. 2.

14 Sed Isaïas clarius loquitur. Vaticinat Incarnationem Divini Verbi, & elevationem mysterij agnoscens, arduitatemque ad credentiam: *Quis credit auditui nostro? Et brachium Domini, cui revelatum est?* Per modum operationis mysterij exprimit nostrum conceptum: *Ascendet sicut virgultum.* Manifestabitur, sicut germen, & velut radix in terra, sine aqua *Et sicut radix in terra sitienti.* Quia Verbum homo factum est, veluti germen humanæ naturæ, quia se in illa inserens, vitæ suæ vigorem expressit in terra sterili, & absque vigore.

15 Nunc se offert difficultas. Ut insertum fiat, & arbor uniatur, vitam communicans, necesse est arborem habere vitam in radice, & sistere in terra humorem habente. Igitur si radix humanæ naturæ, nempè Adamus sicca erat, & absque vita gratiæ, & terra naturæ, absque humore; quomodo fuit factum insertum Verbi Divini in natura mediante Incarnatione? Hic videtur nudus gordius difficultatis Isaïæ ad credentiam mysterij: *Ascendet sicut virgultum, & radix de terra sitienti.*

16 Mirabile Mysterij notate. Verum est siccatam fuisse primam illam radicem hominis primi, quia per peccatum perdidit gratiam, qua humore polebat in esse supernaturali, siccati fuerunt rami arboris ipsius, quia separati fuerunt e vita illa, mansit terra humanæ naturæ sicçata,

UVA. BHSC. BV 08453

cata, & abſque humore. Sed Divina providentia prævenit germen arboris illius manere omni vigore, humoreque primæ illius vitæ, quin ei aliquando deficeret, nec corruptione inficeretur, ut in illo ſe inſerens Divinum Verbum, inxertum fieret, & lucraretur, omnem arborem vigorans, & vitam ei tribuens. Intelligetur melius in textu.

17 Notate quòd accidit arbori Nabucho multum laudatæ. Ordinavit vigil quòd ſuccideretur truncus, præſcinderentur rami, folia, & fructus diſpergerentur, ſed advertit quòd relinquerent germen in radice: *Succidite arborem, præcidite ramos excutite folia eius, & diſpergite fructus eius germen radicum in terra ſinite.* Germen hoc rore Cœli conſervandum foret: *Rore Cœli tingatur.* Fecunditate è Cœlo venienti ſecurum permaneret: *Rore Cœli cubabit*, legunt ſeptuaginta. Providentia fuit particularis Dei, ut ſpes eſſet arborem illam reddere ad vitam, & priorem viriditatem: *Spem certam redeundi*, ait Tyrinus. Arbor illa ſenſu litterali fuit metaphorica ſignificatio ſucceſſum Nabuchodonoſoris.

Daniel 4.

Tyrin.

18 Inſenſu allegorico, figura fuit naturæ humanæ in primo homine, quia ſi proceritas arboris contingebat Cœlum: *Contingens Cœlum*, homo primus contingere voluit Cælum Trinitatis ramis ſuæ ambitionis: *Eritis ſicut Dij*, dixit Tentator: *Vidit, quòd eſſet bonum.* Arbor hæc præciſa fuit abſque vita gratiæ manens decreto Dei: *Inquacunque die comederis, morte morieris.* Omnes rami præciſi ſunt: *Omnes in Adam peccaverunt.* Folia donorum excuſſa ſunt, fructuſque operum evanuere. Sed ordinavit Divina providentia manſiſſe germen illius arboris vita primæ radicis vivum: *Germen radicum in terra ſinite*, protectum rore gratiæ: *Rore Cœli cubabit*, ut eſſet ſpes arborem illam reddere ad vitam: *Spem certam redeundi.* *Gene. 3.*

19 Maria ergo fuit germen hoc humanæ naturæ, utì filia ejus. Quam vaticinavit Iſaìas egreſſurum utì germen, ex radice Jeſsè: *Egredietur virga de radice Jeſsè*, nõ è radice ſicca, ſed in hoc germine illam primam vitam conſervans. In hoc germine inſertum fuit factum Divini Verbi, & flos Dei hominis *Iſaì. 13*

UVA. BHSC. BU 08453

nis fuit productus: *Flos de radice eius ascendet*. Medioque hoc germine, & inserto, arbor naturæ humanæ vigorata est, eiusque rami.

20 Ad Colossenses Paulus ajebat: *Mortui estis, & vita vestra abscondita est cum Christo*. Si enim mortui sunt, cur vitam illorum appellat Ad Romanos scribens Apostolus, hoc exprimit, significans modum, quo participati sunt vita, quæ in Christo erat, quia cum homo esset mortuus, arborque infructifera, insertus fuit, & vitam substantiamque acquisivit è arbore fructifera: *Cum esses oleaster, insertus es, & socius raddicis, & pinguedinis olivæ factus es*. Sed quomodo fuit insertus? Paulus declarat: *Tu ex naturali ex cisus es oleastro, & contra naturam, insertus es in bonam olivam*. Quòd homo fuit præcisus ex arbore sterili naturæ, ut eam Adamus reliquit, sed quòd contra leges naturæ, & operatione Divinæ Omnipotentiæ insertus est in bonam olivam. Et sapientia æterna Verbi non est oliva? Ecclesiasticus dicit: *Quasi oliva speciosa in campis*. Hæc igitur est arbor bona, virgultumque, quòd in germine, nempè in Maria, fuit insertum, quòd germen, Maria scilicet, fuit arboris humanæ naturæ, & quo ipsa natura in illo virgulto: *Vita vestra abscondita est cum Christo*. Hoc Angelus nuntiavit: *Ecce concipies*, quòd Dei filius inferendus erat in visceribus suis: *Vocabitur Altissimi filius*; & quo, genus humanum reddat ad vitam: *Ipse enim salvum faciet populum suum*.

21 Ad hoc, insertum fuit Divinum Verbum humana natura per incarnationem; ut homines, qui arbores steriles erant, afferrant fructus nobiles. Hec est proprietas inxerti in esse naturali: *Insitio eas, quæ erant inutiles, facit generosas, & quæ erant steriles, cogit esse fertiles*. Ait Clemens Alexandrinus. Suam nos participavit vitam: *Per quem maxima, & pretiosa nobis donavit ut per hæc efficiamur consortes Divinæ naturæ*. Dixit Petrus. Hoc lucrabimur, si inserimur in vitæ eius imitatione: *Si ipsius Sacratissimæ inseramur vitæ, consortes Dei efficimur*. Ait Dionisius.

22 Conservet homo insertionem, vitamque, quam communicat virgultum illud, & erit arbor fructifera:

Coloss 3.

Rom. 11.

Eccles. 24.

Luc. 1.

Clem. Alexan. stomat. 2. Petr. 1.

S. Dion. l. de Eccl. Hieros.

UVA. BHSC. BU 08453

S. Iren. lib. 5. adver. Hereſ.

ra: *Oleaſter inſerta, ſi tenuerit inſertionem, & transmutetur in bonam olivam, fit fructifera.* Ait Ireneus. Adamus perdidit vitam hujus arboris humanæ naturæ, Verbum Divinum inſertum eſt in illa, ut omnes ramos vigoraret: *Veni ut vitam habeant*, & dum huic virgulto ſimus uniti, vitam habebimus, & afferemus fructum vigore illius vitæ.

Ioa. 15. 23 *Ego ſum vitis, vos palmites*, dixit Chriſtus. Quòd, ſicut in natura, palmes ſeparatus à vite, non poteſt fructum afferre, neque homines, ſi ſeparati à Chriſto fuerint: *Sicut palmes non poteſt ferre fructum, niſi manſerit in vite, ita, & vos, niſi in me manſeritis.* Ratio, quare palmes ſeparatus à vite fructum non affert, eſt, quia deficit ex vite participatio, & eadem ratione homo afferre non poteſt, ſi ſeparatus ſit à Chriſto; ideòque inſertum fuit Verbum in natura humana: *Inſertus eſt in bonam olivam*, ut vitam participaret: *Ut vitam habeant*, media incarnatione in Maria: *Ecce concipies.*

§. II.

24 SEcundum in ænigmate eſt virgultum illud in arbore inſertum multiplicare multis germinibus, quæ ſeparata inſeruntur in omni genere arboris ſterilis, ubi hæc littera Ezechielis: *Palmites ſuos extendit.* Vidiſtis inſertum Divini Verbi in natura humana per incarnationem in utero Mariano? Aliud mirabile notate, ex illo originem ducens. Fuit enim multiplicari germen illud per Euchariſtiam, ut inſereretur in quolibet homine, veluti in ramis humanæ naturæ. Ideò in Euchariſtia ſe explicuit ſub arboris metaphora, veluti in Incarnatione.

25 Arbor mirabilis oſtendebatur in utraque parte fluminis, quod vidit Joanes: *In medio plateæ ejus ex utraque parte fluminis lignum vitæ.* Erat arbor illa Chriſtus, ut ipſe ſolus, & ut multiplicatus. Ut ipſe ſolus, duas continens naturas, Divinam, & humanam; Illa in humana inſerta, & thronum tenens in dextera Patris; ut multiplicatus, per Euchariſtiam in Eccleſia Militante: *Lignum vitæ eſt Chriſtus, qui eſt in utraque parte: in parte dextra eſt in paradiſo, & in hoſtia conſecrata per Sacramentum in hoc mundo.* Ait

Apocal. 22.

D.

UVA. BHSC. BU 08453

D. Vincentius Ferrer. In Incarnatione infertum fuit in unico tantum individuo, & oſtendit hoc beneficium, ut per Euchariſtiam repeteret inſertionem in omnibus: *Sat non fuit Divino amori Deum cum ſola Chriſti humanitate conjungi, niſi pariter cum omnibus ſigillatim conjugeretur. Ad id efficiendum Euchariſtiam adinvenit, quandamque velut incarnationis extẽſionem excogitavit*, ait Fidele. Igitur, cum in ſolo unico individuo ſe inſereret per incarnationem, hoc myſterium oſtendit per Euchariſtiam, ut ſe in omnibus inſereret.

Serm. 3 de corp. Chriſ.

Fidele.

26 Nunc intelligo, quod Deus dixit per David, Myſteria legis gratiæ prænuntians: *In Idumæam extendam calceamentum meum.* Per calceamentum intelligitur humanitas aſſumpta in incarnatione, ubi Divinitas celata fuit: *Pro calceamento ſuo, incarnationis intelle-xiſſe Myſterium*, ait Fidele; ideò dixit Baptiſta de Chriſto: *Non ſum dignus ſolvere corrigiam calceamentorum ejus.* Quod intelligit Hugo de Myſterio Incarnationis: *Ideſt explicare myſterium incarnationis.* Igitur ait extenſurum ipſum calceamentum in Idumæam: *In Idumæam extendam.* Idumęa interpretatur terra ſanguinea: *Ideſt terra raſa, vel ſanguinea*; etenim Sacramentum Euchariſticum eſt, ubi terra, nempè Caro Sanguine ejus eſt rubricata. Hic extendit incarnationem, inſertionem illam, quam fecit in unico individuo, ut eum recipientes omnes, inſerti in ipſo maneant: *In me manet, & ego in illo*, ut vitam haberent: *Vivit propter me*, & in Eccleſia poſuit, ut ex vita illa fructum afferrent.

Idem.

Hug. Card.

Interpræt. Bibli.

27 Ezechieli dixit Deus: *Sumam de medulla Cedri ſublimis, & plantabo in montem excelſum, & erumpet in germen, & faciet fructum.* Quòd mons ſit Eccleſia eſt certiſsimum. Sed quæ medulla, cujuſque Cedri eſt? Eſt germen, quod media Euchariſtia inquolibet fidelium plantat, ait Doctor Angelicus: *Hoc, quaſi ferculum plantat, cum fidelibus Dominici corporis tribuit Sacramentum.* In nobis inſeritur (ait) ut illa vita participantes, afferamus folia, flores, fructuſque, ipſi conformes: *Corpus Chriſti nobis inſitum in ſuam nobis bonitatem trahit, ut quales, ipſe, frondes, flores, & fructus juſtitiæ facit, tales, & nos*

Ezechi. 17.

D. Tho. opuſ. 50 cap. 20.

UVA. BHSC. BU 08453

nos per eum faciamus.

28 Sed per quem, medullam cedri tulit? Legamus Ezechielem: *Aquila grandis magnarum alarum venit ad Libanum, & tulit medullam cedri.* Aquila magna fuit, quæ volatum elevans usque ad montem Libanum, medullam sublimis cedri illius attulit. Et Aquila ipsa non est Maria? Sic eam vidit Joannes in Apocalypsi, in Aquila transformatam, alis ornatam: *Datæ sunt mulieri duæ alæ Aquilæ magnæ.* Volatum levavit Maria sua perfectione singulari, & sanctitate excellenti usque ad Libanum Trinitatis, & eduxit medullam cedri ipsius Dei, nempè Divinum Verbum.

Apocal. 12.

Canti. 4

29 Sic significavit sponsus: *Vulnerasti cor meum sponsa mea.* Veluti conqueritur amorosè Mariæ, ex quo, cor vulneravit. Quòd medullam eduxit: *Excordasti nos.* Legunt alij, quòd filium suum eduxit: *Abstulisti filium meum*, alius legit. Hoc fuit adducere ad uterum suum, utì ad montem excelsum perfectionis, plantans, & jnserens medullam ipsam in natura humana per incarnationem. Sed quid amplius dicit Propheta? Quòd avulsit multitudinem germinum, & transplantavit in terram: *Summitatem frondium ejus avulsit, & transportavit in terram Chanaàm.* Vinea spatiosa, & fructibus redundans fuit efformata, & ad omnes mundi partes, sua germina extendit: *Facta est vinea, fructificavit in palmites, & emisit propagines.* Hoc fuit, quod ex medulla cedri, quæ in utero Mariæ plantata est, & in humana natura inserta, palmites multiplicati sunt per Eucharistiam, & in Ecclesia plantati sunt, ut insererentur in quolibet ex ramis naturæ humanæ; in quolibet individuo, ut illis tribueret vitam, & ut fructum afferant ad proportionem vitæ illius primi virgulti: *Ut quales, ipse, frondes, &c.*

30 Quare ergo tam pauci fructus inveniuntur in arboribus, & in frondibus naturæ humanæ, cum tot fiant insertiones per Eucharistiam? respondeat experientia in sphæra naturæ. Insertum in arbore sicca deperditur, nec producit folia, flores, aut fructus; sed arbor, vitam in radice habens, omnia illa producit. Hoc dicebat Augustinus: *Viva radix folia producit, impletur fructibus, arida in-*

August. ser. 22. de temp

UVA. BHSC. BU 08453

nanis æstate, sicut in hieme remanebit. Si non relinquit arbor vitam proprij appetituus, non lucrabitur insertum, quod per Eucharistiam fit in eo ex Verbo incarnato, & si vitam Christi non vivit, non fuit insertus in Christo.

Gal. 2. 31 Mysteriosè Paulus ad Galatas dicebat: *Vivo ego, jam non ego.* Quæ est hæc contradictio? Ait Paulus, ipsum vivere, ipsum non vivere. Idem affirmare, & negare contradictio est juxta præcepta scientiæ rationalis. Sed advertite non esse contradictionem, quia, quod affirmat, non negat; quòd vivit affirmat, & vitam non negat, sed personam: *Jam non ego.* Etenim magnum mysterium habet Theologia Pauli, ait Aresius. Primò, Paulus ait vivere: *Vivo ego, ecce prima arbor*, illa est vita prima hominis, qua vivebat, vita, nempè appetituum, arboris sterilis naturæ: *Jam non ego.* Hoc est insertum, quod in Paulo factum est ex Christo: *Ecce insitionem*, & ex hoc transivit Apostolus ad vitam Christi vivere: *Vivit verò in me Christus.* Etenim per insertionem, aliam vitam vixit postea.

32 Ad hoc, Verbum Divinum insertum fuit per Incarnationem in humana natura, ut arbori ipsi, quæ arida erat, tribueret vitam: *Insertus in bonam olivam. Veni ut vitam habeant*, & Maria fuit germen Divina providentia præservatum viriditate, & vita, ut in ea fieret insertio Verbi Divini.

33 Ad hoc, fuit per Eucharistiam multiplicatum in Ecclesia, ut in quolibet fidelium fieret insertio ipsius, & mansisset unitum omnibus, & ipsi omnes: *in me manet, & ego in illo*, ut omnibus vitam tribuat, quam per Adamum perdiderunt: *Pro mundi vita*, & ut ex ipso Dei filio unusquisque accipiat: *Vivit propter me.* Ut medijs insertionibus, arbores rationales, quæ steriles erant, fiant fructiferæ, & nobiles: *Insertio eas, quæ erant inutiles, facit generosas, & quæ steriles, cogit esse fertiles.* Ut fructus afferamus in vita mortali, vita gratiæ roborati, quibus fiat corona gloriæ,

&c.

)(✠)( )(✠)(

ORA-

UVA. BHSC. BU 08453

ORATIO VIGESIMASECUNDA,

B. VIRGINIS MARIÆ

SUB TITULO DE LA PAZ.

PRÆSENTE SS. SACRAMENTO.

Invenerunt Mariam, & Infantem positum in præsèpio. Lucæ cap. 2.
Caro mea verè est cibus. Joann. 6.

1 FIduciæ antiquæ Trojæ ementitæ fuerunt. Securitate pacis inamissibilis, vivebat possessione illius Palladionis celebrati, cui cultum exhibebat. Ementitæ fuere fiduciæ illæ, quia Civitas illa cèlebris visa fuit expugnata, & destructa.

2 Hodie illæ veneratiõnes evanuunt, quia veneratur in Maria vera sanctitas, & excellentior, quàm in alia pura creatura fuit. In hac possunt homines habere fiduciam, quòd possident veram Deam pacis, dum Mariam objectum venerationis habent, & Christum in accidentium nubibus constitutũ.

3 Quam pulcherrimus visui ostenditur, veluti phœnix, coloribus ornata Iris Cœlestis! Utì papilio, radiorum solis in nubibus sistens: *Arcum meum in nubibus.* Iris est pax Dei cum hominibus: *Iris fuit pax*, ait Triconius. Ejus formationem inspiciamus. *Gene. 9.* *Tricon.*

4 Non est aliud Iris (ait Bercorius) quàm repercusio radiorum solis in nube apacibili, & pluvijs suavibus resoluta: *Repercusio radij solaris in nube resoluta.* Suis radijs pèrcuti sol nubis concavum, quæ nec ex toto densa, nec diafana ex toto, aliquam facit reflexionem densitate, & in diafanitate splendores solis illuminant illam. *Bercor. v. Iris.*

UVA. BHSC. BU 08453

illam. Sic efformatur Iris, quam videmus. Et ubi appareat? *In nubibus.* Ut quid ibi ponitur? Ut ſignum pacis Dei cum hominibus ſit: *In ſignum fœderis.*

5 Hic arcus ſymbolum Mariæ eſt cum Chriſto in præſepio, veluti in Evangelio proponitur: *Mariam, & Infantem.* Quia, ſi Iris efformatur ex nube radijs ſolaribus percuſſa, & roribus diſſoluta, nubs myſtica eſt Maria pluvijs ſuæ pietatis diſſoluta: *Maria eſt nubes aquoſa per pietatem*, ait Bercorius, & Chriſtus melior Sol à Malachia prænuntiatus: *Orietur vobis ſol*, qui plenè percutit ſuis radijs nubem ipſam: *Per omnes ſui partes radijs divinæ gratiæ penetrata*, ait idem; ſi Iris eſt ſignum pacis Dei cum hominibus: *Signum fœderis.* Maria eſt Iris pacis in Eccleſiæ orbe, ait Bernardinus: *Per Virginem glorioſam pax reſtituitur, fides ſtringitur, & ideò merito ſicut Iris in circuitu Eccleſiæ conſtituitur.* Ergo Maria cum filio ſuo in præſepio eſt Iris pacis inter Deum, & homines. Alia figura Geneſis teſtatur.

Vbi ſupra.

Malac. 4.

S. Bernardin.

6 Noè dedit columbæ libertatem ſecundò cum undis circùndatus inveniebatur: *Rurſum dimiſit columbam.* Nuntia felicia adduxit, illa ad arcam reddidit properans, in ore eius ramum viridis olivæ portans: *Venit ad eum portans ramum olivæ virentibus foliis in ore ſuo.* Intellexit Noè aquas ceſſaſſe ſigno rami illius in ore columbæ. Deus eduxerat in aquis gladium juſtitiæ contra homines propter peccata: *Ecce adducam aquas diluvij ſuper terram, & interficiam omnem carnem.* Quid columba ramo olivæ in ore indicavit? Aquas ceſſaſſe, & ſuſpenſa Dei ira, ſignum pacis fuit: *Oliva eſt ſymbolum pacis*, ait Pyerius. Columba cum ramo ſymbolum Mariæ cum Chriſto eſt, ait Abbas Abſalon: *Columba eſt Maria, quæ ramum olivæ tempore diluvij retulit, quæ aquis diluvij vitiorum mundum involventibus, Chriſtum de ſe incarnatum in Eccleſia fudit.*

Gen. 8.

Pyerà vider.

Abſalo.

7 Sed ſi Chriſtus ſiſtit in præſepio veluti ſol, ex proximo percutiens nubem Mariæ arcum pacis efformans; ut quid oſtenditur in nubibus accidentium in Euchariſtia? Nonne quia Chriſtus in oriente præſepis non habet activitatem in radijs ſuis? Minimè, cum omni

UVA. BHSC. BU 08453

activitate polleat. Majus myſterium habet, cum Maria utì iris pacis, adeſt in præſepio. Solum dum iris efformatur in oriente radijs à ſole in occidente collocato projectis, eſt ſignum pacis, & tranquilitatis: *Si ab ortu ſurrexit, ſerena pro tendit*, ait Seneca. Siſtitur Maria veluti iris in oriente ſolis iuſtitiæ: *Mariam in præſepio*; igitur oſtenditur Divinus Sol in occaſu ſuæ mortis in Euchariſtia repræſentatæ, ut percutiens nubem Mariæ, quæ in oriente ſiſtitur, ſit Iris pacis: *Si ab oriente, &c.*

Seneca.

8 Sed amplius multoties iris duplicata oſtenditur, ut conſtat experientia, una efformatur è ſolis activitate, & alia ex activitate lunæ, his luminaribus conſtitutis in oppoſitione, ait Ariſtoteles. Maria eſt luna pulcherrima: *Pulchra ut luna.*

Ariſtot.

Cant. 3.

Chriſtus ſol eſt in Euchariſtia, ait Chriſoſtomus, ſi enim myſtica ipſa luminaria in oppoſitione cõſtituta, Maria in oriente, Chriſtus in occidente; efficiatur in occaſu iris Euchariſtiæ activitate Marianæ lunæ, & efficiatur in oriente Iris Mariæ activitate ſolis Euchariſtici.

9 Adhuc amplius. Qui ſumptum facit pacis, facit menſæ ſumptum: *Poſuit fines tuos pacem, & adipe frumenti ſatiate*, ait pſaltes. Maria, veluti Iris, ſumptum facit pacis, iris generat dulcedinem Manna: *Iris multum confert ad generationem Mannæ*, ut cum Manna figura ſit Euchariſtiæ; dum Maria adeſt uti Iris pacis, neceſſe eſt Manna adeſſe, veluti Sacramentum, ut adſit omnis gratia, &c.

Pſ. 147.

AVE MARIA.

Invenerunt Mariam, & Infantem, &c. Lucæ. 2.
Caro mea verè eſt cibus. Joan. 6.

10 ESt certa philoſophia, quòd cognita natura extremi contrarij, ad cognitionem extremi oppoſiti devenitur. Diſcordia eſt extremum paci oppoſitum, & inter Deum, & homines conſiſtit in ſeparatione affectuum, qui exorti ſunt ex hominum culpis adverſus Deum: *Iniquitates veſtræ diviſerunt inter vos, &*

Deum

UVA. BHSC. BU 08453

Deum veſtrum dixit profeta ; ratio eſt , quia cum homo peccato ſuo ad creaturam convertitur , ſeparatur affectivè à Deo, & privatur gratia, qua obiectum Divinæ dilectionis erat , & nec unitus affectivè Deo manet , nec ipſi Deus unitus.

11 Ex hoc infertur, quòd pax inter Deum, & hominem conſiſtit in affectuum unione ; quòd homo Deo uniatur,& homini Deus amore, ut hæc unio fiat , extrema porportionata deſiderantur, cauſa efficiens , qua extrema proproportionentur , & formalis cauſa media qua unian tur. Extrema vnibilia ſunt Deus , & homines , cauſa enim efficiens, & formalis eſt Maria , hoc myſterium ænigmate declarabo.

12 Duplex orbis efformatur ; unus Cœleſtis , & alius terreſtris. In Cœleſti ſol radiorum fulgentium collocatur , qui iam benignitate , iam iracundia explicantur erga terram. In orbe terreſtri oſtenditur varietas agrorum , qui extranei ſunt ab influxo ſolis illius. Inter utrumque orbemIris pulchra videtur , quæ diverſis influxibus in utroque orbe agit. Ubi hæc littera ſapientiæ ſcripta videtur : *Diſponit omnia ſuaviter*. Media iridi uniti videntur ſol ille orbis Cœleſtis , & orbis terreſtris, & hæc littera ex proverbijs: *Cuncta componens*. Hoc eſt ænigma , & hæc ejus intelligentia.

Sap. 8.

13 Sol orbis Cœleſtis eſt ſymbolum Dei , qui varijs influxibus explicatur erga creaturas. Terreſtris orbis agri diverſi homines ſunt , qui diverſitate vitiorunt non accipiunt influxus benignos ſolis, nempè Dei, ſeparatique ſunt ab applicatione Divini amoris. Iris eſt Maria radijs ſolis , nempè Chriſti, formata , percutiens è propinquo in ſui orientis conſtitutione ; & quia Mariæ influxus benigni ſunt,homines diſponit , ut Deo uniantur , & Deum diſponit, ut uniatur hominibus. Hoc dicit littera : *Diſponit omnia ſuaviter* , quòd eſt operatio propria cauſæ efficientis. Ut enim fiat pax , & unio ipſa, Maria conſtituitur inter Deum , & homines , veluti medium , & formalis cauſa ipſius unitionis extremorum. Sic littera proverbiorum exprimit: *Cuncta componens*.

14 Aſſumptum reducitur ad hoc , quòd Maria eſt cauſa efficiens , & formalis unionis Dei , & hominum, veluti Iris; quia extrema diſponit veluti efficiens , & ea

UVA. BHSC. BU 08453

unit, uti formalis. Totum assumptum expressit Bercorius: *Maria soli opponitur in quantum per misericordiam Virginis iustitia Christi temperatur; terram tangit, quia ipsos peccatores amplectitur cum fluida charitate deffendendo, & etiam tangit Cœlum, ut sic ea media, Cœlum, & terra, Deus, & peccator invicem coniungantur, & ut sic signum fœderis inter eos, ea reputetur.* Sic explanatu assumptu, ad discursum transeo.

Bercor. dicti viris.

§. I.

5 PRimum in ænigmate est Iris influens in varia terrena terrestris orbis, & hæc littera: *Disponens omnia suaviter.* Hæc est proprietas Iris in sphæra naturæ, qualitates benignas influere in terra: *Sua virtute in terra vegetat*, ait Bercorius. Et hæc est efficacia Mariæ, mirabiles effectus gratiæ in hominibus influere, vitia destruens, & homines disponens ad pacem, & unionem cum Deo.

16 In mundi principio ascendebat è terra in paradiso nubes, quæ fluentibus totius terræ superficiem irrigabat: *Fons ascendebat de terra irrigans universam superficiem terræ.* Esse nub em dixit Hebræus: *Fons, id est nubes.* Erat nubes, quæ elevata, dissolvebatur in terræ beneficio.

Hugo Carden

17 Recordor Eliam vidisse etiam nubeculam è terra ascendentem: *Ecce nubecula parva*, quæ pluvijs dissoluta est, cum magna siccitas erat in terra: *Facta est pluvia grandis.* Symbolum Mariæ fuit nubecula illa, *in nubecula parva, Beata Virgo significatur.* ait Hugo, nubecula propter humilitatem, & fecunda pluvijs fluentibus misericordiæ, quibus agros siccos hominũ irrigat, ait Bernardus: *Signum misericordiæ Maria nobis aperit, at de plenitudine ejus accipiant universi.* Maria est nubes ipsa fecunda, quæ dissolvitur influxibus supernis, ut terram cordis humani irriget, quod siccum sterilequo virtutibus est, & vitijs plenum; illud disponens, ut proportionetur ad unionem cum Deo. Ex nube ipsa Mariana radijs solaribus percussa Iris Cœlestis constituitur, quæ influxus Cœli ad benignos reducit, ut sint beneficium terræ hominis mortalis.

S. Bern.

18 Patriarcha Jacob clamabat in illo luctamine, ut eum benediceret Deus: *Non dimittam te, nisi benedixeris mihi*, & ait sacer textus,

Gen. 32.

UVA. BHSC. BU 08453

tus, quòd ei Benedixit: *Benedixit ei* dixerat immediate, quòd percuſerat femus Jacob uſque claudum relinqueret: *Tetigit nervum femoris eius*, & tan cito benedictionibus replet? quomodo ibi tanto rigore, & ſtatim tanta liberalitate? Differentiam notate. Cum benedixit ei aurora veniebat: *Iam enim aſcenait aurora.* Cum percuſit, non aderat. Eſt enim aurora, qua ſuavitas roris venit ad terræ fecunditatem; non deſcendit vero in ſolis fervore, ſed dunfit aurora ex influxu ſolis; ſi igitur cum non adeſt aurora Jacob expertus fuit vulneris rigorem, dum aurora adeſt, omne benedictio eſt: *Benedixit ei.*

19 Eſt enim Maria aurora ab ſponſo celebrata, *quaſi aurora*; eſt aurora influxibus gratiæ, qua animas fecundat, & terram filiorum Adæ: *Maria dicitur aurora propter refrigerium gratiæ, quam infundit diligentibus ſe, ait Anonimus.* Ideò deſcendit in Jacobum benedictio, cum Aurora Mariæ adveniebat ex ſolis radijs percuſſa. *Benedixit ei.* Sic depingitur ab Evangeliſta, in conſpectu ſolis in præſepis oriente: *Mariam, & Infantem*, veluti auroram, & iridem, quæ ſuis influxibus homines diſponit, non ſolum qualitates imprimens, ſed etiam deſtruens obſtacula, quæ unionem voluntatis cum Deo, impediunt.

Anoni.

20 Obtulit Gedeon ſacrificium Deo, deſcendit Angelus, tangenſque holocauſtum extremitate virgæ, ignis fuit accenſus, & combuſit azymos, & carnes: *Extendit Angelus ſumitatem virgæ, aſcenditque ignis de petra, & carnes, azymoſque panes conſumpſit.* Virga illa caro Chriſti erat, ait Ambroſius; victimæ igne conſumptæ, vitia, & peccata, quæ tactu virgæ conſumpta ſunt: *Quod oſtendit Angelus virgam, oſtendit, quod caro Domini Spiritu repleta Divino, peccata omnia humanæ conditionis exureret.* Quod Maria ſignaretur in virga toties myſterioſa in veteri teſtamento, non eſt dubitabile. Sic prophetavit Iſaias: *Egredietur virga de radice Jeſſe*; extremitas virgæ illius Chriſtus fuit, veluti fructus, & flos virgæ: *Flos de radice ejus aſcendet.* Igitur ad tactum virgæ Marianæ ſuo influxu cor humanum, ubi, veluti in Ara, victimæ offeruntur vitiorum, & deſideriorum malorum, quibus diſſolvitur, & impeditur unio pacis hominum cum Deo; ac-

Judic 6

Ambroſ

Iſaiæ. 11

UVA. BHSC. BU 08453

accenditur ignis Divini amoris, ac destruuntur victimæ, & holocausta vitiorum, & peccatorum: *Ascendit ignis, &c.*

21 Quid post prodigium hoc accidit? Quod Angelus salutans Gedeonem, & abiens illi nuntiavit pacem: *Pax tecum*; ubi ædificato altare à Gedeone, titulavit pax Dei: *Ædificato ibi altare, vocavit ei Domini pax*; quia cum virga illa dextrusisset carnes, & azymos, quibus figurabantur obices cordis humani ad unionem cum Deo per amorem; statim firmatur pax, & unio illa ex parte hominis. Si ergo Maria figurabatur in virga illa, hujus virgæ mysticæ talis est efficacitas, & iridis, influere, non solum disponens ad proportionem hominis cum Deo, sed destruens obices, quibus unio impeditur.

22 Cum populus Dei iter faciebar ad terram promissionis, impediebatur aquis maris rubri, & exercitu Pharaonis perterritus fuit. Utraque difficultas fuit ablata; per maris undas patuit iter, quo populus transivit sicco pede, & Ægiptij sepulti manserunt in aquis maris. Sed unde advenit ipsis tantum bonum, torque obices devicerunt? Ex virtute virgæ illius, quam Moyses in manu habebat, cum eam super undas elevaret, aquæ divisæ sunt, viam relinquentes ad transitum illorum, & iterum elevata virga, aquæ unitæ sunt, manentibus Ægiptijs sepultis; quod fuit obices auferre, quibus populus impediebatur progredi, ubi Deus præceperat.

23 Igitur ex efficacitate figuræ illius colligi potest Mariæ efficacitas, quæ est figurata virga illa, ut corda humana præparet, & disponat, qualitates influens, obicesque destruens, quibus impeditur unio cum Deo. Iris est Cœlestis, si enim Iris ut efficiens influit in terra, ut illam fecundet: *Sua virtute inferiora vegetat*; Maria, quæ sit Iris radijs Divini solis iustitiæ, qui in oriente sistitur: *Mariam, & Infantem*, fecundat, disponitque hominum terrena corda influxibus pietatis, & misericordiæ: *Terram tangit, quia ipsos peccatores amplectitur cum fluida charitate.*

§. II.

24 ALiud extremum unionis, & pacis est Deus, quia est, cui uniendus est homo, & ipse homini. Proprietas iridis est in sphæra na-

UVA. BHSC. BU 08453

naturæ extremum Cœleste disponere, solis ardores mitigans, ut temperentur cum terra. *Solis etiam ardorem mitigat*, dixit Bercorius. Si igitur Maria Iris gratiæ est inter Deum, & homines; etiam ipsum Deum disponit, ut homini uniatur.

25 Deus non indiget impressione qualitatum, ut ad illam unionem disponatur per amorem cum homine. Influxus Iris Mariæ erga Deum consistit in eo, quod rigorem iustitiæ mitiget: *Soli opponitur in quantum per misericordiã virginis iustitia Christi temperatur*, ait ipse. *Bercor.*

26 Ardores solis iustitiæ oriuntur iustè ex provocatione peccatorum hominis, quæ obstant unioni; quia ad destructionem magis dirigun-tur, quam ad conservationem. Sic significavit in Exodo, dum iratus adversus Israelitas, destruere tentabat: *Dimitte me* (dixit Moysi) *ut irascatur furor meus, & deleam eos.* *Exo. 33* His ardoribus solis iustitiæ opponitur Maria temperans rigorem, ut non exeat in terram mortalium.

27 David procedebat comitatus suis, & iratus, ut vindicaret offensam à Nabale commissam: *Accingatur unusquisque gladio suo, accinctusque est David gladio suo*; sed non exercuit rigorem suæ indignationis. Impeditus fuit ab Abigail: sic dixit ipse Rex: *Prohibuisti me hodie, ne iram ad sanguinem, ut ulciscerer manu mea.* *1. Reg. 15.* Ad iter egressa est ipsi Abigail prudens, quæ efficacitate verborum, & donis oblatis temperavit iracundiam Regis, & ad pietatem reduxit cum Nabal.

28 Offensæ contra Deum ex parte hominum ita execrabiles sunt, quod illum provocant ad vindictam: *Ad iracundiam provocastis.* *Deuter. 9.* Sed volens iracundiam ad exercitiũ reducere adversus homines, opponitur Maria, veluti Iris pacis, supplici intercessione sua, & meritis ipsius perfectissimis, rigorem temperans, ictum iræ suspendens, & solum in minis manente Dei indignatione, iacula cõtra peccatores detinet.

29 Fulgura, & tonitrua procedebant è trhono, quem Ioannes vidit: *De throno procedebant fulgura, voces, & tonitrua.* *Apoc. 4.* Thronus ille erat Dei. Sed cur tot rigoribus ostendebatur ex illo throno? In throno erat liber continens peccata hominum: *Librum scriptum, in quo molesta, & acerbissima continebantur*; ait Cornelius, quibus Deus iratus, fulgura *Alapide*

UVA. BHSC. BU 08453

mittebat, & vindicaretur peccatis. Sed cur non dicit ruinam è rigore iuſtitiæ relictam? Quia manſit in minis, & fuit impeditus. Circundabatur thronus iride: *Iris erat in circuitu ſedis*, & illa impediebatur, ne attingerent fulgura homines. Erat Iris tota miſericordia: *Eſt Dei miſericordia, quæ undique circundet thronum*, ait Viegas. *Eſt* (ait Sylveira) *ſignum reconciliationis*, Maria nempè, quæ Iris mitigans Dei iram, dicit Vitalis: *Iris in circuitu Dei eſt Maria, quæ aſtat in circuitu ſedis, mitigat Dei iudicium, & ſententiam contra peccatores.* Sic temperat Maria, veluti Iris, rigorem Divinæ iuſtitiæ.

Viegas hic.

Vitalis Cardin

30 Ideò per Eccleſiaſticum platano comparatur: *Quaſi platanus exaltata ſum*, quia ſi platani folia protegunt ab ardore ſolis; Maria eſt platanus (ait Amadeus) quæ ſcutis abundat, ut hominem protegat ab ira Dei: *Virgo elegantiſſima ramorum ſuorum mirabili extenſione ſe ubique terrarum expandit, & diſperſos filios Adæ à turbine, ab æſtu, umbra deſiderabili protegit.*

Eccl. 24

Amad.

31 Nunc intelligo cæremoniam, quam præcepit Deus in veteri teſtamento exerceri à Summo Sacerdote. Quòd in fronte lamina ſemper eſſet: *Erit lamina ſemper in fronte eius.* Sic diſponebat Deus, ut placaretur ipſe in conſpectu laminæ: *Ut placatus ſit Dominus.* Figura Mariæ erat, quia in eius carne ipſe Deus fuit ſculptus unione ſubſtantiali, & in cujus conſpectu Deus iratus temperatur: *In cujus conſpectu iratus contra nos Dominus iram deponit*, ait Caſtillo. Intuitu laminæ myſticæ Mariæ, quæ Iris efformatur, ſecuritatem habemus, quia rigor iuſtitiæ Dei temperatur.

Exod. 12. & 13.

Caſtillo de veſti 69. Arõ

32 Hoc fuit myſterium manendi Iſraelitas abſque læſione ab illo gladio, qui in Ægiptijs tot flagitia exercuit, quia domos ſuas ſignarunt Hebræi ſanguine Agni, in quo Deus poſuerat ſignum pacis: *Videbo ſanguinem, & tranſibo*; quia inſpiciebat iridem Mariæ: *Reſpexit Deus in ſanguine illo aliquem reſpectum ad Mariam, & ecce cauſam, ob quam Deus iratus videns ſanguinem, protegit Iſrael*, dixit Caſtillo. Sit Deus ignis, ſit iratus, ſit evaginare gladium contra peccatores, comburat, ignefaciat, & deſtruat, dum Maria non adeſt in umbra, vel figura; ſed in-

UVA. BHSC. BU 08453

in conſpectu hujus iridis non efficiet flagella.

33 Omnis mons Synai ardebat incendijs : *Totus mons Synai fumigabat*. Deſcenderat in eum Deus, qui cum ſit ignis conſumens, accendebat totum : *Eo, quòd deſcenderet Deus in igne, eratque totus mons terribilis.* Sed cur Moyſes videt Deum in Horeb inter flammas, & nõ comburit, potius favet de libertate populi agens: *Apparuit in flamma ignis, vidit, quòd non combureretur*, & in Synaì cõburit montem? Quomodo videbatur ignis Dei in Horeb? *In medio rubi*, & rubus non ſignificat Mariam? Indubitabile eſt, hæc enim ratio, eſt cur Deus in Synaì flagitia cauſat, & in Horeb non; quia hìc habuit figuram Mariæ, non ibi : *En cauſam, ob quam Deus videtur terribilis in monte, & in rubo affabilis, nam ubi adeſt Maria adhuc in umbra Deus eſt benignus, ſine Maria terribilis*, ait Caſtillo.

Exod. 3

34 Hic eſt influxus hujus iridis Marianæ, rigorem ſolis inſtitiæ temperare, veluti Iris Cœleſtis, ſolis materialis : *Solis ardorem mitigat*, quia conſtructa ex radijs ſolis Divini in oriente: *Mariam, & Infantem in præſepio*, opponitur pietas ſua iuſtitiæ Dei, ut temperet: *Soli opponitur, in quantum per miſericordiam virginis chriſti iuſtitia temperatur.* Sic diſponit Maria, veluti Iris efficiens, extrema hæc ſuavitate ſua, nempè Deum, & hominem : *Diſponit omnia ſuaviter.*

§. III.

35 ADhuc Maria habet alium modum perficiendi unionem inter Deum, & hominem non ſolum, ut efficiens, extrema diſponens, ſed utì medium, & unio formalis inter ipſa. Proprietas Iris eſt hæc, eſſe unionem inter Cœlum, & terram: *A terra uſque ad Cœlum protenditur* ait Bercorius; ſed perfectiori modo Maria medium, & unio eſt inter Deum, & homines. *Sic ea media Deus, & peccator inter ſe coniunguntur, & ſic ſignum fœderis inter ipſos ipſa reputatur*, ait idem. Sic exprimit littera ænigmatis : *Cuncta componens*, quòd in rigore eſt denominatio formæ dantis eſſe actuale compoſitionis, & unionis.

Bercor.

36 Nihil intereſſet præparatio extremorum ab efficiente, niſi adeſſet cauſa formalis uniens, & vinculans. Quòd homo diſpoſitus ſit

ad

UVA. BHSC. BU 08453

ad unionem, & Deus, ut ad invicem fiat, optima disposítio est; sed si non adest forma uniens Deum, & hominem, non erit unio, & pax inter illa extrema. Maria enim est forma hæc, quæ medians unit, & vinculat.

37 Mysterium scalæ commune est considerationi; sed quanto magis considératum, magis mysterio-
Gen.28 sum. Communiter sentiunt interpretes figuram Mariæ esse, & solido fundamento, cum in ea Deus fuisset constitutus. Notate, quomodo scala sistebat, Deus, & homo. Scala tangens inferiori extremitate terram, & superiori, Cœlum: *Scalam stantem super terram, & cacumen ejus tangens Cœlum.* Deus in superiori gradu: *Dominum innixum scalæ*, & Jacob recumbens in parte inferiori. Hoc fuit significare in illa figura, quòd Deus homini uniendus erat, & homo Deo, media scala Mariæ, & quòd duplex natura Divina, & humana vinculo Mariæ uniendæ erant.

38 Auctor emblematum de pinxit scalam è Cœlo ad terram hac inscriptione: *Iungit utrumque*, & contemplans Mariam cecinit: *De sidet immenso, Cœlumque, solumque recessu sca-*
Auctor emblem
la tamen strata iungit utrumque via; virgo via est, quisquis sine Virgine scandit olympum absque Deo scandit, quam presit ipse viam. Est enim indubitabile Mariam medium esse, quo uniuntur Deus, & homo, & quo pax horum extremorum fit.

39 Ita separatus erat Rex Assuerus è populo Hebræorum, quòd damnatos ad mortem habebat in eadem horaque morituros in omnibus populis vasti sui imperij. Persuasione Reginæ Esther, Rex sententiam revocavit, & fuit facta pax: *Providendum est paci omnium provinciarum.* Sed quo medio ad pacem advenit Rex? Virgam manus suæ extendit usque ad collum Reginæ: *Tulit auream virgam, & posuit super collum eius.* Esther substituebat pro populo Hebræorum, & manens virga exuna parte Assuerum tangens, & ex alia Esther, fuit medium, & unio inter Regem, & Populum Hebræorum. Sed quodnam hoc medium fuit? Textus dicit: *Signum clementiæ monstrabatur*, signum unionis Regis cum Hebræis.
Esther. 16.

40 Maria enim est virga ex radice Jesse egressa: *Egredietur virga de radice Jesse.*

In

UVA. BHSC. BU 08453

In extremo hujus virgæ fuerunt, ex una parte homines, quorum filia fuit: *De radice Jesse*, & ex alia Deus, qui eius fructus fuit: *Flos de radice ejus ascendet*. Quòd Christus flos hic esset, est sine controversia. Igitur hoc fuit uniri Deum, & hominem virga illa mystica, virgamque esse medium, unionemque, quo unita extrema ipsa fuere, flos, & radix, Deus, & homo; virgamque esse signum pacis: *Signum clementiæ*.

41 Sic constructa fuit Maria signum pacis inter Deum, & homines, veluti Iris Cœlestis: *Signum fœderis*, veluti efficiens extrema disponens influxu suæ pietatis, & clementiæ, illa proportionans ad unionem: *Disponit omnia suaviter*. Et veluti formalis causa, quæ medians inter Deum, & homines, unit hæc extrema, vinculatque pacifica compositione affectuum: *Cuncta componens*. Ideò ab Evangelio proponitur solis iustitiæ radijs percussa, cum in oriente præsepis proponitur: *Mariam, & Infantem positum in præsepio*; ut influxus hujus Iridis accipiamus, ut media hac unione ultimo adhæreamus fini, nunc gratia, & in æternum gloria, &c.



ORA-

UVA. BHSC. BU 08453

ORATIO VIGESIMATERTIA,

B. VIRGINIS MARIÆ SUB EODEM TITULO DE LA PAZ.

Videamus Verbum, quod factum est nobis, invenerunt Mariam, & Infantem. Lucæ cap. 2.

1 CUm sint plures excellentiæ Mariæ, tot mysteria, quot Divina Omnipotentia operata fuit in ea, & beneficia, quæ media ipsa, homines acceperunt, innumerabiles sunt tituli, & attributa, quibus veneratur, quin tituli, & attributa adæquent excellentiam illius. Quodlibet ex attributis, & excellentijs repræsentatur iure primatus in dignitate, quia quodlibet in propria sua sphæra elevatur, utì excellentius omnibus, & quodlibet beneficium Mariæ executum. Cum filijs Adæ, sua singularitate sit creditor primatui veneration-nis. Sic consideratur attributum pacis, quo hodie colitur, & veneratur.

2 Quamvis cultus gentilitatis multum distent à Divinis Mysterijs legis gratiæ, & à veritatibus fide veneratis, & creditis; aliqua absconditur similitudo, vel identitas in cultu.

3 Ultra menses anni à Romulo assignatos, alios duos addidit Numa Pompejus, sed primitatem tribuit mensi Januario: *Numa Pompejus duos alios adjecit. Primum mensem appellavit Januarium*, dixit Rosinus. Rationem dedit Plutarchus dicens: quia in illo, beneficio pacis fruebantur, militaria exercitia belli oblivisentes: *Plutarchus docet, quod Numa Pompilius pacis studiosus Cives, à Republica ad agriculturam traducere cupiens, januario primum locum*

Rosin. de antiquit.

UVA. BHSC. BU 08453

cum assignavit. Nec judicetis erroneum tribuere tempori pacis primam venerationem; quia hoc beneficio lucrantur alia.

4 Sic attributum pacis in Maria primam veneratio-nem lucratur inter tot excellentias mysteria, & attributa hujus Reginæ; quia vinculat omnia alia attributa, excellentias, & mysteria. Cultus gentilium allusionem fecerunt huic mysterio.

5 Varijs modis proponebant simulacrum pacis. Alij, spicis deauratis; alij, virga Caducei Mercurij; alij, frondibus olivæ, alij, laureis coronatum; alij rosis; & alij sub forma fœminæ pulchræ manu infantem tenentis. Jam advertitur in mutabilitate simulacrorum, paucum firmitatis in pace, quam colebant. Sed, quæ superstitiosa fuere in illis, realitates sunt, quas copulat attributum pacis in Maria ex omnibus attributis.

6 In spicis deauratis significatur panis Bethlemiticus, qui, velati spica crevit, postquam è visceribus Virginis messus fuit, velati fructus pacis: *Posuit fines tuos pacem, & adipe frumenti satiat te.* Virga Caducei symbolam concordiæ est; ideò *Psalm. 147.* uniuntur in ea duo serpentes pacificè, & in moneta Augusti Cæsaris inscriptum erat Caduceum hac littera: *Pax augusta*: Igitur Maria est Virga Jesse, quam Isaias prædixit: *Egredietur virga de radice Jesse*, & ubi puritas suæ innocentiæ inscribitur: *Hæc est virga, in qua nec cortex originalis, nec nodus actualis culpæ fuit*; ait Ambrosius. *Pierius. Isaia. 11. Ambros*

7 In oliva exprimitur excellentia misericordiæ attributum Mariæ: *Quasi oliva speciosa*; *Mater misericordiæ.* Ideò illa columba, quæ detulit ad arcam ramum olivæ significavit pacem; & sponsus dixit Mariam esse columbam: *Columba mea.* Laurus significat integritatem, ideò gentilitas finxit Daphnem in illo conversam; & Maria plus omni pura creatura, suam integritatem conservavit, quin esse fecundam sineret: *Sine tactu pudoris, inventa est Mater Salvatoris.* Rosa, ex qua corona construebatur, habet imperium, estque florum corona in hortis; & Maria coronata fuit Regina utriusque Ecclesiæ in assumptione ad Cœlos, quando plantata fuit in imperio, veluti Rosa: *Quasi plantatio Rosæ in Jerichò.* Mulier infantem è manu tenens, efficaciam pacis signi- *Ecclesiastici 24. Ex Ecclesia. Cant. 6. Ex Ecclesia.*

fi-

UVA. BHSC. BU 08453

ficat, in efficiendo parvulos, superiores; & Evangelium hodiernum Mariam refert habentem totum Deum, veluti infantem; ut ad misericordiam reducat, & pacem cum hominibus: *Mariam, & infantem.*

8 Igitur illa varietas, qua Deam pacis antiquitas demonstrabat, in realitate ostenditur in attributo pacis, quam veneramur in Maria; & hoc attributum compendiat mysteria, excellentias, aliaque attributa Virginis Mariæ mirabili consonantia. Sic attenditur veneratione nostra, & sic eam elogijs celebrare desidero, si adsit divina gratia, &c.

AVE MARIA.

Videamus verbum, quod factum est. Lucæ 2.

9 EAmus (ajunt Pastores) ad videndum verbum, quod nobis factum est: *Transeamus, & videamus verbum, quod factum est nobis.* Inter significationes varias *verbi*, est una esse verbum vocale. Est enim (ait Gabriel) dictio quædam, quæ labijs profertur, habetque significationem ad placitum: *Est aliquid in voce significans ad placitum.* Suppono verbum vocale, quod factum fuit pastoribus, fuit verbum *pax*, quia verbum *gloria* factum fuit cœlo per Angelum: *Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus*: Igitur hoc verbum *pax*, quod nuntiatum fuit hominibus, quærebant Pastores: *Verbum, quod factum est nobis.* Si enim invenerunt Mariam cum filio: *Invenerunt Mariam, & infantem*, cum verbum vocale sit voluntariæ significationis, intelligere possumus Mariam verbum *pax* efformatam. Sed videamus, quomodo factum est verbum hoc?

Gabriel dist. 27.

10 Ex tribus litteris construitur, veluti elementis intrinsecis: Ex littera *P. A.* & *X.* duæ primæ litteræ absque controversia admittuntur. Dubitatio interest in littera X, ex quibus litteris componitur. Omnes conveniunt, quòd ex littera S. & in alijs differunt. Etenim controversiam, & dubitationem non considerans; quod certum est assumo; & tres litteræ certæ sunt, ex quibus componitur verbum pax Mariæ, nempè. P. A. & S. Ut enim causam extrinsecam effec-

UVA. BHSC. BU 08453

effectivam hujus verbi Pax, Mariæ nempè explicem, ænigma efformabo, quo proponere assumptum hodiernum decerno.

11 Sol pulcherrimus in firmamento ostenditur, ex quo radij tres egrediuntur, inter se distincti, & omnes terminantur in dando esse creaturæ, quæ excellentijs Deitatis ostenditur efformata ex influxibus radiorum illorum, ex labijs hujus efformatæ creaturæ, egreditur hæc littera è Canticis, desumpta: *Facta sum quasi pacem reperiens.* Primus radius ostenditur egrediens potentia, & fortitudine: ubi hæc littera ex Luca: *Fecit magna, qui potens est.* Secundus radius ostenditur protendere per modum incendij, & hac littera ex Judith ornatus: *Ex labijs charitatis procedens.* Tertius radius explicatur communicari splendore lucis, & hac littera ex Probervis sotiatus: *Sapientia ædificavit domum.* Hoc ænigma est, & hæc illius intelligentia.

12 Sol Divinitas est, ubi cum identitate naturæ inter se distinguntur tres Divinæ personæ, quæ illis radijs exprimuntur. Cum enim omnia opera ad extra communia sunt tribus personis, omnes tribuerunt esse Mariæ significatæ in illa creatura, ubi influxus radiorum terminantur. Quilibet radius dedit unum elementum, ex quibus componitur Maria, & est cujuslibet personæ Divinæ attributum. Pater dedit. P. Attributo Potentiæ: hoc exprimit littera primi radij: *Fecit magna, qui potens est.* Spiritus Sanctus dedit. A. Attributo amoris. Sic explicat littera secundi radij: *Ex labijs charitatis procedens.* Filius dedit. S. Attributo sapientiæ. Hoc significat littera radij tertij: *Sapientia ædificatur domus.* Cum enim ex tribus his litteris, verbum pax efformatur, ideò ait Maria in littera illa, quòd fuit facta pax: *Facta sum quasi pacem reperiens.* Videamus constructionem hujus verbi pax influxu totius Trinitatis.

§. I.

13 *Videamus Verbum, quod factum est nobis.* Primum in ænigmate est, ex sole illo primus radius oriens, influxu fortitudinis, & potentiæ, ad puram creaturam, quæ ostenditur sub forma deitatis, terminatus, & hæc littera desumpta ex Luca: *Fecit magna, qui potens est.* Radius hic est prio-

UVA. BHSC. BU 08453

persona Patris Æterni, qui prioritate originis in Deo consideratur: & influxum suum exprimit, tribuens esse Mariæ. Primam litteram tribuit, quæ verbum *Pax* componit, nempè. P. Et cum fuit efformata verbum vocale, hanc litteram dedit ei Pater locutione labiorum suorum.

14 Loquitur Maria Ecclesiastici calamo, & ait: quòd Altissimus dedit esse ipsi virtute labiorum suorum: *Ego ex ore Altissimi prodivi.* Si enim labia esse tribuunt verbis locutione, & Maria esse accepit ex labijs Dei, verbum vocale fuit facta, & verbum *Pax* influxu potentiæ Patris. *Eccl.*24

15 Opera potentiæ, quæ fuerunt opera creationis, Patri tribuuntur. Inter alia, quæ locutus est Deus in principio mundi, unum fuit, quod aquæ congregarentur: *Congregentur aquæ.* Statim fuerunt congregatæ, quia dicere Dei, est facere: *Ipse dixit, & facta sunt.* Aquis congregatis nomen imponens, appellavit maria: *Congregationes aquarum appellavit maria.* Non fuit aliud hæc congregatio, & unio aquarum, quam pacis efformatio, nempè unio extremorum; & si appellavit maria, expressio Mariæ fuit, ubi congregavit omnes gratias, eam efformans: *Pax appellavit Maria.*

16 Sed quid communicavit, ut pax efformaretur? Elementum potentiæ, quod est Patris attributum, & correspondet litteræ. P. primæ litteræ verbo *Pax.* Hæc littera fuit, quam Pater Mariæ tribuit, cum eam efformavit, ut esset hominum *pax*, eos protegens potentia, & fortitudine.

17 Iam scietis ex prophanis litteris potentiam illius Palladionis, quòd Troia habebat, & in eo pacis securitatem. Illud delirium fuit existimare fortitudinem, & potentiam, quæ nõ fuit in realitate; sed Mariæ tribuit Pater Æternus potentiã invincibilem, ut homines protegat. Turris illa Davidica, à Divino sponso celebrata cum Mariæ collum laudavit, scuta milliaria habebat ad fortitudinem suam: *Mille clypei pendent ex ea*, & quod in ea mirati sunt spiritus Cœlestes, fuit eius potentia æquivalens fortissimis castris: *Quid videtis in sulamite, nisi choros Castrorum?* Tantam potentiam Pater Æternus dedit Mariæ, ut sub illius umbra, & protectione, melius possint homines vivere cum pace, & securitate. *Cant.*4.

UVA. BHSC. BU 08453

18 E ira Esau fratris sui fugiebat Jacob, cum fatigatus recubuit in valle, ubi obdormivit : *Dormivit in eodem loco.* Ibi vidit Scalam illam mirabilem, quin Angeli per eam ambulantes somnium interrumperent, nec timor Esau suscitaret è somnio. Cur ita securus Jacob dormit, cum ab inimico quæritur ? In somnio derelinquamus, & ad Eliam deveniamus.

Genes. 28.

19 Fugiens è Jezabel, pervenit ad umbram Juniperi. Obdormivit, & accedens Angelus suscitavit eum à somnio : *Quid hic agis Elias* ? Iterum dormivit, & Angelus iterum suscitavit. Quod fuit reprehensio desidiæ, ait Sanctius : *Quasi reprehendat nimis securum, & torpentem Eliam.* Nunc reflexio.

Sanct.

20 Cur tot Angeli sistentes in Scala illa, nullus suscitat Jacob, & unus solus suscitavit Eliam ? Jacob fugiebat inimicum, veluti Elias, Juniperus sub cujus umbra Elias dormiebat, Crucem signabat, ut Rupertus dixit: *Confugit ad Sanctum, & vivificum Crucis Dominicæ signum.* Totum hoc certum est. Sed cum Scala figuraret Mariam, ibi Jacob quiescit absque timore, obdormivit securus, & pacem animi, & cordis habuit, quam non habuit Elias sub umbra arboris, quamvis Crucem signabat : *Dormivit, &c.*

Rupert.

21 Tanta est potentia Mariæ adversus inimicos hominem perturbantes, quanta intuitu suæ protectionis, eorum machinæ, & fortitudo evanent : *Sicut ignis à tactu cæra liquescit, & velut ardore solis defluit glacies, sic ab ejus facie, inimicorum deperit acies, eaque jubente nihil adversi subsistit*, ait Amadæus. Ab Æterno Patre efformata est pax hominum, primam litteram illi tribuente, veluti elementum sui esse virtute potentiæ suæ, & hoc attributum illi tribuit. Hoc exprimit littera primi illius radij ænigmatis : *Fecit magna qui potens est.* Et Mariam invenerunt pastores, qui pacem nuntiatam quærebant : *Invenerunt Mariam.*

S. Amadæus.

§. II.

22 SEcundus radius, qui in ænigmate ex sole illo oritur, videtur per modum incendij communicans se, & hæc littera : *Ex labijs charitatis procedens.* Spiritus Sanctus est radius ille, qui tribuit esse Mariæ suo Divi-

UVA. BHSC. BU 08453

no influxu. Si enim ſecunda littera, ex qua verbum vocale pax efformatur, eſt A, hanc Spiritus Sanctus tribuit Mariæ.

23 Loquitur Eccleſiaſticus de formatione Mariæ, & ſupponens ſuum Authorem eſſe Deum, fecit ſpecialem memoriam Spiritus Sancti: *Ipſe creavit illam in Spiritu Sancto.* Si igitur verbum fuit efformata, videamus verbum, quod factum eſt; modum ſuæ formationis inſpiciamus, & ſi verbum vocale effecta eſt, fuit per locutionem. *Eccleſ.* 1.

24 Eccleſia cum litteris Sacris Spiritum Sanctum, ſue ejus effectus appellat notitiam vocis: *Scientiam habet vocis.* Eſt enim certiſſimum efformaſſe Mariam verbum pax locutione, & pronuntiatione. *Actor.* 4

25 Cum Spiritus Sanctus ſuper Apoſtolos deſcendit audita fuit vox magni ſonitus, veluti è Cœlo: *Factus eſt repente de Cœlo ſonus tanquam advenientis Spiritus.* Effectus hujus vocis fuerunt congregari eos, qui erant diſperſi: *Facta autem hac voce, convenit multitudo.*

26 Nunc legamus, quod dixit Chriſtus per Joannem. Locutus eſt Diſcipulis, & dixit illis: *Spiritus Paracli-* *Joann.* 14.
tus, quem mittet Pater, ſuggeret vobis omnia, quæcunque dixero vobis. Quid dixit poſtea Diſcipulis? *Pacem relinquo vobis.* Quem reliquit in Eccleſia? Mariam. Quomodo Spiritus Sanctus fecit, quod Chriſtus dixit? Linguis: *Apparuerunt diſpertitæ linguæ*; ſi ergò, quod Chriſtus reliquit fuit pax, & Maria fuit, quæ manſit in Eccleſia, Spiritus Sanctus eſſe tribuit paci linguis, quibus locutus fuit. Videamus litteram, ſeu elementum, quod tribuit illi, ut verbum pax fieret. Fuit enim A littera, quæ amorem initiat, ut hoc incendio Maria eſſet pax hominum, quæ eorum ſtabilitatem firmaret.

27 Linguæ illæ, quæ in Cœnaculo fuerunt viſæ, & pacis effectrices, fuerunt ignis: *Tanquam ignis*, & ſi in igne illo, qui ſemper conſervabatur cura Virginum Veſtalium antiquitas, licèt errans, ſecuritatem pacis habebat, majori firmitate ſtabilitur pax Eccleſiæ igne, quem amor Divinus communicavit Mariæ.

28 Maria enim eſt tota charitatis incendium. Ideò ait Anaſtaſius Niſenus figurabatur in lapide illo, qui, ut Anſelmus dicit, in rationali *Anaſt.*

erat

UVA. BHSC. BU 08453

erat ultra duodecim auro incluſus: ſic Caſtillo aſſerit: *Hæc gemma ſingularis incluſa erat auro: ita Maria tota fuit incluſa auro charitatis.* Formata fuit à Spiritu Sancto verbum pax littera amoris, ut eſſet fons charitatis, undè omnes participes fierent.

Caſtillo de orn. Aaron.

29 Mariam appellat ſponſus fontem ſignatum: *Fons ſignatus.* Fons Spiritus Sancti ad hominum beneficium: *Hominibus Maria fons Spiritus æterni*, dixit Ephrem. Fons amoris eſt, quia omnia incendia Spiritus Sancti in Mariam effuſa ſunt: *Nimirum ex eo, quod Spiritus Sanctus ſupervenit in te*, dicit Rupertus.

Cantic. 4.

S. Eph.

Rupert.

30 Nunc interrogo: Fons vices ſpeculi non facit? Experientia firmat. Si igitur homo per peccatum ſeparatur à Deo, quin videre eum poſsit, veluti Abſalon à David; Fons amoris eſt Maria, quæ, veluti ſpeculum, exprimit Deum hominibus, ut cum illis pacificet. Ricardus dicit: *Maria Fons vicem ſpeculi ſupplet facies Patris, Filius eſt, hanc faciem reddit nobis fons iſte.*

Ricard. à S. Laurent.

31 Maria oritur è labijs Divini amoris, qui producens ſecundum ipſius attributum, tribuit Mariæ ſecundam litteram Verbi Pax, quæ eſt A, communicans amorem, & charitatem, quo impulſu efficiat pacem inter Deum, & homines, affectu uniens, & ſeparationem, quam per culpas habent, avertens. Sic exprimit Mariam ænigma ſecundo illo radio, ex origine charitatis: *Ex labijs charitatis procedens*, veluti verbum pax: *Verbum, quod factum eſt nobis.*

§. III.

32 TErtius radius, qui è ſole illo egreditur ſplendore lucis terminatur ad eandem creaturam, ubi hæc littera oſtenditur: *Sapientia ædificatur domus.* Radius ille eſt perſona Filij Dei, nempè ſapientia increata, & quæ influxu ſuo tribuit eſſe Mariæ, ei ultimam litteram communicans, qua verbum *Pax* conſtruitur littera S, quę eſt certa, & ex qua conficitur X: Verbum Divinum tribuit eſſe Mariæ ſuo ſpeciali influxu.

33 Loquitur Maria per Eccleſiaſticum, & ait, quòd, qui ex ipſa thronum ſibi fecit, fuit artifex ipſius: *Qui creavit me, requievit in tabernaculo meo.* Fides docet Verbum Divinum collocatum

Eccleſ. 24.

UVA. BHSC. BU 08453

cum fuisse in Maria, ipse idem(ait Maria)est,qui creavit me, & si verbum vocale fecit eam,fuit locutione. Verbum Divinum habet esse sapientiam attributivè, & cum ad intellectum pertineat, & hujus potentiæ sit proprium dicere, dicens verbum tribuit esse Mariæ; sed influxu, & splendore sapientiæ, quæ est S tertia, & ultima littera verbum *Pax* integrans.

34 Salomon in Proverbijs ait, quòd sapientia ædificavit domum sibi : *Sapientia ædificavit sibi domum.* Loquitur de æterna sapientia: *Hæc sapientia,quæ Deus erat de sinu Patris*, ait Bernardus. Et quòd,hæc domus fuit Beata Virgo Maria, ipse ait: *Ipsam Matrem suam Virginem ædificavit.* Igitur verbum,utì sapientia, dedit esse Mariæ, & si efformavit dicens, verbum effecit. Videamus si verbum pax efecta est. Constans est in sententia Augustini ædificatum fuisse veluti Pax : *Sacramentum reconciliationis nostræ ante tempora æterna dispositum mille figuris implebant, & intra intemeratæ viscera ædificante sibi Sapientia domum, Verbum caro fieret.* Quia si ædificavit, ut in illa fieret unio duarum naturarum,efformata est pax, & reconciliatio.

Prov.9.

S.Bern.

Augus.

35 Ad textum considerandum deveniamus, & majori demonstratione declarabitur : *Sapientia ædificavit sibi domum.* Sed quid in ædificio ipso fecit? Dicit textus : *Miscuit vinum;* Verbum Divinum fuit mixtum carni, & sanguini humanæ naturæ in Maria. Nunc accedite cæremoniam antiquorum Armeniorum, Ægyptiorum, & Persarum, ut pacem stabilirent. Utrumque digitum pollicem discordantium utriusque manus dextræ colligabant, & uterque digitus percussus, uterque sanguis miscebatur, & in hac mixtione manebat stabilita unio, & pax nationum. Sic refert Cornelius Tacitus. Nunc textus.

Cornel. Tacit.

36 Sapientia Æterna ædificavit Mariam domum propriam, & ut intelligeretur ædificatam esse pax:*Miscuit vinum*, cum sanguine illius mixtionem fecit, quæ erat naturæ humanæ, manente ædificata pax inter Deum, & homines, veluti verbum, cui dedit esse virtute suæ locutionis. Sed quid dedit illi Verbum Divinum? Sapientiam, quæ est ipsius attributum, & respondet litteræ S, quæ ultimum

UVA. BHSC. BU 08453

rium elementum est Verbi Pax.

37 Quamvis Maria haberet attributa potentiæ, & amoris, veluti elementa communicata à Patre, & Spiritu Sancto, absque attributo sapientiæ non esset perfectè pax. Ideò antiqui dixerunt de Pallade, quòd arma, & potentia non deservirent absque directione sapientiæ: *Pier. Valerian.* *Arma parum proficere, nisi quæ per sapientiam administrantur*, dixit Pierius. In Maria fuit hoc attributum sapientiæ, veluti elementum à Divino Verbo participatum, eam ædificans pacem erga homines, et rigores Divinæ Justitiæ suspendat. Efficacia sapientię illius persuadet ipsum Deum, ut suam misericordiam exerceat, ut flagitia suspendat, & ut pietate agat. Fuit sapientior celebrata Abigaile, quæ temperavit David iratum adversus Nabal.

38 In persona sponsæ Maria ait habere lævam sponsi sub capite suo: *Cantic. 8.* *Læva ejus sub capite meo.* Vinculatam habet crine sui capitis: *Castill.* *Veluti ligata est uno crine sponsi*, ait Castillo. Læva Verbi est Justitia, dicit Bernardus: *Bernar.* *Videtur mihi hoc loco per lævam Verbi intelligi posse comminationem supplicij.* Capilli sunt cogitationes, ubi splendet sapientia; si igitur Maria ligatam habet manum lævam Dei suis cogitationibus, ligatam habet justitiam sua sapientia, dextra manente ad misericordiam. Sic discurrit Castillo: *Læva Christi significat justitiam: absconditur hæc manus sub Mariæ capite, & ligata detinetur, ne contra homines exequatur rigorem; dextera verò, quæ regni promissionẽ significat, solũ relinquitur, ut hominibus largiter benefaciat.* *Castill.*

39 Hæc est littera, quam Verbum Divinum tribuit Mariæ in ejus formatione influxu suæ proprietatis, & attributi. S, sapientiæ. Sic exprimit littera radij tertij ænigmatis: *Sapientia ædificatur domus.* Ædificavit ad incarnandum, quod fuit uniri Verbũ naturę humanę media carne Mariæ, & sic pax inter Deũ, & hominẽ fuit facta.

40 Hoc est verbum à pastoribus quæsitum, *videamus Verbum*, pax, quæ ab Angelo nuntiata est: *In terra pax hominibus*, hanc invenerunt: *Invenerunt Mariam*, efformatã verbũ pax ex littera P, quã Pater dedit, ex A, quã Spiritus Sanctus, & ex S, quã Filius, ut esset pax ad majorem Dei gloriam, &c.

UVA. BHSC. BU 08453

ORATIO VIGESIMAQUARTA,

DE NOMINE B. VIRGINIS MARIÆ.

Et Nomen Virginis Maria. Lucæ cap. 1.

1 TOT sunt excellentiæ materię hujusdiei, quot non potest intellectus concipere, nec humana vox declarare. Sic intellexit Bernardinus. Laudare volebat nomen Mariæ, & videns improportionem facultatum ad assumptum, ipsi Virgini postulabat intellectus illuminationem, & voces: *Da mihi Gloriosa Virgo Maria virtutem, ingenium, & sermonem, ut fidelibus nuntiare valeam gloriam nominis tui.* Recognitio fuit elevationis assumpti, & propriæ improportionis in Oratore elegantissimo.

S. Bernardin. serm. 1. de Nom. Mariæ.

2 Ratio nominis est (ait Doctor Angelicus) quod intellectus conceptum faciat significationis nominis: *Ratio, quam significat nomen est conceptio intellectus de re significata per nomen.* Cum enim elogia nominis proportionari debeant excellentijs significatis, tanto plus exigit elogia majora, quanto magis elevatæ sunt proprietates, quæ sunt conceptus per nomen significati.

D. Th. part. 1. quæs. 13 art. 4. in corpor.

3 Laus tua, & elogia magnitudinis tuæ (ajebat Psaltes Deo) mensuranda sunt nomine tuo: *Secundum nomen tuum, sic, & laus tua.* Erat nomen Dei, quod Moysi interroganti dixit ipse Deus: *Ego sum, qui sum.* Esse habere per essentiam, & independentiam; si igitur nomen Dei in majestate illa significat tantam perfectionem, laudes Dei suo nomine sunt mensurandæ: *Secundum nomen tuum.*

Ps. 47.

Exod. 3

4 Ex hoc inferre potest quod elogia elevata exigit no-

UVA. BHSC. BU 08453

nomen Matris Dei, ut proportione ſuis excellentijs laudetur, & quòd ſi intellectus non poteſt formare conceptum perfectionum, quas exprimit nomen Mariæ in pura ipſa creatura, nec lingua voces efformabit ad laudandum nomen ipſum. Solum poteſt laudari perfectionibus ſuperioribus ſupra omnes creaturas abſque comparatione.

5 Ut Apoſtolus explicet excellentiam Verbi incarnati ſuper omnes Angelos, per nominis excellentiam, quod habuit iure hæ-
Hebr. 1. reditario, exprimit: *Tanto melior Angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditavit*: Et probationem exhibens, ait: *Cui enim Angelorum dixit aliquando, filius meus es tu?* Igitur Paulus Chriſti excellentiam laudat ſupra Angelos per excellentiam nominis filij Dei, quod Angelis non tribuit, nec aliæ creaturæ.

6 Si enim Maria per hæreditatem habuit nomen Matris Dei (quod aliæ creaturæ non convenit) ſupra omnes creaturas laudanda eſt ex nomine ſuo: *Quanto differentius, &c.* Et non eſt hic conceptus, quem ſignificat nomen Mariæ, nempè eſſe Matrem Dei? Ambroſius dixit: *Speciale Maria Domini nomen invenit, quod ſignificat Deus ex genere meo.* Speciale ait, quia excellit omnes creaturas angelicas, & humanas.

7 Hic eſt conceptus nominis Mariæ magis excellens. Si enim ſcrutantur elementa, & litteræ ex quibus conſtruitur, tot continet myſteria, quot excedunt ariſmethicam. Ex quinque conſtat litteris, quarum quælibet compendium eſt perfectionum, quæ ſunt propriæ Mariæ.

8 Si pretioſum naturæ conſideratur, litteræ exprimunt lapides pretioſiores. M: Margaritam. A: Adamantem. R: Rubinum. I Iaſpidem. & A: Amethiſtum. Si Matronas antiquitatis, exprimit excellentiores antiqui teſtamenti: M: Michol A: Abigail. R: Rachel. J Judith. A: Abiſac ſunamitidem. Si Attributa ſuæ magnitudinis. M: Matrem univerſorum. A: Arcam Theſaurornm Dei. R: Reginan Cœlorum. I: Imperatricen Cœli, & terræ. A: Auguſt totius orbis. Si conſideratu Maria dicens ordinem ad hominum beneficium; excellentiora attributa expri munt litteræ nominis ſui

UVA. BHSC. BU 08453

M: Mediatricem. A: Auxiliatricem. R: Reſtauratricem. I: Ianuam Cœli. A: Advocatam. Amplius: M: Matrem Miſericordiæ. A: Aquæductum. R: Rorem Spiritus Sancti. I: Illuminatricem. A: Atrium Dei. Sed quid immoror in relatione myſteiorum, & Attributorum, quæ nomen Mariæ continet, ſi humana intelligentia nequit comprehendere? Solum indigeo ad hujus nominis laudationem auxilio divinæ gratiæ, &c.

***

AVE MARIA.

Nomen Virginis Maria. Lucæ cap. 1.

9 EVangelium nomen Mariæ exprimit, ut Cœli caracteribus maneat in æternum. Omnes excellentiæ hujus nominis probantur ad laudationem ex principio, aquo habuit eſſe ex ſe ipſo, ubi theſaurizantur perfectiones, & ex fructibus, effectibuſque ipſius nominis. Ad media hæc reducentur demonſtrationes rerum. Ut ergo fiat demonſtratio excellentiæ nominis Mariæ, ænigma efformabo, ubi hæc media inſcribantur.

10 In ſcuto oſtenditur pulchra fœmina, & parva, in cujus pectore ſculpta videtur ex auro littera M: majuſcula, in qua inferitur littera A: ex ipſo auro. Ex labijs fœminæ egreditur littera hæc ex Exodo deſumpta: *Hoc nomen mihi eſt in æternum.* A parte ſuperiori uſque ad ſcutum, procedit hæc deſumpta ex Luca: *Oriens ex alto.* In circunferentia ſcuti, circuit hæc ex Eccleſiaſtico deſumpta: *In eo invenitur theſaurus.* Et in parte inferiori, videntur varij fructus, & divitiæ ornatæ hac littera ex Matheo: *Profert de theſauro ſuo nova, & vetera.* Hoc eſt ænigma, quod per diſcurſus explanabitur.

Exod. 3

Lucas 1

Eccl. 40

Math. 13.

§. 1.

11 PRimum in ænigmate, eſt ex ſuperiori parte uſque ad ſcutum, deſcendere hanc litteram ex Luca deſumptam: *Oriens exalto.* Quod continetur in ſcuto in pectore Virginis, eſt littera M & littera A, inter ſe colligatæ, & inſertæ, quòd eſt nomen Mariæ, ut ſcribitur abbreviatum. Hoc eſt nomen Matris Divini Verbi prædeſti-

UVA. BHSC. BU 08453

tinatum ab æterno per Divinam voluntatem. Sic exprimit littera egrediens ex labijs Virginis illius, quæ signat Virginem Mariam: *Hoc nomen mihi est in æternum.* Igitur hoc nomen (ait littera superior) è Cœlo habuit originem: *Oriens ex alto.*

12 Hæc est prima demonstratio, mediumque, quo ostenditur excellentia nominis Mariæ: principium à quo habuit esse. Ipse Deus fuit origo, & principium illius: Sic asserunt celebratissimi Ecclesiæ Doctores: *Nomen Matris Christi impositum est à Deo*, ait Ambrosius cum alijs. Audiamus venerabilem historiatricem Virginis.

S. Amb. serm. de Nativi.

13 In capite vigesimoprimo primi libri ait, quòd statim, quòd nata fuit Virgo Maria, elevata fuit ministerio Angelorum in præsentiam Beatissimæ Trinitatis corpore, & anima; ubi post mysteria altissima, quæ angelos admirationem replerunt, ait: *Manifestò à los Espiritus Celestiales, que las tres Divinas Personas avian decretado, y formado, los Dulcissimos nombres de Jesvs, y de Maria*, ab initio ante sæcula; *y que en todas las eternidades se avian complacido con ellos, y tenidolos gravados en su memoria eterna, y presentes en todas las cosas, que avian dado sèr: Y oyeron vna voz de el Trono, que dezia en persona de el Padre Eterno: Maria se ha de llamar nuestra electa, y este nombre ha de ser maravilloso, y magnifico.* Etenim ipse Deus, totaque Trinitas decreto æterno illius Divini Consilij decrevit, & dedit nomen Mariæ, quæ futura erat Mater Dei.

Mystic. Ciud. de Dios, p. 1. l. 1. c. 21. nu. 334.

14 Nunc intelligo verba illa Spiritus Sancti in Ecclesiastico. Loquitur Beata Maria sub metaphora sapientiæ, & ait, quòd illa exivit ex ore Altissimi, velut primogenita, ante omnem primam creaturam: *Ego ex ore Altissimi prodivi primogenita ante omnem creaturam.* Intelligamus hoc mysterium. Verum est, quòd omnes creaturæ ab æterno decretatæ sunt per voluntatem Divinam ordine prioritatis exigito à qualibet earum; sed esse reale non habuerunt, & existentiale in signo illo, sed postea in distinctis tẽporum differentijs. Verum est, quòd velle, & dicere Dei efficax, tribuit esse reale rebus, existere faciens, dixit Psaltes: *Ipse dixit, & facta sunt.* Sed cum nulla creatura fecun-

Psal. 32.

UVA. BHSC. BU 08453

cundum esse existentiæ exivit ex ore Dei in puncto æternitatis. Dicere Maria exisse ipsam ex ore altissimi prius omni creatura, & non exisse in esse reali existentiæ, infertur nomen ejus sanctissimum exisse in æternitate ex ore Dei à labijs Divinis pronuntiatum: *Ex ore altissimi, &c.*

15 Ex hoc infertur excellentia hujus nominis Mariæ, accepisse ab æterno esse ab ipso Deo, & permanère ante esse omnium creaturarum.

16 Psaltes laudat magnalia Dei per mysteria, quæ prævidit incarnationis, & adventus Domini in carne, & ait, quòd nomen ejus sit benedictum in omnia sæcula: *Sit nomen ejus benedictum in sæcula*, & rationem reddēs gloriæ hujusmodi, ait, quòd nomen illud habuit esse, & permansisse ante creaturam fulgentissimam, nempè solem: *Ante solem pèrmanet nomen ejus.* Devotissimus Bustos intellexit elogia illa de nomine Mariæ, quod habuit esse ante omnem creaturam in decretis æternitatis: *Scilicet in Dei prædestinatione.* Sed ni fallor ex textu infertur, quòd de nomine Mariæ loquitur David.

Psal.71

Bustos serm. de Nomin. Mariæ.

17 In eodem Psalmo refert varia mysteria, & beneficia, quæ futura erant per verbum incarnatum, & ait, quòd ultra tot mysteria, futurum est firmamentum, cujus fructus super excellet in monte Libano: *Et erit firmamentum in terra in summis montium, super extolletur super libanum fructus ejus.* Maria est firmamentum (ait Doctor Seraphicus) cujus fructus excelluit montes eminentiores sanctitatis: *Domina nostra fuit Cœli firmamentum.* Statim enim, quòd David dixit futurum esse firmamentum, ait, quòd nomen ejus sit benedictum in omnia sęcula: *Sit nomen ejus benedictum in sæcula*, quod esse habuit ante omnes creaturas: *Ante solem pèrmanet nomen ejus.*

S. Bonæ. ser. 1. de æip. p. 3.

18 Hoc nomen Mariæ, quod Deus in æternitate pronuntiavit, in tempore fuit datum Matri Dei ab ipso, postquam in materialem lucem orta est, & illud decretum ab æterno datum, in tempore existentiæ Mariæ confirmatum est; plura tempora ante existentiam Mariæ prædixit Spiritus Sanctus nomen illud Matris Dei, quod ab æterno habuit esse, confirmandum fore executione in tempore.

Ædi-

UVA. BHSC. BU 08453

Eccl. 40

19 *Ædificatio civitatis confirmabit nomen: & super hanc mulier immaculata computabitur*, per Ecclesiasticum ait. Quòd Maria sit hæc civitas, quæ ædificata est, cum esse reale accipit, est constans; quia sub forma civitatis eam vidit è Cœlo descendere Joannes:

Apo. 21

Vidi Civitatem Sanctam Jerusalem descendentem de Cœlo. Sed textus ipse asserit, quòd supra illam civitatem intelligenda est mulier sine macula: *Mulier immaculata computabitur*, & sola Maria inter omnes Adæ filiòs immaculata fuit. Ædificatio igitur, & esse reale ipsius creaturæ confirmabit nomen, ait Spiritus Sanctus: *Ædificatio, &c.* Quia nomen, quod decrevit, & pronuntiavit Deus in spatijs æternitatis, idem, quod in tempore fuit datum, est, ab ipso Deo. Habere enim nomen Mariæ principium tam superius, demonstratio est excellentiæ ipsius nominis.

20 Consideratione dignum est, quod in historia Geneſis legitur. In capite secundo dicitur, Deum posuisse ante Adamum omnia viventia cœlestia, terrestriaque, ut tribueret nomen cuicunque in specie sua: *Adduxit ea ad Adam, ut videret, quid vocaret ea.* In primo capite dicitur, ipsum Deum imposuisse nomen firmamento: *Vocavit Deus firmamentum Cœlum.* Cur non reliquit Adamum posuisse nomen? Si nomina aliarum rerum imposuit, ut conveniebant illis, quare non firmamento? Dixit Cajetanus, Deũ sibi reservasse nomen corporibus cœlestibus imponere: *Astrorum nomina reservata sunt Deo.*

Gen. 2

Idem c. 1.

Cajet. ibi.

21 Impositio hominum (ait BejerlincK) pertinet ad quem habet imperium rei, & comprehensionem proprietatum, & perfectionum; ut sit nomen conforme: *Nominis impositio declarat imperium, & potestatem, immo, & scientiam illius, qui nomen imponit, ac excellentiam, in super & potestatem in eum, cui nomen imponitur.* Cum enim Adamo non fuit datum imperium super Cœlos, & Astra; non potuit nomen imponere, & adiudicatum fuit ipsi Deo. Amplius: quamvis Adamus habuit scientiam proprietatum viventium, terrestrium, & cœlestium, non pervenit ad cœlorum comprehensionem propter excessum perfectionis erga creatu-

Bejerl. Teatr. vit. human. v. Nomen

UVA. BHSC. BU 08453

turas terrestres; non enim sit in potestate Adami nomen imponere Cœlis, Deo ad judicetur, & se ipso nomen imponat illis, quia excellentia creaturarum talium, Auctorem nominis exigit ipsum Deum: *Vocavit Deus firmamentum Cœlum, Astrorum nomina reservata sunt Deo.*

22 Ex hoc oritur magna difficultas. Sit optimè Adamum nō imposuisse nomen firmamento, quia nec potestatem, nec cognitionem habebat; sed cur prævenit Deus, & nomen imposuit congregationi aquarum, maria appellans: *Congregationes aquarum appellavit maria*? Cur non Adamus? Nonnè non habuit dominium in aquis terræ, ut eis uteretur suo arbitrio? Nonnè non comprehendit proprietates aquarum congregatarum? Non audeo denegare Adamo in statu fœlici illam cognitionem. Igitur, quod mysterium fuit Deum per se ipsum nomen imponere aquis congregatis, & non imponere Adamum? Dicam, quod intelligo.

23 Sunt diversi conceptus rerum secundùm quod sunt per naturales proprietates, & secundùm signant ex Divina dispositione. Secundùm quod habent è natura possunt comprehendi, & ignorari secundùm quod significant. Hoc confirmatur omni varietate rituum, & cęremoniarum legis antiquæ, quæ comprehendebantur, & nesciebantur secundùm mysteria gratiæ, quæ signabant.

24 Verum est comprehendisse proprietates aquarum, illarum congregationem secundùm naturam, non autem secundùm significationem. Illa aquarum congregatio significabat Matrem Dei, quæ futura erat, ubi congregatura erat omnipotentia omnes fluctus gratiarum, & donorum. Hæc creatura fuit abstracta ab Adami imperio, & ab ejus comprehensione; non sit enim in ejus potestate nomen imponere ipsi, sed sit Deus imponens, qui solum comprehendit excellentiam aquarum congregatarum in sua significatione, & appellantur maria, quod est idem, ac Maria: nunc Cartagena: *Ideò congregationes aquarum appellavit maria, ut sic primus omnium Mariam pronuntiaret.* Fuit enim Deum comprehendere Matrem Dei in aquis figuratam, & gloriam habere esse primum, qui nomen Mariæ pronuntiavit.

Cartag. Mariale tom. 1. libr. 2. hom. 6.

Hæc

UVA. BHSC. BU 08453

25 Hæc eſt prima demonſtratio, & primum medium, quo cognoſcitur excellentia nominis Mariæ, principium à quo eſſe habuit, & originem duxit, nempè ipſum Deum in æternitate, & tempore. Et hoc, quod exprimit littera illa ænigmatis, quæ in parte ſuperiori oſtenditur: *Oriens ex alto.*

§. II.

26 SEcundum in ænigmate eſt in circunferentia ſcuti nominis hæc littera ex Eccleſiaſtico: *In eo invenitur theſaurus.* Explicatur excellentia nominis Mariæ per medium perfectionis, quam in ſe continet, quòd eſt theſaurus perfectionum, & gratiarum.

27 Deus per naturam eſt ubi continentur omnes perfectiones, gratiæ, & divitiæ modo infinito, & cum ipſe tribueret eſſe nomini Mariæ ſpeciali modo ſuprà omnia quibus dedit eſſe, participavit eſſe theſaurum omnium gratiarum, & excellentiæ omnis. Damianus conſiderat modum, quo Deus dedit eſſe nomini Mariæ; & ait, quod fuit evolutum è theſauro Divinita-

Damia. tis: *De theſauro Divinitatis Mariæ nomen evolvitur.* Dicere voluit, quòd omnes gratiæ, & excellentiæ, quæ in illo continentur theſauro Dei, devolutæ ſunt per participationem in nomine Mariæ.

28 Ideò hoc nomen æquivocatur nomine Dei. Hebræi ſcribebant nomen Dei in circulo (ait Viegas) modo abbreviato tribus ſignis, quæ appellabantur *Jod*, & in forma linearum fiebant, in parte ſuperiori ad ſiniſtram erant retortæ, & puncto camers, quod habet formam *a*. Tria ſigna interſe conjuncta conſtruunt litteram *m*, quæ cum *a*, Mariam ſignificat abbreviato modo, quia hoc nomen equivocatur cum nomine ipſius Dei.

Viegas in Apocalypſ. cap. 12.

29 Amplius: Nomen Tetagrammàton eſt nomen Dei. Sic ſentiunt communiter Interpretes. In ſenſu grammaticali dixit Calepinus: *Tetagrämaton quatuor litteris conſtat, undè Dei nomen.* Nunc igitur, tria ſunt nomina Tetagrammàton, ait Viegas, Dei, Jeſus, & nomen Mariæ: *Tertium denique nomen Tetagrämàton eſt nomĕ Sanctiſſimum Virginis Mariæ.* Videte æquivocari nomen Mariæ cum Dei nomine, & ſi nomen Mariæ participatum fuit è theſauris Divinitatis: *De theſauro Di-*

Calep. litt. T.

Ubi ſuprà.

UVA. BHSC. BU 08453

Divinitatis evolvitur, thesaurus contentus in nomine Mariæ æquivocatur cum Dei thesauro. Me interrogare permittatur, ut conceptus hic stabiliatur.

30 Per quid ergo cognoscitur excellentia, & pretiositas nominum? Per significationem, quam habent; quia non attenta significatione, nomen manet solum in voce, vel locuta, vel scripta. Quæ est significatio nominis Mariæ? Esse principium secundum ad Matrem Dei esse: *Speciale Maria nomen Domini invenit, quod significat Deus ex genere meo*, ait Ambrosius. Ut Maria principium esset tribuendi Deo esse, necesse est habere in se participatum thesaurum Divinitatis; hoc est verum; igitur thesaurus hic fuit debolutus è thesauro Dei in nomine Virginis Mariæ, quod Damianus dicebat: *De thesauro Divinitatis evolvitur*, & qui continetur in hoc nomine, ut esse tribuat ipsi Deo, quod Ambrosius dixit: *Significat Deus ex genere meo.*

S. Amb. de insti. V. cap. 5.

31 In Evangelio inveniemus hoc esse verum; accessit nuntius ex parte totius Trinitatis ad nuntiandum Mariæ, quod Deus dictaverat, & cum ingressurus erat suo nomine salutans, non sic fecit, sed appellavit eam plenam gratia: *Ave gratia plena*: legationis nuntium prosequitur Angelus, sequitur turbatio Mariæ; & ut eam securam redderet, nomen illius dixit: *Ne timeas Maria.* Ut quid Angelus expectavit exprimere nomen Mariæ? Ad declarandum mysterium, & thesaurum, quē in se habebat, in annuntiatione, quam fecit statim, ac nomen expressit: *Ecce concipies, & paries, & vocabitur Altissimi filius*, quòd conceptura erat, & paritura Deum. Non exprimat ergo nomen usque dum mysterium explicet, quod continet, & thesaurum, quem significat, nempè fecunditatem, ut esse tribuat Deo. Sic intellexit Sylveira: *Sic Marianum nomen auspicium Divinæ Maternitatis est, ut tamen dicatur, quando ipsa Maternitas Divina aperitur.* Dicat enim Angelus nomen, cum declaraturus est eam Matrem, & Matrem exprimat, cum nomen dixit, quia nomen expressum, declaratur thesaurus fecunditatis, quem continet, ut ipsum generet Deum, & Matre Dei declarata, explicatur thesaurus fecunditatis contentus in Ma-

Sylv. tom. 2. in Apoc. cap. 12. q. 11. n. 102.

UVA. BHSC. BU 08453

Maria: *Ne timeas Maria: concipies, &c.* Ex hac continentia thesauri Divinitatis in nomine Mariæ, arguitur thesaurus donorum, & gratiarum, qui continetur in hoc santisimo nomine; quia si in thesauro Dei ex infinita perfectione ipsius continetur omne donum, & omnis gratia; hic thesaurus participatus nomini Mariæ, omnis gratia, donumque communicanda erant, ut nomen illud proprium Matris Dei esset.

32 Nunc intelligo mysterium congregationis aquarum imperio Dei in principio mundi. Præcepit congregari aquas: *Congregentur aquæ in locum unum.* Gen. 1. Postea appellavit maria: *Congregationes aquarum appellavit maria.* Quia si hoc nomen significat omnes aquas unitas, prius congregentur, antequam nomen imponatur: hoc insensu litterali est. Ad allegoriam deveniamus.

33 Dixi iam cum Cartagena fuisse Deum, voluisse primum esse, qui nomen Mariæ pronuntiaret: *Ut sic primus omnium Mariam pronuntiaret.* Igitur cum prævenit nomen in prolatione, prævenit, & significavit in gratijs, & donis, quæ nomen significat. Illa congregatio aquarum (ait Albertus Magnus) *Fuit omnium gratiarum congregatio*, cui nomen dedit Maria: *Congregatio gratiarum appellatur Maria media producta.* Congregare aquas Deus in locum unum, fuit significare, quòd in Maria congregandæ erant omnes gratiæ ex thesauro Dei participatæ: *In locum unum, scilicet, in animam Virginis,* ait Antoninus; igitur post congregationem illarum imposuit nomen: *Appellavit Maria*; quia nomen Mariæ significat continentiam sancti thesauri gratiarum, & donorum. *Albert. Magn. de laud V. cap. 162.* *S. Anto part. 4. tit 15. cap. 4.*

34 Hoc est mysterium ingressus Angeli salutatione non nomine ipsius Virginis, sed plenitudine gratiarum, & participatione esse Dei: *Ave gratia plena, Dominus tecum.* Ut, cum nomen exprimeret, intelligeretur thesaurus gratiarum, quem significabat, & continebat nomen illud: *Omittit Angelus interponere nomen Maria, quia nominandum erat postquam gratiæ ejus fuerunt explanatæ, sine quibus tam plenæ significationis nomen non intelligeretur*; ait Albertus Magnus. *Albert. Mag. in Iacone, cap. 1.*

35 Nunc intelligo elogium

UVA. BHSC. BU 08453

gium illud Chrisologi nomini Mariæ, illud appellans collectionem sanctitatis: *Mariæ nomen collegium est Sanctitatis.* Quia significat thesaurum omnium donorum gratiæ colligatorum.

Chriſo. ſer. 146

36 Constans est, quòd de Eucharistiæ Sacramento, & sacrificio incruento verificatur, per propietatem, & excellentiam appellari *Sanctissimum*; quia quamvis alia causent gratiam, non continent tamen sanctitatem substantialem, nec accidentalem continentia formali; sed Eucharisticum realiter continet gratiam substantialem, quia continet Deum hominem. Etiam est certum Sacramentum hoc compendiare omnia mysteria gratiæ, & sanctitatis, & quod de illo verificatur illud Psalmi: *Memoriam fecit mirabilium suorum.* Ideò igitur per excellentiam habet nomen *Sanctissimi*, per continentiam, & collectionem. Etiam est indubitabile, solum illud esse sacrificium nobis in lege gratiæ relictum, ut Deo major cultus tribuatur, ex eo, quod offertur, quia in eo verificantur, & ad implentur omnes prophetiæ, & figuræ sacrificiorum antiqui testamenti.

Pſ. 110

37 Hanc igitur excellentiam hujus sacrificij, & Sacramenti, habet nomen Mariæ. Est nomen Mariæ (ait Chrisologus) conforme prophetijs, & est sacrificium Dei: *Mariæ nomen prophetiæ germanum est, hoc Dei sacrificium.* Quia si sacrificium altaris copulat omnia mysteria gratiæ, & thesauros sanctitatis, & in quo omnes prophetiæ sunt adimpletæ, hoc mysterium, thesaurumque, continet nomen Mariæ: *Collegium Sanctitatis*, quia devolutum è thesauro Divinitatis, participavit omnem plenitudinem, littera dicit: *In eo invenitur thesaurus.* Tertio in ænigmate, parte inferiori varietas fructuum est, & divitiarum, hac littera ex Luca desumpta: *Profert de thesauro suo nova, & vetera.* Significatur, quòd, si nomen Mariæ continet, & significat thesaurum gratiarum, donorumque, quæ devoluta fuerunt è thesauro Divinitatis, ex ipso nomine exeunt omnes gratiæ, omnia dona, & beneficia hominibus velut è thesauro magno.

Chriſ ubi ſu

38 Omnis varietas gratiarum provisa fuit à Christo in septem Sacramentis, ut exprimit Doctor Angelicus; ut medijs illis animabus com-

UVA. BHSC. BU 08453

communicarentur. Cur non reduxit tot gratias ad unicum tantum Sacramentum? Non est contradictio, ut ita fieret, sed non fuit congruentia, quæ adfuit, ut divideretur in distinctis Sacramentis.

39 Hoc privilegium servavit Christus, ut esset peculiare nominis Mariæ, ut veluti Sacramentum foret, cujus invocatione omnes gratiæ communicarentur, & omnia dona hominibus: *Invocato hoc nomine Mariæ, tanquam de quodam Sacramento nominis, statim omnis gratia manat*, ait Silveyra. Igitur nomen Mariæ, veluti Sacramentum, est, cujus invocatione gratia communicatur; sed taliter, quòd est Sacramentum universale omne genus gratiæ causans.

Silveyr. tom. 2. in Apocalips. cap. 12. ques. 11 n. 102.

40 Refert Paulus divisionem, quam Deus fecit gratiarum in beneficium Ecclesiæ primis Discipulis Christi: *Unicuique datur manifestatio spiritus ad utilitatem*, & procedit referens gratias. Omnes gratiæ illæ (ait Paulus) idem principium habent, nempè spiritum, & virtutem Dei, sed ut communicentur medijs creaturis, divisæ sunt in distincta instrumenta: *Hæc autem omnia operatur unus, atque idem spiritus dividens singulis prout vult.*

1. Corinth. 12.

41 Ad legendum Marcum deveniamus capite ultimo sui Evangelij. Apparet Christus omnibus Apostolis post Resurrectionem, quibus præcipiens prædicare Evangelium omni creaturæ, varietatem donorum, uti signum credentium dedit, quæ recepturi, & operaturi erant: *Signa eos, qui crediderint, hæc sequentur: in nomine meo dæmonia ejitient, linguis loquentur novis, serpentes tollent, & si mortiferum quid biberint non eis nocebit, super ægros manus imponent, & benè habebunt.* Quæ est differentia ex parte Dei in communicatione gratiarum, & donorum? Paulus ait divisisse gratias inter plures, unicuique virtutem particularem tribuens, Marcus ait, quòd omnibus credentibus concesit varietatem gratiarum, quin restringeret cuilibet in particulari. Notate mysterium.

Marc. 16.

42 In gratijs divisis, quas Paulus dicit, est unum principium omnium, quamvis instrumenta sunt distincta, & hoc principium est ipse Deus: *Unus atque idem spiritus.* In gratijs relatis à Marco, est unum principium omnium, nempè nomen

UVA. BHSC. BU 08453

Jesus: *In nomine meo.* Si ibi quilibet discipulorum habet virtutem peculiarem ad determinatam gratiam, ubi nomen Christi principiũ est donorũ, non adest coarctatio, sed est universalitas ad omnes gratias,& dona.

43 Amplius: Cum Spiritus Dei est principium gratiarum, & donorum, Discipulis cõmunicatus, coarctatus in quolibet fuit, ut in gratiam peculiarem posset, & non in omnibus, veluti, quòd divideretur sua voluntate: *Dividens singulis prout vult.* Cum nomen Christi ponitur, veluti principium donorum, & gratiarum, non fuit coarctatum in aliquo ipsorum, sed ipsum nomen fuit omnibus, & ad omnes gratias: *In nomine meo, &c.* Ex quo infertur, quod si ipse Deus coarctatur, ut fiant gratiæ medijs creaturis, utì instrumentis omnipotentiæ, nomen Christi non coarctatur, sed in qualibet creatura invocante fide, est principium universale omnium gratiarum, & donorum.

44 Nunc intelligetur particularis excellentia nominis Mariæ, dum dixi, quòd ex ejus invocatione, veluti ex Sacramento dimanare omnes gratias: *Tanquam de quodam Sacramento, statim omnis gratia manat.* Sacramentum nominis appellatur, quia sensibilitas in ratione Sacramenti est verbum, quo invocatur, & significatum est thesaurus gratiarum, & donorum, quæ continet, & communicat. Sed animadvertendum est, quòd, si in septem Sacramenta, quæ instituit Christus, ipse Deus est causa principalis gratiarum, quæ sunt effectus illorum, ita est, quòd ipse Deus coarctatur in quolibet Sacramento, gratiam peculiarem per quodlibet tribuens; sed per virtutem Sacramenti hujus nominis, omnis gratia exhibetur, & omnia dona absque coarctatione, ejus invocatione: *Invocato Mariæ vocabulo, tanquam de quodam Sacramento, statim omnis gratia manat.*

45 Mysteriosum litteræ ænigmatis in varietate fructuum, & gratiarum, intelligamus: *Profert de thesauro suo nova, & vetera*; quòd omnia beneficia legis antiquæ à Deo facta cum populo suo, & omnia legis gratiæ continentur in thesauro nominis Mariæ, & per illud hominibus communicantur.

46 Cur Israelitæ in Mara beneficium aquarum ac-

ce-

UVA. BHSC. BU 08453

ceperunt? Ita erant amaræ, quòd bibere non poterant illas: *Nec poterant bibere aquas de Mara, eo quod essent amaræ.* Exclamavit Moyses Deo, qui ostendens ei virgam, in aquis jecit, & in dulces versæ sunt: *Ostendit ei lignum, quod cum misisset in aquas, in dulcedinem versæ sunt*, omnis ergo dulcedo ex virga illa advenit aquis.

Exod. 15.

47 Fuit virtus, & efficacia nominis Mariæ. Virga formam habet litteræ I, quæ juncta cum Mara, nomen Mariæ efficitur, igitur in littera illa stetit Mariæ nomen: *Productio nominis Mariæ est in littera I*, ait Cartagena; & cum per illam in aquis projectam nomen Mariæ stetit, fuit beneficium conversionis in dulcedinem: *In dulcedinem versæ sunt.*

48 Sed mirabilium in lege antiqua, quæ per Mariæ nomen Divina omnipotentia patravit, est universale argumentum virga illa Moysis. Eam tribuit illi Deus, ut esset instrumentum mirabilium: *Sume virgam in manu tua, in qua facturus es signa.* In conspectu virgæ illius convertebantur aquæ, sistebat cursu illarum, separabantur fluctus, iterum reddebant, majoram superstitiones dissolvebantur, & omnia portenta fiebant. Quòd, virga figuraret Christum, dixit David: *Virgam virtutis tuæ.* Sed Isaias prævidit figuram Mariæ: *Egredietur virga.* Habebat virga illa nomen Dei sculptum, & ut jam dixit, nomen illud, ut à Hebræis scribebatur, æquivocabatur cum Mariæ nomine, hoc Mariæ nomen littera aperta erat, qua in tot prodigia erga populum exercebatur Divina omnipotentia. Deus est, qui operatur, sed per Mariæ nomen sculptum in virga illa, utì in instrumento Divinæ omnipotentiæ.

Ps. 109

Isaias 11.

49 Per calculum illum accensum, quo Seraphim tetigit labia Isaiæ, asserit Spiritus Cœlestis mundificandum esse: *Ecce tetigi hoc labia tua, & auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur.* Varietatem mysteriorum, quæ per calculum intelliguntur, non considero. Dubium non est, fuisse participationem Divini amoris, qui animabus communicatus, mundificat. Sed ad quid desumpsit calculum forcipe Seraphim ille, cum ipse exemptus esset à jurisdictione ignis, & ab ejus activitate? Mysterium habebat ad effectum.

UVA. BHSC. BU 08453

50 Forceps aperta litteram M: efformat, & in extremitates inferiores, quæ medio uniuntur litteram A: in littera M: insertam, quod est nomen Mariæ abbreviatum. Ut calculum de Altari colligeret, forceps erat aperienda, & ita sistere cum calculo colligato, quomodo manebat efformatum nomen Mariæ, & calculo unitum, sit igitur executio illius miraculi per calculum, sed cum circunstantia forcipis, quia si amor Divinus est, ubi continetur virtus illius portenti, nomine Mariæ signatus habet efficaciam, & executionem ipsius virtutis ad hominum beneficium: *Quem forcipe tulerat de Altari:::: auferetur iniqaitas tua, & peccatum tuum mundabitur.*

51 Non advertitis beneficia, & gratias in veteri Testamento medijs illis figuris, & quæ in Lege Gratiæ per septemSacramenta, quod omnia efficit Divina omnipotentia per nomen Mariæ? Igitur hoc est mysterium redundantiæ thesauri contenti in nomine illo Sanctissimo, per ejus invocationem, in tot divitias, dona, & gratias antiquas, & novas: *Profert de thesauro suo nova, & vetera.*

52 Homo habet apertam litteram in hujus nominis invocatione, ut gratias, dona, & beneficia spiritualia, & temporalia lucretur, ut è tribulationibus, & afflictionibus liberetur, & ad omnia. Accipiat hanc litteram, & hoc recipe, quod pietas Virginis offert, & Bernardus docet: *Si insurgant venti tentationum, si incurras scopulos tribulationum, voca Mariam. Si jactaris superbiæ undis, si ambitionis, si detractionis, si æmulationis, voca Mariam. Si iracundia, avaritia, aut carnis illecebra naviculam concusserit mentis, respice ad Mariam. Si criminum immanitate turbatus, concientiæ fœditate confusus, barathro incipias absorberi tristitiæ desperationis abysso, cogita Mariam. In periculis, in angustijs, in rebus dubijs, Mariam invoca.* Bernardus. Hujus Sanctissimi nominis sculpe litteras in corde, lingua sine intermissione loquatur, ut fructum suæ pietatis colligas: *Non recedat ab ore, non recedat à corde, ut impetres ejus orationis suffragium.* Per hoc nomen inveniet homo omnes gratias thesauri Divinæ omnipotentiæ, omnia bona gratiæ, usque ad fœlicitatem gloriæ, &c.

ORA-

UVA. BHSC. BU 08453

ORATIO VIGESIMAQUINTA,

DE PATROCINIO

B. VIRGINIS MARIÆ.

Beatus Venter, qui te portavit. Lucæ cap. 11.

1 CElebret enim Hiſpania ſuam fęlicitatem, ſuã cognitionẽ explicet gratitudine, & debitum ſuum retribuat, cultum ſpecialem tribuendo Mariæ.

2 Majori efficacia ſuadebat Pſaltes populum Iſraeliticum, ut Deum laudaret demõſtratione feſtiva: *Exultate Deo adjutori noſtro.* Sed quod cultum lunæ tribueretur: *In neomenia tuba.* Alij legunt: *In novilunio.* Erat enim dies ſolemnior Iſraelitis, & ita eſſe debebat: *In inſigni die ſolemnitatis veſtræ.* Erat dies prẽcepti populo: *Quia præceptum in Iſrael eſt.* Alij dicunt: *Statutum Iſraeli.* Si enim deſideratur motivum tantæ ſolemnitatis in obſequium lunæ, ipſe David dixit: eſſe favores, & patrocinia, quæ populus acceperat, quia ex ſervitute Ægypti eduxit ad libertatem: *Cum exiret de terra Ægypti,* quia in afflictionibus ſuccurrit: *In tribulatione invocaſti me,* & fuit exauditus: *Exaudivi te, liberavi te.* Tribuat enim Iſrael cultum Deo: *Exultate Deo,* ſed in obſequium lunæ: *In neomenia,* quæ figura eſt Mariæ, quia ſi mediante rubo, Deus Moyſi libertatem populi expreſsit, mediante virga operatus fuit portenta, mediante nube, utì columna, & columna, ut nube, ducens per deſerta, & in via, & mediante arca, rubus, virga, nubs, columna, & arca, figuræ ſunt Mariæ, in cujus rubi ſtratu rigor Dei comprimebatur, in virgæ poteſtate robur Divinæ omnipotentiæ ſiſtebat, in firmitate columnæ, & ſuavitate nubis lux, & refrigerium collocabatur, & in arcæ majeſtate thronum habebat ipſa Deitas, ut populum doceret. Si enim Deus cum populo illo talia operabatur beneficia, omnia medijs figuris Mariæ fuere, igitur Deo tribuatur cultus media ipſa: *In neomenia tuba.*

Pſ. 80.

UVA. BHSC. BU 08453

3 Hæc eſt dies tua, Regnum Catholicum Hiſpaniæ, hæc, in qua pietas Magni Philippi Quarti, & ſanctitas Alexandri Septimi præceptum impoſuit celebrationis ejus in honorem pulchrioris lunæ, nempè Mariæ, cultum Deo tribuens media hac aurora, in gratitudinẽ Patrocinij ſpecialis erga Regnũ hoc.

4 Sed non eſt debitum Regnorum omnium tribuere cultum Mariæ, veluti Matri Redemptoris, & Advocatæ omnium, & veluti majori ſanctitati, quæ in pura creatura fuit? Reminiſcor dixiſſe Pſaltem omnes populos variorum Regnorum ad illam recurrere: *Ecce alienigenæ, & Tyrus, & populus Ethiopum, hi fuerunt illic.* De Maria loquebatur veluti de Civitate refugij: *Gloriosa dicta ſunt de te Civitas Dei*: quia in protectione ejus omnes refugium inve-

Pſ. 86.

Raulin. niebant: *Anguſtiati laboribus, vexati concupiſcentia, nigri peccatis, hi fuerunt illic, in umbra Mariæ protegendi*, ait Raulinus.

5 Indubitabile eſt Mariam protegere omnes nationes; ſed in Monarchia Hiſpaniæ appropriavit hoc peculiare patrocinium. Sic dixit ipſa, dum in vita erat, quando legatis, qui ex Hiſpania miſsi fuerunt ad ipſam: *Quibus, eorumque Civitatibus benedicens, & in ſuam tutelam accipiens*, ait Julianus. Sic confirmatur ex quo voluit Filius ejus Mariam adhuc viventem viſitare Hiſpaniam, in eaque ædificari primum Templum ſuo nomini dicatũ poſt mortem Redemptoris. Audite ex V. Maria à Jeſu de Agreda.

6 In ſecunda nocte menſis Januarij, & ingrediens quadrageſimus annus Chriſti natalitij, ſiſtens Beata Virgo in cubili ſuo abſorta contemplatione, è Cœlis deſcendit Filius ejus, & inter alia, dixit illi: *Quiero Madre mia vais à Zaragoza, y que Jacobo mi ſiervo os edifique en ella un Templo à honra de vueſtro nombre, para beneficio de aquel Reyno, gloria mia, y beneplacito de nueſtra Beatiſsima Trinidad.* Statim Maria annuit. Beneplacitum petijt à Filio, ut ſuum offerret patrocinium, dedit Filius plenitudine poteſtatis. Deducta fuit ad Syracuſam Angelorum miniſterio, adducens Imaginem Virginis in columna, ab ipſis fabricatam. Jacobo dixit Beata Virgo, quòd ejus Filius ordinaverat, imaginem traddidit, & obtulit Regna hæc protegere, & Templum illud conſervare uſque ad finem mun-

Myſtic. Civit. Dei, p. 3 lib. 7. capit. 17.

UVA. BHSC. BU 08453

mundi, ſicuti uſque adhuc cõſervatur admiratione omniũ.

7 Hoc ſuit appropriari Mariam Hiſpaniæ, quia ſi Patria Deorum eſt, ubi primum Templum erigitur: *Ubi primum cuique Templum dicatum fuerit*, ait Nuñez. Si Diana facta fuit Æpheſi Patritia: *Magna Diana Æphesiorum*, per Templum ipſi dicatum; potius Maria huic Monarchiæ Catholicæ.

Nuñez Acta Apoſt. 23.

8 Dicant alia regna protegi à Maria, ſed patrocinio univerſali. Dicat enim Hiſpania eſſe ſub particulari patrocinio Virginis. Ideò Reges Catholici, & ſpecialiter Philippus Quartus conſecrati ſunt, & conſecrant Regnum hoc patrocinio Mariæ, nobilius, quàm Alexander Minervæ Montes Arnon, ut ſuo ſcuto defenderet, & lancea, ideò ordinavit ſupremus Paſtor, ut hoc Menſe celebretur in Hiſpania Patrocinium Virginis, ut hi cultus Sacri contraponantur illis, quos Gentilitas tribuit Junoni hoc in Menſe, veluti tutelari, & Patronæ. Hoc aſſumptum eſt, hujus diei, & quod celebrat Hiſpania voce mulieris, in Evangelio, Mariæ Patrocinium, ad quod requiritur auxilium gratiæ, &c.

AVE MARIA.

Beatus venter, qui te portavit, &c. Lucæ cap. 11.

9 VOX Evangelij eſt, qua celebrat Hiſpania quantum à Maria protegitur: *Extollens vocem.* Ejus ventrem laudat, ubi concepit, & adoptavit affectuosè hoc Regnum: *Beatus venter.* Ejus celebrat ubera per fortitudinem, qua defenditur: *Beata ubera.* Etenim voces, quæ Hiſpaniam exprimunt religioſam in cultu Mariæ, explicant in patrocinio, quo favet Maria, motivum cultus, quo in ſignum gratitudinis venerat. Nunc ſe offert difficultas. Semper hæc Monarchia fuit ſolicita in venerationem Mariæ, & Maria ſemper hoc Regnum replevit favoribus ſui Patrocinij. Nunc dubito: ſi Regnum hoc ſua veneratione obligavit Mariam ad protegendum, vel Maria ſuo patrocinio obligavit Regnum hoc ad venerationem ſpecialem ipſius? Non eſt facilis ſolutio hujus dubij. Ut in juſtitia ſolvatur, ad judicium duco, quod ænigmate declarabitur.

10 Theatrum efformatur, ubi oſtenditur Tribunal, & duo litigantes, qui ra-

UVA. BHSC. BU 08453

tionem, & instrumenta producunt, quilibet pro parte sua. In medio theatri bilanx videtur, ubi instrumenta,& allegata cujusque partis ponuntur. Ostenditur quidam vir in solio, & majestate Judicis, qui sumens calamum, sententiam diffinitivam scribit,competentiam resolvens, & litigium finiens.

11 Suprà theatrum stat hæc littera ex Luca desumpta: *Facta est contentio.* Ex litigantibus ad bilancem hæc littera ex Levitico procedit: *Reddant ad pondus.* In lance ubi unius partis instrumenta sunt, hæc littera ex Daniele sistitur: *Inventa est minus habens.* In alia lance, ubi alterius partis allegata sunt posita, hæc littera Paralipomenon est: *Majus pondus oppositi*; & ex calamo Judicis procedit hæc littera ex Ecclesiastico: *Primatum habet.* Hoc est ænigma assumpti, ubi contentio exprimitur inter hoc Regnum Hispaniæ,& Mariam, erga primitatem in obligando, si Maria beneficijs, vel hoc Regnum veneratione, & cultu. Ad ponderandum utriusque partis allegata, transeo.

Luc. 22

Levitic. 26.

Dan. 5.

2. *Paralipom.* 10.

Eccles. 24.

§. I.

12 PRimum in ænigmate est, partes litigantes sua instrumenta producere, quælibet in lance collocans, ubi hæc littera videtur: *Reddant ad pondus*, quo significatur rationes, & allegata poni in pondere considerationis, & judicij, ut fiat judicium. Sic vidit Joannes habentem stateram: *Habebat stateram in manu sua*, quo fuit significare, quod sicut in statera, cujuslibet res fit ponderatio, sic Deus, & homo debet, ut judicium faciat, rationem ponderare, & justitiam cujuscumque. Igitur hoc Regnũ Hispaniæ sua allegata collocat in statera considerationis, ut fiat judiciũ juris sui.

Apocal. 6.

13 Semper exercuit, & exercet venerationem erga Virginem Mariam hoc regnum in adversitate,& prosperitate. Antequam lucem fidei acciperet, in qua Jacobus generavit hoc regnum, misit legatos ad Mariam in Jerusalem. Dum magis in luce fidei augebatur, & in doctrina Evangelij, tantum cultus Mariæ crescebat. Quid non fecerunt Reges Catholici ad ejus venerationem diversis festivitatibus? Quot sumptus ad progressus Mysterij Conceptionis? Quot juramenta, votaque in omnibus Universitatibus,Ecclesijs, Civitatibus, gradibusque hujus imperij, ut immunitas Virginis defendatur, etiam vitam offerentes in obse-

quium

UVA. BHSC. BU 08453

quium hujus myſterij ! Non eſt populus, licet minimus, qui non habeat templum ejus honori dicatum, nec Eccleſia, ubi ejus imago non veneretur.

14 Videtur Æternum Patrem prævidiſſe Pſaltem inclinantem Mariam ad hoc regnum propter cultum ad ipſam in illo exhibendum:
Pſl.44. *Audi filia, & inclina aurem tuam, & obliviſcere populum tuum*; & nunc rationem ſignat: *Filiæ Thyri in muneribus vultum tuum deprecabuntur.* Ait illi, quòd populum ſuum obliviſcatur, & ad alium tendat ſuis præcibus, & protectione, quia filiæ Thyri offerent dona, & cultu ſpeciali venerabunt.

15 Dicunt Strabonius, Plinius, & alij filias Thyri eſſe Civitates Hiſpaniæ, quæ à Thyris fundatæ fuerunt. Et non eſt hoc, quod experitur de populis, & civitatibus regni hujus, quòd tota devotio, cultuſque, vota, & dona ſunt Beatæ Virgini Mariæ? Ideò Pater Æternus ſuadebat Virginem, ut protegeret hæc regna: *Inclina aurem tuam.*

16 Sed majus argumentum venerationis non eſt hoc in hoc regno erga Mariam. Quòd in proſperitate, in pace, & felicitate, in poſſeſſione fidei abſque contradictione, tribueretur cultus Mariæ ſpeciali devotione, ſignum dilectionis erga Virginem eſt; ſed quòd in adverſitatibus opreſſum, & ſubingatum regnum hoc ab inimicis fidei, contradictum in religioſo cultu, coleret virginem cultu publico, eſt majus ſuæ dilectionis, & venerationis argumentum.

17 Mulier Evangelij levavit vocem inter turbas: *Extollens vocem quædam mulier de turba* :: Laudes Mariæ illæ voces fuerunt: *Beatus venter, qui te portavit, & ubera, quæ ſuxſiti.* Hanc reſolutionem conſiderans V. Beda, infert magnam fidem, & devotionem illius mulieris erga Chriſtum, & Mariam: *Magnæ devotionis, & fidei hæc mulier oſtenditur.* Sed undè ſumpſit argumentum ad hoc aſſertum? Ipſe dixit: *Quæ Scribis, & Phariſæis, Dominum blasfemantibus, tanta ejus incarnationem præ omnibus ſinceritate cognoſcit, tanta fiducia confitetur, ut præſentium procerum calumniam, & futurorum confundat hæreticorum perfidiam.* Cum Scribæ, & Phariſæi Meſsiam blasfemabant, cum majores Iſrael non credebant doctrinam Chriſti, & ejus miracula ſpernebant, tunc laudavit Bed.ibi

UVA. BHSC. BU 08453

vocibus Verbum incarnatum, & ventrem Virginis Mariæ, ubi carne mortali fuit indutum. Hoc argumẽtum efficax eſt fidei, devotioniſque magnæ illius mulieris.

18 In varietate ſæculorum viſum fuit hoc Regnum Hiſpaniæ ſub iugo inimicorum fidei, iam ſub Judæis, ſub Romanis, ſub Arrianis; iamque ſub Barbaris Sarracenis; igitur inter tot inimicos extollebat vocem hoc regnum in laudem Mariæ, utì in Cobadonga, Siracuſa, & alijs partibus. Alia regna ſubiugata tiranitati infidelium à cultu publico abſtinuerunt; ſed Hiſpania intuitu inimicorum nominis Chriſti, cultum publicum tribuit Mariæ.

19 Fugiens tyrànnidem Jezabelis Elias, procedebat, exclamans, dixit Deo: *Zelo zelatus ſum*; zelum honoris tui impellit me, ut in laudibus tuis prorrumpam, & in reprehenſione vitiorum potentibus; ſolus ex omnibus prophetis manſi ad laudandum te: *Derelictus ſum ego ſolus*; non dixerat Deus conſervaturum eſſe in Iſrael ſeptem millia hominum, qui fideles eſſent: *Derelinquam mihi in Iſrael ſeptem millia virorum, quorum genua non ſunt incurbata ante Baal*? Quomodo Elias ait, quòd ſolus manſit ad zelandum honorem Dei: *Ego ſolus*? Verum enim eſt plures eſſe in Iſrael nolentes adorare idolum, ſed verum Deum; ſed fugiebant timentes, ſoluſque Elias in conſpectu omnium clamabat pro honore Dei, de idolis blaſfemans: *Solus qui audeam apparere*, ait Lyra. Etenim Elias, utì ſolum, conſiderabat ſe; quia licet plures veri adoratores erant, cum nullus alius publicè clamabat pro honore Dei, nec cultum ipſi tribuebat in conſpectu omnium; ſed ſolus Elias zelo ignitus hoc faciebat abſque timore Tyrànnidis tot infidelium: *Derelictus sũ ego ſolus.*

3. *Reg.* 19.

Lyr. ibi

20 Hoc eſt ſpeciale in hoc regno Hiſpaniæ devotione, & cultu erga Mariam, quòd omnibus temporibus eam veneratum fuit, ſed cum ſtetit ſub Tyrànnide infidelium, tunc, utì ſolum in zelo, & cultu Virginis Mariæ, eam colebat abſque timore adverſitatis, & contradictionis inimicorum nominis Chriſti. Hoc eſt argumentum efficacius devotionis hujus Regni Catholici erga Mariam. Deus quæſivit à Diabolo, ſi conſideraturus erat Patriarcham Job, veluti abſque ſimile in terra: *Conſideraſti ſervum meum Job, quòd non ſit ei ſi-*

Job. 1.

UVA. BHSC. BU 08453

similis in terra? Cui respondit Diabolus: *Nunquid Job frustra timet Dominum; tu vallasti eum, & domum ejus operibus manuum ejus benedixisti.* Uti diceret; si tu favoribus, & beneficijs replesti, non multum facit; in laboribus, adversitatibus, & contradictionibus eum constitue, & tunc videbis, si in adversitatibus se habet, uti in prosperitatibus: *Extende manum tuam, tange cuncta quæ possidet, nisi in faciem benedixerit tibi.* Sic Deus fecit cum Job multis malis, & adversitatibus efficiens eum, quo facto, & iterum interrogato Diabolo, respondit: *Pellem pro pelle, & cuncta, quæ homo habet, dabit pro anima sua.* Sed Diabolus petit magis exerceri Job usque ad propriam personam: *Tange os eius, & carnem, & tum videbis, quòd in faciem tuam benedicat tibi.* Deus tetigit Patriarcham, eum ad summum miseriæ adducens; in quo ita patienter se gessit, & zelosè honoris Dei, quòd gratus Deus ex Job, pluribus benedictionibus replevit: *Dominus benedixit Job novissimè, magis quam principio ejus.*

21 O Regnum Catholicum Hispaniæ semper excelluisti in cultu Virginis Mariæ, iam in templorum erectione, iam in oblatione munerum, adhuc ipsa in vita mortali sistente, ipsi dicata sunt templa Toleto, Hispali, & Tarragona, & postea in omnibus populis, & desertis dominij tui. Sed cum magis ex celluisti in veneratione, fuit, dum oppressa iugo hæreticorum, & aliarum nationum infidelium veneratione publica celebrabas. Hoc est argumentum, efficacius, & demonstrativum fidei tuæ, & devotionis: *Magnæ devotionis, & fidei ostenditur*, & hæc allegata, quæ hoc regnum producit ad jus primatus in obligando Mariam suo cultu ad Patrociniū, offert ad pondus cōsiderationis: *Reddāt ad pōdus.*

§. II.

22 ALlegata, & instrumenta ex parte Mariæ producuntur, & offeruntur, jus primatus postulantia in favoribus, & protectione hujus regni, quo motum fuit, ut cultum specialem tribueret ipsi Virgini Mariæ, hæc ad pondus considerationis deducuntur: *Reddant ad pondus.* Hoc jus statuit vox Evangelij: *Beatus venter* ait, quia concepit Maria, & adoptavit hoc regnum speciali protectione: *Beata ubera*, quia omni sua potentia defendit, & protexit: *Ubera mea non* *Guillel. Abas.*

tan-

UVA. BHSC. BU 08453

tantum nutriendi, ſed, & protegendi vim habent, dixit Guillelmus. Ubi tantum, protexit Maria ſicut in hoc regno, ſub ejus ſpeciali tutela conſtituens? Statim, quòd, humana redemptiu fuit facta, & primo ſonito legis evangelicæ, diſpoſuit providentia Divina, quòd in hac Monarchia ædificaretur Templum Mariæ conſecratum, primum orbis, ut ſtabiliretur ſpecialis Tutelaris, & Patrona illius.

23 Ait Salomon, quòd ſapientia ædificavit domum ſibi, ubi poſuit menſam, & vocavit, ut in hac fortitudine omnes protecti ſiſterent: *Sapientia ædificavit ſibi domum miſcuit vinum, & poſuit menſam:: Miſit ancillas ſuas ut vocarent ad arcem, & ad mœnia civitatis.* Loquitur de Maria, quæ domus ædificata fuit à Deo, ut habitaret ipſe in ea. Sed quæ mixtio, vini fuit, quã fecit ad menſam? Audiamus Iſaìam.

Prov. 9

24 Felicitates incarnationis præveniens, vocat, & invitat omnes, ut abſque pretio emant vinum, & lac: *Venite, emite abſque argento vinum, & lac.* Notate ad intelligẽtiam myſterij, Deum ſe oſtendiſſe Deum ultionum in antiquo teſtamento: *Deus ultionum*, ignis ardens totus: *Deus ignis conſumens eſt.* Omnis aſperitas vini fortis; quare homines ab illius præſentia abſtinebant, quia vindicantem experiebantur. Per Divini Verbi incarnationem uniendus erat carni Mariæ, aliturus erat nectare uberum ſuorum, & hac mixtione reducendus ad pietatem, ut hominibus benefaceret: *Sol iuſtitiæ Deus noſter in veteri teſtamento erat ut Leo rugiens, Deus ultionum peccatores puniens, ſed in Uterum Virginis intrans, factus eſt totus benignus, ſuavis, & humanus*; ait Antoninus. Hæc mixtio fuit, quam Iſaìas prævidit, & ad quam homines invitabat.

S. Antoninus.

Iſaì. 55

25 Nunc intelligo myſterium illius menſæ proverbiorum; ædificavit ſapientia æterna domum Mariæ miſcuit vinum rigoris ſui lacte ſuavi cordis, & pectorum Mariæ, & ad pietatem redactus, vocat ad domum illam, veluti ad arcem, & univerſale propiciatorium: *Ad arcem.*

26 Sed ubi, niſi in Hiſpania poſuit prius domum hanc? Voluit ædificari in hoc regno templum, ubi domus, nempè virgo Maria, collocaretur, & menſa miſericordiæ ſiſteret, ubi temperata ira ipſius Dei, hæc regna ſecura permanerent protectione Virginis. Sic dixit Ja-

UVA. BHSC. BU 08453

Mystic. Civitas Dei. ubi supra.

Jacobo: *Este lugar ha destinado el Altissimo, para que Consagreis en èl un Templo, donde debaxo de el titulo de mi nombre, el suyo sea ensalzado; y que de los thesoros de su divina diestra se comuniquen sus antiguas Misericordias con los Fieles, que por mi intercesion las alcançen.*

27 Sic expertum fuit regnũ hoc in omni succesione tẽporum, legite historias Hispaniæ, & videbitis beneficia, quæ fecit Maria in hoc regno. A Recaredo primo Rege Catholico omnes consecuti sunt victorias gloriosas per Mariam; Banbæ, Pelagij, Ramiri, Jacobi, Ferdinandi, Caroli, Philippi usque ad Quartum, qui tot beneficijs obligatus, declaravit Patrocinium hujus Regni pro Maria, & celebrari cœpit anno millesimo, sexcentesimo, quinquagesimo quinto. Quis sustinuit regnum hoc, ne periret tot contradictionibus, & ne periret lux fidei, nisi Maria, quæ habet in protectione?

Cant. 1

28 Ipsam in Canticis audiamus: *Possuerunt me Custodem in vineis, vineam meam non custodivi.* In capite octavo ait esse murum, & ubera sua esse sicut turris, habere semper in conspectu suo suam vineam: *Ego murus, & ubera mea sicut turris: Vinea mea coram me est.* Quæ est hæc vinea sua, quam habet vigilantem, & ibi dixit non custodisse? Intelligamus Mariam. Dixit Deus per Isaìam plantasse vineam à se electam: *Plantavi vineam electam*; hanc fuisse Sinagogam ipse ait: *Vinea Domini Domus Israel est.* Notate dixisse per Matthæum plantasse vineam, circundasse, & tradidisse agricolis, ut colerent; sed quòd ex perversa correspondentia abstulisset, & tradidit alijs: *Vineam suam locavit alijs agricolis.* Sinagoga enim fuit, quam abstulit Israelitis, & Gentilitati tradidit in Ecclesia Evangelica.

Isaì. 5.

Math. 21.

29 Nunc intelligamus, quòd ajebat Maria in Canticis. Quòd possuerunt Custodem in vinea: *possuerunt me, &c.* Non custodivit vineam suam, quia antiqua sinagoga deperdita fuit, ubi accepit carnem, & sanguinem ex progenie Judæ, sed hoc propter ingratitudinem, & infidelitatem Judæorum: *Sodales mei mihi hostes rebelles, & in me consurgentes calumnijs, & contumelijs, per tessa molestiarum victa tædio tan ingrati muneris deserui vineam, & custodiam ejus*, ait Haye. Sed ait; quòd ha-

Haye. hic.

UVA. BHSC. BU 08453

habet Eccleſiam Evangelicam, quæ translata fuit ex antiqua Sinagoga, in cuſtodia ſui: *Ad ejus cuſtodiam præſentialiter, & perſonaliter aſsiſto.* Ait Lyra, & ait murum eſſe, turremque ad ejus defenſionem: *Ego murus, &c.* Sed ubi habet Maria aſsiſtentiam ſpecialem, & vigilantiam ad protegendum, niſi in hoc Regno Hiſpaniæ, ubi poſuit donum ſuam primam, & ubi ſibi appropriavit regnũ hoc, utì dixit Jacobo? Hæc eſt vinea ſua, hæreditaſque, ubi reſidet ad cuſtodiendam, & defendendam: *Ad vineam circuncingendam, & protegendam*, ait Hugo.

Lyra.

Hugo Carden

30 Hoc confitetur Monarchia Hiſpaniæ voce evangelij. Ventrem Mariæ, ubi concepit, & adoptavit hoc regnum: *Beatus Venter, &c.* Ubera ſuæ protectionis, quibus conſervatur: *Beata ubera, &c.* Et hæc ſunt allegata, quæ ex parte Mariæ offeruntur ad pondus conſiderationis, ut primatum obtineat in obligando ſua protectione, & favoribus Regnum Hiſpaniæ ad exhibitionem cultus peculiaris, veluti ejus Patronæ ſpeciali: *Reddant ad pondus.*

§. III.

31 TErtium in ænigmate eſt è calamo judicis exire hanc litteram Eccleſiaſtici: *Primatum habet.* Exprimit diffinitivã ſententiam poſt utriuſque partis allegata pondere rationis conſiderata, reſolvitque, tribuens Mariæ primatum in eo, quòd ipſa ſua protectione, & beneficijs obligavit Regnum Hiſpaniæ, ut illam ſpeciali cultu veneraretur. Hoc ſignificat littera Eccleſiaſtici: *Primatum habet.*

32 Hæc ſententia diffinitiva fundatur in iuſtitia rationis explicatæ in littera cujuſque partis. Ex parte regni hujus, illud Danielis: *Inventa eſt minus habens*; ex parte Mariæ, illud Paralipomenonis: *Majus põdus appoſuit*; ubi declaratur, quòd minoris ponderis ſint allegata ex parte regni; majoris ſunt allegata ex parte Mariæ, & in hoc iudicio contradictorio, ſententiam protulit judex in favorem Mariæ, primum ius tribuẽdo illi: *Primatũ habet.*

33 Certum enim eſt hanc Monarchiam expreſiſſe ſuam venerationem erga Mariam in ſingulari cultu inter omnes nationes, & regna; ſed cum Virgo Beata prima fuit in protegendo hoc regnum ſua præſentia favẽs, & in expreſſione ſuæ voluntatis habendi in illo primum templum, ex iuſtitia debetur illi primatum reſpectu cultus hujus regni.

Vi-

UVA. BHSC. BU 08453

34 Videtur, quòd Ioannes in prima epistola in hac ratione fundavit primatum, quòd habet Deus respectu amoris nostri erga illum. Scitote (ait) quod ubi amor Dei erga nos apparet est, quia misit filium suum: *In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam filium suum unigenitum misit in mundum.* Sed advertite, quòd excellentia hujus amoris ad nos probatur ex eo, quod prius dilexit nos, quàm nos ipsum: *In hoc est charitas, non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos, & misit filium suum propitiationem pro peccatis.* Excellentia, & primatus, amoris Deo debentur, quia prius dilexit, & dilectionem expressit dono filij sui.

Ioann.4

35 Hoc est argumentum eficax primatum Mariæ firmans ejus amoris erga regnum hoc, antequam cultum specialem ipsi Virgini tribueret; ad illud venire adhuc inter umbras infidelitatis vivens, & dum illuscescere incipiebant in illo Evangelicæ doctrinæ veritates ab Apostolo Jacobo, velle ædificari sibi templum in hoc regno, & habitare in illo ad protegendum, quoniam prior dilexit nos.

36 In elogio vocis Evangelicæ mulieri fundatur hæc justitia Mariæ. Laudant ventrem, ubi cõceptum fuit Verbum Divinum: *Beatus venter, qui te portavit.* Fuit enim laudare Mariam Christi Matrem, & in quantum Mater, quæ tribuit esse illi, antecedentia posuit ad inferendam primitatem ad Christum in esse, quod tribuit illi: his ergo vocibus utitur Ecclesia veluti cum hoc regno loquens, Mariam laudans; quia concepit hoc regnum amore, & protectione. Hoc experta fuit Monarchia hæc Catholica in Maria, officia Protectricis, & matris. In illo iuditio Salomonis videatur.

37 Accesserunt ad hujus Sapientis Regis tribunal illæ duæ mulieres; quælibet suum jus intẽdens ad proprietatem filij. Decrevit Rex Infantem dividi, significans, quòd, dum nulla exhiberet juris justificationem, dividebat pignus de quo erat litis; sed Rex prudens intendebat scire quæ earum esset vera Mater ex demonstratione affectuum cujuslibet. Sententiam dedit Rex pro una ex mulieribus, & infans vivus ipsi tribueretur, illam veram Matrem iudicans: *Date huic infantem vivum: hæc est enim mater ejus.* Sed in quo agnovit Salomon ejus matrem esse? Demonstrationes cujuslibet mulieris notate.

3. Reg. 3.

Una

UVA. BHSC. BU 08453

Una ex illis decreto regis absque repugnantia fuit conformis: *Nec mihi, nec tibi sit, sed dividatur*; alia mulier audito decreto contremuit dolore: *Commota sunt viscera ejus*, & cedebat, ut infans non divideretur: *Nolite interficere, date illi infantem*, quo audito, judicavit Salomon esse veram matrem, quæ dividi non volebat: *Hæc est mater ejus.*

38 O Regnum Catholicum quot vicibus dividere te voluit in religione, iam Judaismus ritus suos introducere volens intra te; iam Gentilismus cultus suos; iamque Hæreticus suos errores! Sed iam vides quòd non prævaluerunt contra Catholicam veritatem, in qua pacificè vivis excedens omnia regna, & dominia. Sed hujus felicitatis quale principium, quæ vis erga Divinam providentiam, ut non fuisses divisum? Quòd erit, nisi Maria, quæ ante Salomonem supremum sistens clamavit, & clamat, ut non dividaris: *Nolite interficere*, quæ semper te habet inconspectu sui, veluti hæreditatem ejus, ad protegendum: *Vinea mea coram me est*; quæ veluti murus, & fortitudo protegit te: *Ego murus, & ubera mea, sicut turris.* Quòd ergo iudicium fieri debet ex his patrocinijs Mariæ, nisi illud Salomonis: *Hæc est Mater ejus.* Quòd Maria est Mater hujus regni, quòd amore concepit ad protegendum, quòd esse tribuit, & conservationem, & quòd habet Maria ius primatus sui Patrocinij, antequam regnum hoc coleret illam, *primatum habet.*

39 Hæc est tota anima ænigmatis in iudicio contradictorio. Positis allegatis Regni Hispaniæ, & Mariæ in pondere considerationis, inveniuntur allegata regni minoris ponderis: *Inventa est minus habens*, & Mariæ allegata majoris ponderis: *Majus pŏdus apposuit.* Ideò sententia diffinitiva pro Maria prolata fuit illi primitatem in patrocinando tribuens, antequam regnum hoc tribueret cultum Mariæ: *Primatum habet*. O! utinam gratissimus Mariæ retribuentes, & ipsam imitantes, ut in ejus gratia vivamus, & fruamur cum illa in gloria, &c.

LAVS DEO.

ET B. V. MARIÆ.

IN-

UVA. BHSC. BU 08453

INDEX MATERIARUM,

QUÆ IN HIS ORATIONIBUS TRACTANTUR.

IN QUO OBSERVANDUM EST, quòd littera O, denotat Orationem; littera E, Exordium; littera I, Introductionem; & littera D, Discursum.

ORATIO PRIMA.

EXordium. Ex Eucharistia probatur Conceptio in gratia Virginis Maria.

Describitur ænigma duplicis invasionis peccati originalis contra Mariam.

Discursus I. Invadit culpa Mariam in concurrentia parentum ad generationem, ubi per gratiam prostratum mansit.

Discursus II. Invadit Mariam in instanti infusionis animæ, & mortuum mansit per gratiam.

ORATIO II.

E: Fœlicitas Conceptionis Mariæ celebratur.

I: Efformatur ænigma signi, & commitatus in funere peccati originalis.

D: I. Signum factum ad funerale peccati originalis.

D: II. Commitatus ascendentium, & descendentium Mariæ, in funerali peccati originalis.

ORATIO III.

E: Lætitia universi in Conceptione Mariæ in gratia.

I: Efformatur ænigma Sacerdotis, & Crucis ad funerale peccati assistentium.

D: I. Ex Cruce habuit Maria præservationem à peccato.

D: II. Christus Summus Sacerdos præservavit Mariam.

ORATIO IV.

E: In Conceptione Mariæ desideria Patriarcharum satiata.

I: Efformatur ænigma portantium in

UVA. BHSC. BU 08453

humeris pĕccatum originale mortuũ, & viarũ, undè processit funus.

D: I. Adam, Eva, Christus, & Maria tulerunt peccatum mortuum.

D: II. Processit funus per vias misericordiæ, & veritatis.

ORATIO V.

E: Cur laudatur venter Mariæ in miraculo Christi. Et formatur ænigma sepulchri peccati originalis.

D: I. Sepulchrum culpæ originalis proprium fuit venter Mariæ, quia concepta in gratia.

D: I. Ideò in illo conceptum fuit Divinum Verbum.

ORATIO VI.

E: Uterus Mariæ est liber, ubi continentur litteræ, quæ canuntur in funerali honorifico peccati originalis, & formatur ænigma duplicis chori decantantis.

D: I. Chorus Angelorum, & hominum canens musicam lætitiæ.

D: II. Chorus inferni canit litteras tristitiæ.

D: III. Uterque chorus alternat litteras suas.

ORATIO VII.

E: Conceptio Mariæ celebratur metaphoris triumphi.

I: Efformatur ænigma finis anni mortis peccati admirationibus.

D: I. Chorus Angelorum celebrat Conceptionem admirationibus.

D: II. Chorus hominum etiam admirationibus celebrat.

ORATIO VIII.

E: Acclamationes Mysterij Conceptionis.

I: Ænigma formatur duplicis coronæ in lapide sepulchri.

D: I. In victoria Conceptionis Maria acquisivit coronam sibi.

D: II. Christus etiam sibi coronam lucratus est in Conceptione.

ORATIO IX.

E: Fœlicitates naturæ, Ecclesiæ, & Religionis in Conceptione Mariæ.

I: Formatur ænigma Civitatis, Navis, & Arcę metaphoræ Conceptionis.

D: I. Maria concepta fuit, veluti Civitas.

D: II. Concepta fuit, veluti Navis.

D: III. Concepta fuit, veluti Arca.

ORATIO X.

E: Connexio Natiuitatis Mariæ cum Eucharistia.

I: Ænigma formatus ortus Auroræ tribuentis esse soli.

D: I. Maria orta fuit, veluti Aurora.

D: II. Eucharistia est Sol in Occidente, ab Aurora accipiens fluenta lucis.

ORATIO XI.

E: Pignora quibus Maria præsentatur in Templo.

I: Efformatur ænigma pignorum, quę in Maria præsentantur.

D: I. Præsentatur, veluti florum canistrum in virtutibus.

D: II.

UVA. BHSC. BU 08453

D: II. Præſentatur, veluti pretioſum vas fructibus plenum.
D: III. Præſentatur, veluti crater cryſtaleus.

ORATIO XII.

E: Pervenit tempus deſideratum omnibus ſæculis.
I: Ænigma efformatur Incarnationis ſub myſterio, & beneficio.
D: I. Conſideratur Incarnatio, veluti myſterium.
D: II. Conſideratur, veluti beneficium.

ORATIO XIII.

E: Proponitur difficultas ſcrutandi Myſterium Incarnationis.
I: Ænigma efformatur de inclinatione miſericordiæ, & ablatione juſtitiæ.
D: I. Maria ſuis perfectionibus placuit adæquatè Deo.
D: II. Inclinavit uſque ad terram lancem miſericordiæ.

ORATIO XIV.

E: Myſteria difficilia ad laudandum.
I: Ænigma efformatur motus Mariæ, & fructuum illius.
D: I. Maria currus Dei movetur impulſu amoris.
D: II. Replevit bonis domum Eliſabeth.

ORATIO XV.

E: Acclamationes Mariæ in Hiſpania.
I: Ænigma ſpei in annulo Salomonis.
D: I. Maria elaboravit coronam auri amore ad Deum in utero.
D: II. Elaboravit coronam ſpinarum in ſpe pariendi.
D: III. In colligatione utriuſque coronæ victoria amoris ſtetit.

ORATIO XVI.

E: Splendor, quo Maria proceſsit ad Purificationem.
I: Ænigma Solis inter nubes, plenus manibus, & cygni cantus.
D: I. Maria Sol in nube Purificationis.
D: II. Obtulit Maria magis quam potuit.
D: III. Simeon canit, utì cygnus.

ORATIO XVII.

E: Quod accepimus in præſentatione Chriſti in Templo.
I: Ænigma offrendæ, & Aræ in qua offertur.
D: I. Major offrenda ex majori paupertate.
D: II. Magnitudo throni menſuratur ex humilitate.

ORATIO XVIII.

E: Cultus Mariæ evanunt ſuperſtitioſos.
I: Ænigma Mariæ, veluti principij ſalutis.
D: I. Maria Arca medicinæ ad ſalutem corporalem.
D: II. Civitas ad ſalutem ſpiritualem.

ORATIO XIX.

E: Metaphoræ Aſſumptionis Mariæ in Cœlum.

UVA. BHSC. BU 08453

I: Ænigma elevationis Mariæ, & gloriæ ejuſdem.
D: I. Aſcendit, velati ſtella participans omnibus choris.
D: II. Elevatur uſque ad thronum Filij, Divina gloria particeps.

ORATIO XX.

E: Maria fluvius aquarum.
I: Ænigma originis fluminis, & redundantis aquæ.
D: I. Aquæ Mariæ oriuntur ex throno Dei.
D: II. Omnibus communicat, & omnia fœcundat.

ORATIO XXI.

E: Maria Paradiſus omnibus arboribus plantatus.
I: Ænigma inſertionis Dei in homine.
D: I. Inſertum eſt Verbum in Maria, utì in germine viridi naturæ humanæ.
D: II. Multiplicatum fuit per Euchariſtiam, & inſertum in omnibus.

ORATIO XXII.

E: Iris ſignum Pacis.
I: Ænigma Pacis inter Deum, & homines.
D: I. Maria influit in homines, diſponens, ut Deo uniantur.
D: II. Rigorem Dei temperat, ut hominibus uniatur.
D: III. Eſt Medium inter Deum, & homines ad unionem.

ORATIO XXIII.

E: Comparatur Simulachrum Pacis ementitæ.
I: Ænigma, in quo tres Divinæ Perſonæ efficiunt Mariam Pax.
D: I. Pater dedit potentiam in prima littera.
D: II. Spiritus Sanctus dedit amorem in ſecunda littera.
D: III. Filius dedit ſapientiam in tertia littera.

ORATIO XXIV.

E: Excellentia Nominis MARIÆ.
I: Ænigma Nominis MARIÆ, quid eſt, & quid cauſat.
D: I. Nomen MARIÆ habuit eſſe ab ipſo Deo.
D: II. Continet in ſe theſauros excellentię.
D: III. Explicatur fructibus, & divitijs.

ORATIO XXV.

E: Debitum Hiſpaniæ, ut celebret Patrocinium MARIÆ.
I: Ænigma Tribunalis, ubi judicantur allegata MARIÆ, & Hiſpaniæ.
D: I. Cultum, quem dedit Hiſpania MARIÆ omnibus temporibus.
D: II. Beneficia, & Patrocinium MARIÆ in Hiſpania.
D: III. Profertur ſententia pro primatu MARIÆ.

INDEX

UVA. BHSC. BV 08453

INDEX LOCORUM
SACRÆ SCRIPTURÆ.

IBI OBSERVANDUM EST, QUOD IN præcedenti diximus de notationibus.

GENESIS.

Cap.1.

Congregationes aquarum. O.7. D.1. O.24. D.1.
Appellavit lucem diem. O.10. D.1.
Faciamus hominem. O.13.E.
Divisit lucem. O.16. E.
Tenebræ erant. O.18. E.
Congregentur aquæ.O.20.D.1.
Dixit Deus fiat lux. O.24.D.1.

Cap. 2.

Faciamus adjutorium.O.4.D.1.
Inspiravit in faciem ejus. Ibi. D.2.
Fons ascendebat. O.20.D.2. O.22. D.1.
Plantaverat Dominus. O.21.E.
In quacúque die comederis.O.21.E.
Posuit eum in paradiso. O.21.D.1.
Adduxit ea ad Adam. O.24. D.1.
Vocavit Deus Firmamentum. Ibi.

Cap.3.

Tu insidiaveris calcaneo. O.1. D.1.
Ipsa conteret. Ibi. D.2.O.8.E.
Dixit serpens ad mulierem. O. 8. D.1.
Spinas,& tribulos.O.15.D.2.
Vidit,quod esset bonum.O.21.D.1.

Cap. 5.

Hic liber generationis Adam. O.2. D.2.

Cap.6.

Omnis caro corruperat. O. 13.E.

Cap.7.

Arca ferebatur in sublime.O.2.E.
Aquæ prævaluerunt. O.9.D.3.

Cap. 8.

Rursum dimisit columbã. O.22.E.
Ecce adducam aquas. Ibi.

Cap.9.

Ad Imaginem Dei factus est homo: O.12.D.1.
Arcum meum ponam. O.22.E.

Cap. 15.

Domine Deus, undè scire possunt. O.4.D.1.
Scito, quod peregrinum sit semen tuum. Ibi.
Postea egredientur. Ibi.

Cap.23.

Advena sum,&peregrinus.O.5.D.1.
Date mihi jus sepulchri. Ibi.
In electis sepulchris. Ibi.
Agrum trado tibi. Ibi.

Cap. 24.

Pauxillum aquæ.O.13.D.1.

Cap. 28.

Ascendentes,& descendentes. O.2.E.
Scallam stantem. Ibi. D.2. O.5. E. O.22.D.3.
Benedicentur in te. Ibi. D.2.
Dormivit in eodem loco.O.23.D.1.

UVA. BHSC. BU 08453

Cap. 32.

Dimitte me. O.4.E.O.10. D.1.
Ecce vir luctabatur. O.16. D.3.
Non dimittam te. O.22. D.1.

Cap. 33.

Rachel,& Joseph novissimos. O.17. D.1.

Cap. 45.

Venerunt Fratres Joseph. O.3. E.

Cap. 49.

Sepelite me. O.5. D.1.

Cap. 50.

Deus visitabit vos. O. 14. E.

Exodus.

Cap. 3.

Apparuit ei Dominus in flamma. O.7.D.2.O.12.E.O.14.E.
Videbat,quòd rubus arderet. O.16. D.1.
Totus Mons Sinaï fumigabat.O.22. D.2.
Ego sum, qui sum. O.24. E.
Hoc nomen mihi est in æternum. O.24. I.

Cap. 4.

Versa est in colubrum. O.5.D.2.
Obsecro Domine. O.16. D.2.

Cap. 12.

Agnus absque macula. O.5. D.2.

Cap. 13.

Erit lamina. O.22. D.2.

Cap. 14.

Egressi sunt filij Israel per medium sicci maris.O.3.D.1.
Occurrerunt aquæ. Ibi.
Extende manum super mare. Ibi.
Cum extendisset. Ibi.

Cap. 15.

Nec poterãt bibere aquas.O.24.D.2

Cap. 25.

Facies arcam. O.7.D.2. O.14.D.1.
Arca de Sethim. O.9. I. & D.3.
De auro mundissimo. Ibi.
Facies Sanctuarium. O.17. D.1.

Cap. 27.

Non solidũ, sed inane. O.13.D.2.

Cap. 28.

Ut audiatur sonitus. O.2.I.
Ad pedes ejusdem tunicæ. Ibi. D.1.
Mala punica mixtis tintinnabulis.Ib.
Purpura,& coccò. Ibi.
Pones in ea quatuor ordines lapidum. Ibi. D.2.
Singuli lapides nominibus singulorum. Ibi.

Cap. 29.

Dimitte me, ut irascatur.O.22.D.2.

Cap. 39.

Inclusos auro. O.15.D.1.

Leviticus.

Cap. 2.

Cum obtuleris sacrificium coctum. O.1.E.

Cap. 12.

Mulier, si suscepto semine. O.16. D.1. O.17.D.2.

Cap. 16.

Tunica linea vestietur. O.3. D.2.
Assumpto turibulo. Ibi.
Cum mactaverit hyrcum. Ibi.
Ut aspergat,& expiet. Ibi.

Cap .26.

Reddant ad pondus. O.25. I.

Numerorum.

Cap. 1.

Ipsi portabunt tabernaculum.O.4.I.
Tribũ Levi noli numerari. Ibi.D.1.

Cap.

UVA. BHSC. BU 08453

Cap. 2.

Singuli per turmas. O.2. D.2.

Cap. 13.

Oſtenderunt fructus, ex fructibus poteſt cognoſci. O.1.E. O.11.D.2.

Cap. 17.

Invenit germinaſſe. O.8. D.1.
Eruperant flores. O.11. D.1.

Cap. 21.

Cum percuſsi aſpicerent. O.5.D.2.

Cap. 23.

Cujus fortitudo ſimilis eſt. O.12.E.

Cap. 24.

Orietur ſtella. O.10.D.1.

Deuteronomium.

Cap. 4.

Deus ignis eſt. O.7.D.2.O.14.D.1.

Cap. 9.

Ad iracũdiã provocaſtis. O.22.D.2.

Cap. 33.

In dextera ejus lex ignea. O.16.D.1.

Joſuè.

Cap. 3.

Steterunt aquæ. O.9. D.3.
Defecerunt aquæ. Ibi.

Cap. 6.

Muri illicò corruerunt. O.6.D.3.

Cap. 10.

Steterunt Sol, & Luna. O.10.E.

Judicum.

Cap. 6.

Vellus Gedeonis. O.1.D.1.
Si Ros in ſolo vellere. O.8. D.2.
O.18.D.2.
Extendit Angelus ſumitatem virgæ.
O.22.D.1.

---

1. *Regum.*

Cap. 4.

Tu gloria Jeruſalem. O.6. D.3.

Cap. 5.

Ecce Dagon jacebat. O.1. D.1.
Altera die invenerunt Dagon. Ibi.
D.2.

Cap. 15.

Accingatur unuſquiſque. O.2.D.2.

Cap. 17.

Percuſsit Philiſtęum. O.1.D.1.
Tulit unum lapidem. Ibi.
Feſtinavit, & cucurrit. Ibi.
Tulit gladium ejus, & interfecit eum. O.1.D.2.

Cap. 28.

Feſtinavit ad pugnandum. O.1.E.
Percuſſum hoſtem. Ibi.

---

2. *Regum.*

Cap. 6.

Benedixit Dominus Obed-edom.
O.14.D.3.

---

3. *Regum.*

Cap. 3.

Date huic infantem vivum. O.25.
D.3.

Cap. 13.

Cũ mortuus fuero ſepelite me. O.2.I

Cap. 19.

Zelo zelatus ſum. O.25. D.1.

---

4. *Regum.*

Cap. 2.

Aquæ peſsimæ ſunt. O.3.D.2.
Quod cum attulerit. Ibi.

Cap. 20.

Reduxit umbram. O.12. D.1.

UVA. BHSC. BU 08453

2. *Paralipomenon.*

Cap. 5.

Cõgregavit majores natu. O. 19. D. 1

Cap. 10.

Majus pondus appossui. O. 25. I.

1. *Esdræ.*

Cap. 3.

Vociferantes in lætitia. O. 6. E.

Eo quod fundatum est. Ibi. D. 1.

2. *Esdræ.*

Cap. 4.

Ædificantium in muro. O. 1. D. 1.

Congregati sunt omnes. Ibi.

Cum audirent inimici. Ibi.

Possuimus custodes. Ibi.

Judith.

Cap. 8.

Sandalia rapuerunt. O. 13. D. 2. O. 17. D. 2.

Cap. 9.

Ex labijs charitatis. O. 23. I.

Cap. 15.

Tu gloria Jerusalem. O. 6. D. 3.

Esther.

Cap. 10.

Fons parvus. O. 20. D. 1.

Cap. 15.

Non pro te hæc lex. O. 1. E. O. 17. D. 2.

Cap. 16.

Providendum est paci. O. 22. D. 3.

Job.

Cap. 1.

Cõsideraſti servum meũ. O. 25. D. 1.

Cap. 9.

Si flagellat, occidat. O. 15. D. 2.

Cap. 22.

Nubes latibulum ejus. O. 12. I.

Cap. 39.

Nunquid qui contendit cum Deo. O. 16. D. 3.

Cap. 42.

Dominus benedixit Job: O. 25. D. 1.

Psalterium.

Psalm. 8.

Omnia subjeciſti. O. 4. D. 1.

Psalm. 17.

Inclinavit Cœlos. O. 13. I.

Psalm. 18.

In sole posſuit. O. 12. D. 2. O. 19. E.

Ipse tanquam sponsus. Ibi. O. 16. E.

Exultavit, ut Gigas. O. 15. D. 1.

In omnem terram. O. 17. D. 2.

Psalm. 21.

In finem pro susceptione matutina. O. 10. D. 2.

Psalm. 23.

Dominus fortis. O. 13. D. 2.

Psalm. 24.

Universæ viæ Domini. O. 4. D. 2.

Psalm. 28.

Vox Domini sup. aquas. O. 9. E. O. 14. D. 2.

Dilectus quemadmodum. O. 12. E.

Psalm. 30.

Infirmata est virtus. O. 18. D. 2.

Psalm. 32.

Ipse dixit, & facta sunt. O. 24. D. 1.

Psalm. 33.

Mors peccatorũ pessima. O. 16. D. 2.

Psalm. 35.

In Cęlo misericordia. O. 17. E. O. 13. I

Apud te est fons vitæ. O. 20. D. 2.

Psalm.

UVA. BHSC. BU 08453

Psalm. 36.

Sacrificium, & oblationem. O. 17. E.

Psalm. 37.

Miser factus sum. O. 8. E.

Psalm. 44.

Audi filia. O. 11. D. 1. O. 25. D. 1.
Speciosus forma. O. 17. D. 2.
Astitit Regina. O. 19. D. 2.

Psalm. 45.

Adiuvabit eam. O. 7. D. 1.
Fluminis impetus. ibi. O. 9. D. 1.
O. 20. D. 1.

Psalm. 47.

Suscepimus Deus misericordiã. O 16 E
Secundum nomen tuum. O. 24. E.

Psalm. 64.

Sanctum est templum. O. 7. D. 2.
Flumen Dei repletum est. O. 10. D. 2.

Psalm. 67.

Nive dealbabuntur. O. 18. D. 2.

Psalm. 71.

Descendet sicut pluvia. O. 1. D. 1.
Sit nomen ejus benedictũ. O. 24. D. 1

Psalm. 72.

Operatus est salutem. O. 18. D. 1.

Psalm. 80.

Exultate Deo. O. 8. E. O. 25. E.
Buccinate in neomenia. O. 10. E.

Psalm. 84.

Misericordia, & veritas. O. 4. D. 2.

Psalm. 86.

Gloriosa dicta sunt de te. O. 7. E. O. 9. D. 1.
Diligit Dominus portas Sion. ibi.
Fundamenta ejus. O. 19. I.
Ecce alienigenæ. O. 25. E.

Psalm. 87.

Iustitia Dei in terra oblivionis. O. 13. I

Psalm. 88.

Thronus ejus sicut dies. O. 4. E. O. 17. I.

Psalm. 104.

Expandit nubem. O. 12. I.

Psalm. 107.

In Idumæam extendam. O. 21. D. 2.

Psalm. 109.

Tu es sacerdos. O. 2. D. 1. O. 3. D. 1.
Virgam virtutis tuæ. O. 21. D. 2.

Psalm. 110.

Memoriam fecit. O. 24. D. 1. alibi.

Psalm. 117.

Vox exultationis. O. 16. I.

Psalm. 118.

In vijs ejus ambulaverunt. O. 4. I.

Psalm. 121.

Ædificatur ut civitas. O. 1. E. O. 9. E.

Psalm. 129.

Speravit anima mea in Domino. O. 15. E.

Psalm. 131.

Si dedero somnum. O. 16. D. 3.

Psalm. 135.

Quoniam in æternum misericordia. O. 18. D. 2.

Psalm. 141.

Me expectant iusti. O. 19. E.

Psalm. 147.

Posuit fines tuos pacem. O. 23. E. O. 22. E.
Qui dat nivem. O. 18. D. 1.

Probervia.

Cap. 8.

Dominus possedit me. O. 3. E. O. 5. D. 1.
Quando præparabat. ibi. O. 4. D. 2.
Nondum erant abyssi. ibi.
Attingit à fine, usque ad finẽ. O. 5 D. 2

Cap. 9.

Sapientia ædificavit. O. 2. E. O. 5. D. 2. O. 8. I. O. 23. D. 3. O. 25. D. 2.

Cap.

UVA. BHSC. BU 08453

Cap. 24.

Sapientia ædificavit urdomus. O. 23. I.

Cap. 30.

Tria sunt mihi difficilia. O. 14. E.

Cap. 31.

Bissus, & purpura. O. 2. D. 1. O. 4. D. 2.
Facta est quasi navis. O. 9. I. O. 12. D. 2.
Mulierem fortem. O. 13. D. 2.

Ecclesiastes.

Cap. 1.

Oritur sol, & occidit. O. 10. D. 2.
Ad locum unde exeunt. O. 11. E.

Cap. 7.

Fecit Deus hominem rectum. O. 7. E.

Cantica.

Cap. 1.

Equitatui meo. O. 8. D. 1.
Murenulas aureas. ibi. O. 15. D. 2.
Collum tuum sicut monilia. O. 11. E. O. 14. D. 2.
Dum esset Rex. O. 17. D. 2.
Posuerunt me custodem. O. 25. D. 2.

Cap. 2.

Ego flos campi. O. 5. D. 2. O. 11. D. 2.
Sonet vox tua. O. 9. E.
En Dilectus meus loquitur. O. 10. E.
Surge, propera. O. 11. D. 1. O. 14. D. 1. O. 19. E.
En ipse stat post parietem. O. 14. D. 2.
Sicut lilium inter spinas. O. 13. I.
Fulcite me floribus. O. 15. D. 1.
Sub umbra illius. O. 17. D. 2.
Flores apparuerunt. O. 11. I.

Cap. 3.

En Lectulus Salomonis. O. 1. D. 1. O. 7. D. 1.
Quæ est ista, quæ ascendit. O. 7. D. 1. O. 19. E.
Egredimini, & videte. O. 8. D. 2.
Ferculum fecit. O. 8. D. 2. O. 14. D. 1.
Circuibo Civitatem. O. 15. D. 1.

Cap. 4.

Emissiones tuæ. O. 2. D. 1.
Quam pulchra es. O. 7. D. 2. O. 10. I. O. 13. I.
Fons signatus. O. 8. E. O. 23. D. 2.
Vulnerasti cor meum. O. 13. D. 2. O. 20. D. 1. O. 21. D. 1.
Capilli tui sicut greges. O. 17. D. 2.
Puteus aquarum. O. 10. E.
Mille clipei. O. 23. D. 1.

Cap. 5.

Venter tuus eburneus. O. 15. D. 2.

Cap. 6.

Una est columba mea. O. 7. D. 1. O. 23. E.
Descendi in hortum. O. 15. E. D. 2. O. 13. D. 1.

Cap. 7.

Quæ est ista, quæ progreditur. O. 1. D. 2. O. 5. D. 1. O. 8. E. O. 10 E. O. 16. E. O. 22. E.
Quam pulchri sunt gressus tui. O. 2. E. O. 8. E. O. 19. E. O. 17. D. 2.
Flores fructus parturiunt. O. 11. I. D. 2.
Quam pulchra es. O. 11. D. 1.
Veni Dilecte mi. O. 13. D. 1.
Sicut turris David. O. 14. D. 2.
Venter tuus crater. O. 18. D. 1.
Venter tuus vallatus lilijs. O. 8. D. 2.

UVA. BHSC. BV 08453

2. O. 11. D. 1. O. 15. E.

Cap. 8.

Quæ est ista, quæ ascendit. O. 3. D. 1.

Fortis, ut mors dilectio. O. 14. D. 1.

Facta sum quasi pacem. O. 23. I.

Læva ejus sub capite meo. O. 23. D. 3.

Ego murus, & ubera mea. O. 25. D. 2.

Sapientia.

Cap. 7.

Speculum sine macula. O. 11. D. 3.

Cap. 8.

Disponit omnia suaviter. O. 22. I.

Ecclesiasticus.

Cap. 1.

Ipse creavit illam. O. 23. D. 1.

Cap. 17.

Deus creavit hominem. O. 12. D. 2.

Cap. 24.

Ego ex ore Altissimi. O. 4. D. 1. O. 10. D. 1. O. 23. D. 1. O. 24. D. 1.

Gyrum Cœli. ibi. O. 19. D. 2.

Quasi plantatio rosæ. O. 5. D. 1.

In plenitudine Sanctorum. O. 7. I. O. 19. D. 1. O. 21. E.

Ego Mater pulchræ dilectionis. O. 11. D. 2.

Sicut nebula texi. O. 14. D. 1.

In omni populo primatum. O. 19. I.

Qui creavit me. O. 23. D. 3.

Quasi oliva. O. 21. D. 1. O. 23. E.

Sicut aquæductus. O. 20. D. 2.

Factus est mihi trames. O. 19. D. 2.

Quasi Platanus. O. 22. D. 2.

Cap. 40.

Ædificacio Civitatis. O. 24. D. 1.

Invenitur thesaurus, ibi. I.

Cap. 43.

Vas ad mirabile. O. 7. I. O. 11. D. 3.

A luna signum diei. O. 10. E.

Meditina omnium in festinatione. O. 14. D. 1.

Cap. 50.

Quasi sol refulgens. O. 16. I.

Isaias.

Cap. 5.

Expectavi, ut faceret ubas. O. 21. D. 1.

Plantavi vineam. O. 25. D. 2.

Cap. 6.

Sanctus, Sanctus. O. 12. D. 1.

Duabus volabant. O. 15. D. 3.

Ecce tetigi labia tua. O. 24. D. 2.

Quem forcipe tulerat. ibi.

Cap. 8.

Voca nomen ejus accelera. O. 14. D. 2.

Cap. 11.

Erit sepulchrum ejus. O. 5. E.

Flos de radice ejus. O. 5. D. 2. O. 21. D. 1.

Egredietur virga. O. 22. D. 1. O. 23. E. O. 24. E.

Cap. 21.

Omnus Duma. O. 10. D. 1.

Cap. 26.

Urbs fortitudinis. O. 1. D. 2. O. 6. D. 3.

In die illa cantabitur. O. 7. E.

Cap. 28.

Væ Coronæ superbiæ. O. 6. D. 3.

Cap.

UVA. BHSC. BU 08453

Cap. 33.

Ascendet sicut virgultum. O. 17. E.

Cap. 38.

Reversus est sol. O. 10. D. 2.

Cap. 41.

Aperiam in supremis. O. 8. E.

Cap. 45.

Rorate Cœli. O. 5. D. 2.

Cap. 46.

Dabo in Sion salutem. O. 18. I.

Cap. 49.

Dominus ab utero. O. 14. E.

Cap. 55.

Venite, emite. O. 25. D. 2.

Cap. 62.

Non tacebo. O. 13. E. O. 16. D. 3.

Jeremias.

Cap. 2.

Duo mala fecit populus meus. O. 20. E.

Cap. 18.

Descende in domum figuli. O. 11. D. 3.

Cap. 31.

Femina circundabit virum. O. 5. D. 2. O. 12. D. 2. O. 18. D. 1.

Creavit Dominus novum. O. 21. D. 1.

Cap. 32.

Ecce ego dabo civitatem. O. 4. D. 2. O. 9. D. 1.

Ecce data est urbs. ibi.

Cap. 48.

Fortis impegit in fortem. O. 15. D. 2.

Cap. 51.

Quasi agnus ad victimam. O. 5. D. 2.

Threnorum.

Cap. 4.

Quomodo obscuratum est aurum? O. 18. D. 2.

Ezechiel.

Cap. 1.

Quasi speciem electri. O. 3. D. 1.

Apparuit rota. O. 4. D. 1.

Visio similitudinis. ibi.

Ubi erat impetus. O. 14. I.

De medio ejus quasi species. ibi. D. 1.

Cap. 2.

Scriptæ in eo lamentationes. O. 6. E.

Cap. 15.

Quid fiet de ligno vitis. O. 21. D. 1.

Cap. 17.

Palmites suos extendit. O. 21. E.

Sumam de medulla cedri. ibi. D. 2.

Cap. 40.

Ipse mensus est eam. O. 19. I.

Daniel.

Cap. 2.

Abscissus est lapis. O. 12. D. 1.

Cap. 4.

Succidite arborem. O. 21. D. 1.

Cap. 5.

Inventa est minus habens. O. 25. I.

Cap. 9.

Septuaginta Hæbdomadæ. O. 5. D. 2.

Osseas.

Cap. 4.

Inundaverunt. O. 18. D. 2.

Cap. 9.

Gloria eorum a partu. O. 11. I.

Cap.

UVA. BHSC. BU 08453

Cap. 13.

Ero mors tua, de manu mortis liberabo. O. 1. D. 2. O. 5. D. 1.

Abachuc.

Cap. 1.

Aſpicientes admiramur. O. 7. I.

Zacharias.

Cap. 2.

Adduce lapidem primarium. O. 8. E.

Cap. 3.

Ecce adducam. O. 21. D. 1.

Cap. 6.

Coronæ erant memoriale. O. 8. I.

Cap. 13.

Erit fons patens. O. 17. D. 1. O. 20. E.

Malachias.

Cap. 3.

Veniet ad Templum Sanctum. O. 15. D. 3.

Cap. 4.

Sanitas in pennis ejus. O. 4. D. 1.
Orietur vobis Sol. O. 18. D. 2. O. 22. E.

1. *Machab.*

Cap. 4.

Incidit eis conſilium bonum. O. 2. E.
Ædificaverunt Altare. Ibi.
Statuit Iudas dies. O. 7. E.
Viderunt Altare. Ibi.
Acceperunt lapides. Ibi.

---

2. *Machab.*

Cap. 1.

Accenſus eſt ignis magnus. O. 7. D. 2.
Non inveñerunt niſi aquam. Ibi.
Occulte abſconderunt. Ibi.

Matthæus.

Cap. 1.

De qua natus eſt Ieſus. O. 1. E. O. 1. D. 2.
Liber generationis. O. 2. D. 2.
Spiritus Sanctus ſuperveniet. O. 8. D. 2.

Cap. 13.

Profert de theſauro ſuo. O. 24. I.

Cap. 21.

Vinea Domini. O. 25. D. 2.

Cap. 26.

Conſtituerunt ei triginta argenteos. O. 5. D. 1.
Hic eſt ſanguis. O. 8. D. 2.

Cap. 27.

Conſilio inito. O. 5. D. 1.
Conſilium inierunt. Ibi.
Non licet eos mittere. Ibi.
Pretium appretiatum. Ibi.
Pretium ſanguinis eſt. Ibi.

Marcus.

Cap. 16.

Signa hæc ſequentur. O. 24. D. 2.

Lucas.

Cap. 1.

Ex hoc beátam me dicent. Feci mihi magna. Miſericordia ejus. O. 1. E. O. 7. I. O. 13. D. 2.
Quia reſpexit humilitatem. Ibi.
Viſitavit, & fecit redemptionem. O. 14. E.
Benedictus fructus. O. 21. E.
Ipſe enim ſalvum faciet. Ibi. D. 1.
Fecit mihi magna. O. 23. I.

Cap.

UVA. BHSC. BV 08453

Cap. 3.

Qui fuit Adam, qui fuit Dei. O. 2. D. 2. O. 4. D. 2.

Cap. 5.

Per totam noctem. O. 13. D. 2.

Cap. 10.

Intravit Jesvs. O. 19. I.

Cap. 11.

Cum ejeciſſet Dœmonium. O. 2. E.

Extollens vocem. O. 25. D. 1.

Cap. 15.

Congratulamini mihi. O. 9. E.

Cap. 16.

Induebatur biſſo. O. 4. D. 2.

Cap. 22.

Facta eſt contentio. O. 25. I.

Ioannes.

Cap. 1.

Sine ipſo factum eſt nihil. O. 8. I.

Verbum caro factum eſt. O. 12. D. 1.

Fuit homo miſſus. O. 14. E.

De plenitudine ejus. O. 14. I. O. 26. I.

Cap. 3.

Sic Deus dilexit mundum. O. 8. D. 2. O. 12. D. 2. O. 13. E.

Cap. 6.

Caro mea verè eſt cibus. O. 1. E. O. 10. E. O. 21. E.

Cum cognoviſſet, quia veniens, ut facerent eum regem. O. 8. D. 2.

Cap. 10.

Ut vitam habeant. O. 21. I.

Cap. 13.

Omnia dedit ei Pater. O. 18. I.

Cap. 14.

Paraclitus Spiritus Sanctus. O. 23. D. 2.

Cap. 15.

Poſui vos, ut eatis. O. 21. D. 1.

Ego ſum vitis. ibi.

Cap. 17.

Hæc eſt vita æterna. O. 19. I.

Cap. 19.

Jeſus Nazarenus. O. 8. D. 2.

Unus militum. O. 15. D. 1.

Acta Apoſtolorum.

Cap. 2.

Apparuerunt diſpertitæ linguæ. O. 17. E.

Cap. 1.

Factus eſt repente de Cœlo. O. 23. D. 2.

Cap. 17.

Per omnia, quaſi ſuperſtitiores vident ſimulachra veſtra. O. 18. E.

Cap. 28.

Magna Diana Epheſorum. O. 15. E. O. 25. E.

Romanos.

Cap. 5.

Caro concupiſcit. O. 9. D. 1.

Cap. 8.

In ſimilitudinem carnis. O. 17. D. 1.

Cap. 9.

An non habet poteſtatem figulus. O. 5. D. 1.

Cap. 10.

Finis legis Chriſtus. O. 5. D. 2.

Cap. 11.

Inſertus in bonam olivam. O. 21. I.

Cum eſſes Oleaſter. ibi. D. 1.

---

1. *Ad Corinth.*

Cap. 1.

Factus eſt nobis Sanctificatio. O. 1. E. O. 6. D. 1.

Cap.

UVA. BHSC. BV 08453

Cap. 12.

Non est unum membrum. O. 10. D. 1.

Unicuique datur manifestatio. O. 24. D. 2.

Cap. 13.

Modicum fermentum. O. 1. E.

Cap. 15.

Omnes in Adam. O. 1. E.

Alia claritas Solis. O. 19. D. 1.

---

2. *Corinth.*

Cap. 10.

Secundum mensuram regulæ. O. 17. I.

Galatas.

Cap. 2.

Vivo ego iam non. O. 21. D. 2.

Cap. 4.

Quando venit plenitudo. O. 12. E.

Misit Deus filium suum. O. 14. D. 1.

Ephesios.

Cap. 4.

Mensura plenitudinis Christi. O. 17. I.

Philippenses.

Cap. 2.

Semetipsum exinanivit. O. 12. D. 1.

Formam servi accipiens. O. 21. D. 1.

Colossenses.

Cap. 1.

Mysterium quod absconditum. O. 12. D. 1.

Cap. 3.

Mortui estis. O. 21. D. 1.

Hebræos.

Cap. 1.

Sedet ad dexteram majestatis. O. 19. D. 2.

Tanto melior Angelis. O. 24. E.

Cap. 2.

Nusquam Angelos apprehendit. O. 17. E.

Cap. 4.

Accedamus ad thronum. O. 4. E.

Cap. 8.

Christus non semetipsum clarificavit. O. 3. D. 2.

Talem habemus Pontificem. Ibi.

Cap. 9.

Introivit semel. O. 16. D. 2.

Semetipsum obtulit. O. 1. E.

In primo Tabernaculo. O. 3. D. 2.

Christus assistens Pontifex. Ibi.

Cap. 11.

Aptavit arcam in salutem. O. 18. I.

Jacobi.

Cap. 1.

Omne datum optimum. O. 21. D. 1.

---

1. *Petri.*

Cap. 3.

Deglutiens mortem. O. 15. D. 1.

---

2. *Petri.*

Cap. 1.

Per quem maxima, & pretiosa. O. 12. D. 1.

1. *Ioan.*

UVA. BHSC. BU 08453

1. *Ioannis.*

Cap. 4.

In hoc apparuit charitas. O. 25. D. 3.

Apocalipsis.

Cap. 3.

Dignus es Domine. O.8.D.2.

Cap. 4.

Ecce sedes posita erat. O. 4. E.
De throno procedebant. O. 22. D. 2.

Cap. 5.

Liber scriptus. O.6. E.
Cantabant canticum. Ibi. D. 1.
Dignus est Agnus. O. 8. D. 2.
Ego flebam multum. O. 12. D. 1.
In manu sua habet stateram. O. 13. I.

Cap. 6.

Habebat stateram. O.25. D.1.

Cap. 12.

Audivi vocem magnam. O. 2.D. 1.
Facta est salus. Ibi.
Aperuit terra os suum. Ibi. O.5. D. 1.
Datæ sunt mulieri duæ alæ. O.4. D. 1. O.21. D. 2.
In utero habens. O. 5. E.
Amicta Sole. Ibi.
Draco stetit. Ibi. D. 2.
Signum magnum. O. 6. D. 2. O. 13. D. 1. O. 15. I. O. 8. D. 1. O. 19. D. 1.
Cruciabatur, ut pariat. O.19. E. O. 15. D. 2.

Cap. 17.

Cecidit Babilon. O. 6. D. 2.
Clamaverunt flentes. Ibi.
Aquæ populi sunt. O.15.D. 1.

Cap. 21.

Non intrabit in ea aliquid coinquinatum. O.21. I.
Ecce Tabernaculum Dei. O. 3. D. 2.
Civitatem Sanctam Ierusalem. O. 8. D. 2. O. 9. D. 1. O. 19. I.

Cap. 22.

Fluvium aquæ. O. 21. E.
Ex utraque parte fluminis. Ibi.
Ego sum Stella. O. 15. D. 2.
Fluvius aquæ vivæ. O. 20. I. & D. 1.
Afferens fructus. Ibi. D. 2.
In medio plateæ ejus.O.21. D. 2.

IN-

UVA. BHSC. BU 08453

INDEX CONCEPTUUM,

UBI OBSERVANDUM EST,

QUOD IN PRÆCEDENTIBUS DIXIMUS

DE NOTATIONIBUS.

A

Admiratio.

QUA Angeli, & homines celebrant Conceptionem Mariæ. O. 7. per totam.

Amor.

Dei Mariæ ſupra omnes creaturas. O. 9. D. 1.

Amanti repræſentat mortem. O. 15. D. 1.

Bonum commune plus amari debet, quam peculiare. Ibi. D. 2.

Eſt Victoria major. Ibi. D. 3.

Ejus maxima demonſtratio, vivere cum corde crucifixo. O. 13. D. 3.

Ejus probatio major, oſtendi in adverſitatibus. O. 25. D. 1.

Annulus.

Salomonis, & ejus figura. O. 15. I.

Aqua.

Jerichò purificatæ per ſalem in fonte projectum. O. 3. D. 2.

Steterunt Jordanis aquæ in conſpectu arcæ. O. 9. D. 3.

Arcus.

Iris figura pacis. O. 22. per totam.

Aſtra.

Stiterunt omnes ſtatione Solis, & Lunæ. O. 10. E.

Arca.

Quomodo facta fuit teſtamenti. O. 1. D. 1.

Quod fecit in Templo Dagon. O. 1. D. 1.

Eſt ænigma Mariæ. O. 9. D. 3.

Supra aquas diluvij fuit. Ibi.

Quot bona adduxit in domo Obedeonis. O. 14. D. 2.

Aurora.

Symbolum Mariæ. O. 7. D. 1. O. 10. D. 1.

In ea deſcédebat Mannà. O. 10. D. 2.

Ex ea accipit Sol ſplendorem. Ibi.

B

Beneficium.

DEbet gratificari, & quomodo. O. 6. D. 3.

UVA. BHSC. BU 08453

C

Chorus.

CElebrant funeralia honorifica peccati originalis. O. 6. per totam.

Admirant Conceptionem Mariæ. O. 7. per totam.

Chriſtus.

Cur poſtulat Iſaias veluti Agnum, & Rorem. O. 5. D. 2.

Ejus incarnatio in rubo. O. 7. D. 2.

Non permiſsit ab eſſe à dilecto. O. 15. D. 1.

Per illum emit Pater omnes homines. O. 16. D. 2.

Fuit germen inſertum in natura. O. 21. D. 1.

Circulus.

Quem faciunt Evangeliſtæ in narrativa genealogica Chriſti. O. 4. D 2.

Quem Maria fecit ad adducendum hominem Deo. Ibi.

Maria perfecit circulum Dei, & hominis. O. 12. D. 2.

In circulo Hebræi Dei nomen ſignabant. O. 15. I.

Civitas.

Fuit Maria in Conceptione. O. 1. per totam.

Eſt enigma Conceptionis. O. 9. D. 1.

Ejus etymologia. Ibi.

Commitatus.

Qui fuit in funere peccati originalis. O. 2. D. 2.

Corona.

Annuli Salomonis. O. 15. per totam.

Symbolum victoriæ. O. 8. per totam.

Adaptari debet triumpho. Ibi. D. 1.

Datur ut præmium proporcionatum. O. 19. D. 1.

Crux.

Per illam Maria præſervata eſt. O. 3. D. 1.

Ex ejus fructu remedium naturæ humanæ. Ibi.

Culpa.

Originalis duplicem invaſionem fecit Mariæ. O. 1. per totam.

Quando invadit filios Adæ. Ibi. D. 1.

Vide à prima uſque ad nonam orationem.

Currus.

Ezechielis Myſteria Mariæ expreſsit. O. 4. D. 1.

Quid quatuor animalia ſignificabant. Ibi.

Maria currus Verbi Divini. O. 14. D. 1.

Currus Salomonis. Ibi.

D

David.

QUomodo devicit Goliath. O. 1. D. 1.

Deſiderium.

Deſideria Patriarcharum. O. 10. D. 1. O. 15. E.

Quæ Maria habuit communicandi Uerbum. O. 15. I. & D. 2.

Deus.

Protulit ſententiam culpæ originalis. O. 1. D. 1.

Figulo comparatur, & cur. O. 5. D. 1.

Deſideravit Mariam naſci. O. 10. E.

In lege antiqua rigidus. O. 13. I.

In

UVA. BHSC. BU 08453

In lege grātiæ, ſuavis. Ibi.
Quærit in animabus fructus virtutum. O. 13. D. 1.
Sentitur dum præſens eſt, etiam ſi abſconditus. O. 14. D. 2.
Quomodo Hebræi ſignificabant. O. 15. I.
Conquæritur oblivionis hominum. O. 16. D. 3.
Spiritum Sanctum dedit; quia dedit filium carne indutum. O. 17. E.
Conquærebatur de populo ſuo. O. 20. E.
Per Mariam temperatur. O. 2. D. 2.
Nomen ejus quomodo deſcribitur à Hebræis. O. 24. D. 2.

Diana.

Celebrabatur ligata victico. O. 10. E.

E

Eccleſia.

Celebrat inventionem Margaritæ gratiæ Mariæ. O. 9. E.
Celebratur ut Aurora. O. 16. E.

Electrum.

Quæ lapis erat in Curru Ezequielis. O. 3. D. 1.

Enigma.

Vide in omnibus orationibus ideam cujuſcunque.

Euchariſtia.

Nobilitatem Mariæ arguit. O. 1. E.
Prius accepit Chriſtus Euchariſtiam. O. 15. D. 3.
Per illam Deus tranſplantatus in homines. O. 2. D. 2.

F

Felicitas.

Quæ in Conceptione Mariæ celebrantur. O. 2. E.

Flos.

Qui offeruntur Deo in Maria. O. 11. D. 1.
Felicitates promittunt. Ibi.
Quas ſponſus in horto ſuo quærebat. O. 13. D. 1.

Fortitudo.

Quam in Ieruſalem Hebræi faciebant. O. 1. D. 1.

Fructus.

Originis nobilitatem probant. O. 1. E.
Maria præſentavit in templo. O. 11. D. 2.

Funerale.

Quomodo factum fuit culpæ originali. Vide O. 2. 3. & 4.

Fluvius.

Quem Draco Apocalypſis proiecit. O. 2. D. 1. O. 5. D. 2.
Fluvius gratiæ defendit Mariam. O. 9. D. 1. Vide O. 20. per totam.

G

Generatio.

Quomodo intelligitur in Geneſi. Cap. 15. O. 4. D. 1.
Cur Evangeliſtæ variant in narrativa Chriſti. O. 4. D. 2.

Goliath.

Culpam originalem ſignabant. O. 1. D. 1.

Granata.

Quid ſignificabat quæ intunica ſummi Sacerdotis. O. 2. D. 1.

UVA. BHSC. BU 08453

E quibus filii fiebant. Ibi.

Gratia.

Quo modo prævenit Mariam in Conceptione: vide à prima O. Usque ad nonam.

H

Hiacynthus.

QUI flores sunt. O. 2. D. 1.

Maria habuit manus plenas ex illis. O. 6. D. 2.

Hispania.

Mariam celebrat, quia protegitur ab ea. O. 25. per totam.

In adversitatibus non fuit oblita Mariæ. Ibi. D. 1.

Homo.

Primus formatus fuit altare ad Dei cultum. O. 7. E.

In eo posuit Deus ignem sui amoris. Ibi. D. 2.

Imaginem Dei fœdavit. Ibi.

Per peccatum abstulit à Deo honorem. O. 11. D. 3.

Reformatus in imagine per Incarnationem. O. 12. D. 2.

Dei intentionem frustravit. O. 21. D. 1.

Figuratus in arbore Nabucho. Ibi.

Humilitas.

Ex ea sequitur major elevatio. O. 14. D. 1. O. 20. D. 1. & O. 12. D. 1.

Major majestas humiliari debet. O. 16. D. 1.

Per eam mensuratur magnitudo. O. 17. E.

I

Iesus.

Quòd significat. O. 1. E.

Ignis.

Cur admiratus ignis Putei Nehemiæ. O. 7. D. 2.

Quòd significavit ignis ille in puteo absconditus. Ibi.

Incarnatio.

Mysterium absconditum, & beneficium. O. 12. per totam.

Insertio.

Fuit facta Dei in homine in Utero Mariæ. O. 21. D. 1.

Invasio.

Quas peccatum originale fecit Mariæ. O. 1. per totam.

Ioachim.

Concursus illius cum Anna ad generationem Mariæ. O. 1. D. 1.

Iustitia.

Fuit satisfactio Christi. O. 1. E.

L

Lapis.

QUam David iecit Goliath. O. 1. D. 1. & 2.

Quæ in rationalis fuere. O. 15. D. 1.

Letitia.

Debet esse felicitatis Mariæ. O. 3. E.

Quæ fuit in reedificatione Templi. O. 6. D. 1.

Levita.

Non numeratur inter alios populi. O. 14. D. 1.

Liber.

Conceptionis Mariæ. O. 1. E.

Fuit Uterus Mariæ. O. 6. E.

Apocalypsis exprimebat triumphos Mariæ. Ibi. O. 1. D. 12.

Litteræ, quæ in Libro Ezechielis erant scriptæ. O. 6. E. D. 2.

Folium 2. libri Mariæ. O. 10. I.

Li-

UVA. BHSC. BU 08453

Lilium.
Verbum Incarnatum ſignificat. O. 5. D. 2.
Quæ in ventre ſponſæ erant. O. 11. D. 1.

Luctamen.
Iacob fuit Patriarcharum propter remedium. O. 4. E. O. 10. D. 1. O. 16. D. 3.

Luna.
Viventes imitantur incrementa, & decrementa ejus. O. 16. D. 1.

M

Malitia.
EX ea oritur bonitas. O. 5. D. 2.

Mannà.
In Aurora colligabatur. O. 10. D. 2.

Manſio.
Quas Iſraelitæ fecerunt per deſertum. O. 2. D. 2.

Maria.
Idæa omnium virtutum. O. 3. E.
Thronus gratiæ. O. 4. E.
Mulier Apocalypſis in Conceptione. Ibi.
Primogenita Dei. Ibi. D. 2.
Ejus Venter Sepulchrum peccati. O. 5. D. 1.
Domus Dei. Ibi. D. 2.
Sola meruit generare Verbum. Ibi.
Vocatur ab Iſaìa Petra, & terra. Ibi.
In ipſa noſtram felicitatem legimus. O. 6. D. 1.
In ejus gloriæ celebratione propria victoria vinculatur. Ibi. D. 3.
Fuit altare fabricatum ſecundum legem. O. 7. E.
Cur glorioſam laudant omnes generationes. Ibi. I.
Fuit vàs admirationis. Ibi. per totam.
Fuit Aurora, Luna, & Sol. Ibi. D. 1.
Templum admirabile Dei. Ibi. D. 2.
Vallis humilis, ubi abſcondit Deus ignem iuſtitiæ originalis. Ibi.
In ejus formatione Deus tranſivit generationes. 42. Ibi.
Methaphoris, & figuris celebratur. O. 8. E.
Elogia Mariæ ſunt Chriſti. Ibi. I.
Poſſeſſa a Deo in æternitate. O. 9. D. 2.
Deſideriis Dei ſatisfecit. O. 10. E.
Adduxit felicitates. Ibi. D. 1.
Anſietati hominum ſatisfacit. Ibi.
Pignoribus dives, Deo fuit præſentata. O. 11. E.
Mater ſpei. Ibi. D. 1.
Beneplacitum Dei replevit. Ibi.
Crater Cryſtaleus Deo. Ibi. D. 3.
Speculum Deum exprimens. Ibi.
Exprimit virtutes animabus. Ibi.
Quæ dedit plenitudinem. O. 12. E.
Deum reduxit ad manſuetudinem. Ibi.
Nubs fecunda pluviæ. Ibi. D. 2.
Navis, quæ panem adduxit. Ibi.
Perfecit circulum hominis. Ibi.
Replevit voluntatem Dei. O. 13. D. 1.
Omnes perfectiones copilavit. Ibi.
Suas obtulit perfectiones ad remedium mundi. Ibi. D. 1.
Iuſtitiam Dei impedit. Ibi.
Deus pacem fecit per eam. Ibi. D. 2.
Ejus humilitas obligavit Deum. Ibi.
Verbum unicum illius magis Deum obligavit, quam iuſti omnes. Ibi.

Cu-

UVA. BHSC. BU 08453

Currus Divini Verbi. O. 14. I.
Celebrata fuit ex humilitatione. Ibi.
Mysteria gratiæ sunt operata per eam. Ibi.
Nebula sanans naturam. Ibi.
Replevit bonis domum Zachariæ. Ibi. D. 2.
Collum per quod thesauri communicantur. Ibi.
Deus operatus est mirabilia per verba Mariæ. Ibi.
Desideravit remedium. O. 15. E.
Cultum, quem Hispania tribuit Mariæ. Ibi.
Laudata, ut Aurora. O. 16. E.
Sol nubibus ovolutus. Ibi. I. & D. I.
Incomprehensibilis ob accessum ad Deum. Ibi.
Thronus melioris offrendæ. O. 17. D. 3.
Magis elevata, quia magis humiliata. O. 17. D. 2.
Superstitiones tollit. O. 18. E.
Tribuit salutem corporalem, & spiritualem. Ibi.
Celebratur per Matronas antiquæ legis. O. 19. E.
Elevata in triunfo. Ibi. I.
Ejus gloria. Ibi. per totam.
Per ejus Cultum Deus placatur. O. 20. E.
Fluvius aquarum, ubi Deus redundavit. Ibi. per totam.
Paradisus. O. 21. E.
Plantis, & floribus comparatur. Ibi.
Naturam vitalizavit in ejus utero. Ibi. D. 1.
Deum, & homines conciliat. O. 22. D. 1.
Per eam destruuntur vitra. Ibi.
Pater communicavit potentiam. O. 23. D. 1.
Filius sapientiam, & Spiritus Sanctus amorem. Ibi. D. 2. & 3.
Speculum repræsentatione Ibi. D. 2.
Tribuuntur cultus propter ejus beneficia. O. 25. E.
Ejus lacte, & sanguine mitigatur iustitia Dei. Ibi. D. 2.
Dereliquit synagogam, & accesit Ecclesiæ. Ibi.

N

Narratio.

Adami, & Christi per genealogiam. O. 2. D. 2.

Natura.

Inventionem gratiæ in Adamo de perditæ celebrat. O. 9. E.

Navis.

Symbolum Mariæ. O. 9. E. D. 2.

Nobilitas.

Per fructus probatur. O. 1. E.

Nubs.

Ex qua currus Dei factus. O. 14. D. 2.

Nomen.

In quo consistit. O. 24. E.
Nomen Mariæ. Ibi. per totam.

Numus.

Quos dederunt Judæ, pretium, quo Maria fuit empta. O. 5. D. 1.
Quas imagines habebant sculptas. Ibi.

O

Offrenda.

Vide. O. 16. & 17.

Omnipotentia.

Quod operata est in Conceptione Mariæ. O. 1. D. 1.

Quam

UVA. BHSC. BU 08453

Quam pater dedit Mariæ. O. 23. D. 1.

P

Pax.

Vide O. 22. & 23.

Præmium.

Proportionari debet merito. O. 8. D. 1.

Purpura.

Qua tingebatur filum granatarum tunicæ. O. 2. D. 1.

R

Rationale.

Quid signabat. O. 2. D. 2.

Redemptio.

Quomodo fecit Agni in libro Apocalypsis. O. 6. D. 1.

Religio.

Seraphica levavit vocem, Mariæ Conceptionem celebrans. O. 9. E.

Rubus.

Cur Moyses admiratur. O. 7. D. 2.

S

Sacerdos.

CHristus uti Summus Sacerdos præservavit Mariam. O. 3. D. 2.

Sacrificium.

Quod offerebatur in tabernaculo. O. 3. D. 2.

Satisfactio.

Debet pretium ejus esse liber. O. 9. D. 2.

Salus.

Dea gentilitatis. O. 18.

Maria tribuit utranque. Ibi. per totam.

Scala.

Quid figurabat illa Jacob. O. 2. D. 2. O. 5. E.

Speculum.

Maria est Deo. O. 11. D. 3.

Omnes species in se accipit. Ibi.

Spes.

Quòd torquet. O. 15. D. 2.

Statera.

Iustitiæ, & misericordiæ. O. 13.

Sol.

Symbolum Eucharistiæ. O. 10. I. D. 2.

Simul oritur, & occidit. Ibi.

Cur retrocesit in horologio. Ibi.

Nubibus coopertus. O. 16. I. D. 1.

Liber alis in tribuendo Ibi. D. 2.

T

Tabernaculum.

Antiquum figura Mariæ. O. 3. D. 2.

Maria in Conceptione. O. 1. D. 1.

Templum.

Destructum, & reedificatũ. O. 6. D. 1.

Thesaurus.

Absconditur in paupertate. O. 17. D. 1.

Tintinnabula.

Tunicæ Sacerdotis signum faciebant peccati mortui. O. 2. D. 1.

Tribus.

Duodecim afferebantur investe Sacerdotali. O. 2. D. 2.

Triumphus.

Ex illis trophæa oriuntur. O. 6. D. 2.

Quibus Maria elevata. O. 19. I.

V

Via.

Per quas funerale peccati originalis processit. O. 4. per totam.

Viæ

UVA. BHSC. BU 08153

Viæ misericordiæ, & veritatis ambulavit Deus ad liberandum hominem. Ibi. D. 2.

Virga.

MOysis principium libertatis Israel, & perditionis Ægypti. O.3.D.1.
Quomodo protulit flores in arca. O. 5.D. 2.O.8.D.1.O.11.D.1.& 2.

Vas.

Maria fuit admirationum.O.7.
Christaleum Deo. O. 11. D.3.
Vas honoris ex terra hominis Maria. Ibi.

Vellocinum.

Figura Mariæ.O.1.D.1. O. 8.D. 2. O. 18. D. 2.

Vestis.

Summi Sacerdotis.O.2. D. 1. O. 3. D.2.

Victoria.

Signatur corona.O.8.I. per totam.
Quæ comparationem non admittit singularis est.Ibi.
Spolia sunt trophæa.Ibi. D. 1.
Amoris in annulo Salomonis.O.15. D.3.
Major amoris pati. Ibi.

Z

Zeusis.

EIus amor ad picturam Adonidis, suasit ad ejus libertatem. O. 7. D. 2.

FINIS.

UVA. BHSC. BV 08453

VAA BHSC BU 08457

ELINIS.


UVA. BHSC. BV 08453

UVA_BHSC_BU 08453

Bibliotheek
8

UvA - BIBC. BU 08453

BU
Biblioteca de Santa Cruz
8.453
UVA. BHSC. BU 08453



UCLA HISTORY 08453



